DE DIFFERENTIIS INDIVIDVORVM VTRIVSQVE IVRIS.

LEANDRI GALGANETTI I. C.

COLLENSIS, AC CIVIS ROMANI.

COMITIS PALATINI, AC AVRATAE Militiæ Aequitis, in Romana Curia causarum Aduocati integerrimi;

ET AD PRAESENS IVDICIS APPELLATIONVM, nullitatum Vrbis; ac Romani Populi Capitanei.



Ex Legato Illustrmi: Foccini.

ROMAE, Apud Gulielmum Facciottum. M. DC. IX.

SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur, si videbitur R. P. M. sac. Pal. Apost.

Cæs. Fidelis Vicesg.

Ex commissione Reuerendiss. P.M.S.P.A. Ego Nicolaus Cassianus vid. hunc tractatu de Differentijs Indiuiduorum V. I. Ill. & Exc. D. Leandri Galganetti P.R. Iudicis, & Capitanei, in quo nihil reperi contra Fidem, aut bonos mores, quippe qui nihil supra crepidam, vt dicitur quærat, & quia reduxit fere omnia quæ ad id pertinent ad praxim, & ordinem alphabeti, censeo pro studiosis, ac fore versantibus maximo fore proficuum si typis mandetur, & in fidem me subscripsi hac die 23. Iunij 1609.

Idem qui supra Nicolaus Cassianus.

Imprimatur,

F. Thomas Pallauicinus Bononien. Magister, & Reuerendiss. P. F. Ludouici Ystella sacri Pal. Apost. Magistri, socius, Ordinis Prædicatorum.



PAVLO V.
PONTIFICI
OPT. MAX.
BENEFACTORI.
LEANDER
GALGANETTVS
PERPETVAM FELICITATEM.






VLTIS Beatiſsime Pater à ſanctitate Veſtra, & maximis beneficijs affectum, cogitare me dies noctesq. neceſſe eſt, quemadmodum benignitati eius, ac iudicio de me aliqua ex parte reſpondeam. Et in eo quidem mune-

nere administrando, quod mihi Iuris dicendi in Romanã Vrbe commisit nihil me sane, quod quidem ei gratius, atque acceptius sit facere posse arbitror, quam vt iustitiam, qua ipsa in primis Orbem Christianum feliciter moderatur, cunctis sedulo, diligenterq. præstem. Quæ etsi res magni, & assidui laboris est, cum æquum bonumq. Iudicem. operam suam ad se adeuntibus paratam, atque expositam habere semper oporteat; Facio tamen libenter, vt quod mihi à foro, & caussis vacui temporis conceditur id in peruolutandis, ac legendis ijs Auctoribus consumam, qui æquissima, atque optima diuidicandarum litium præcepta tradiderunt. Et lectio autem, & experientia multarum rerum est magistra. Itaq. cum his ducibus, si qua à me obseruantur, quæ non inutilia ius exercentibus fore credam, ea in peculiares Tractatus, ac materias digesta in lucem emittere constituerim, huius generis omnia, eidem Sanctitati Vestræ cuius ab vnius nutu pendeo, deferre, ac dedicare, vt ingrati animi crimen effugiam, mei pariter muneris esse

existi-

existimo. Post illum igitur de conditionibus libellum, quem sub ipsa felicissimi sui Pontificatus initia augustissimo eius nomini consecraui; Nunc breuem hanc alteram de Differentijs Indiuiduorum Vtriusque Iuris collectionem ad eiusdem sanctissimos pedes humiliter prosterno, atque offero, haud sanè dubia spe fretus quod primo operi patrocinium benignitatis suæ præstitit, idem huic alteri, quod eodem in ære est non negaturam. Hoc eo magis à Sanctitatæ Vestra enixè postulare compellor, quod non solum debitæ meæ erga ipsam obseruantiæ, deuotionisq. pignus hoc perexigui ingenij mei monumentum extare cupio: sed commendatius etiam hoc nomine omnibus reddi, ad quorum manus peruenerit, cum viderint eius fidei, ac tutelæ commendatum esse, qui summi Dei in terris Vicarius ita vniuersam rem Christianam tegit, atque defendit, vt nullos quantumuis acres, & vehementes hostium impetus pertimescat. Concedat igitur idem Deus Sanctitati Vestræ longos annos, vt sub tegmine alarum ipsius hac tam

læta ſecuritate temporum nobis quam diu-
tiſsime frui liceat, & Pauli Quinti maiora
indies, ac magnificentiora opera molientis
Pontificis nomen ſuper omnem ſuperiorum
Principum gloriam extollatur.



SCI-

SCIPIONI BVRGHESIO

S. R. E. CARD. AMPLISS. PAVLI V. PONT. OPT. MAX. DIGNISSIMO NEPOTI.

LEANDER GALGANETTVS

FELICITATEM.





VI actiones tuas considerat, Scipio amplissime, dum eas cum honestate, & virtute coniunctas omnes videt, fieri id quidem dono quodam naturæ tibi diuinitus concesso agnoscit, sed non parum ad hoc adiuuare, quòd ad Sanctissimi Patrui tui Pauli V. Pontificis Opt. Ma-

ximi


ximi exemplum, tamquam ad rectissimam bene agendi normam diriguntur: facis enim egregie, vt quemadmodum ille ad altissimum in terris solium euectus, & veterem purpura dignitatem, & præsentis imperij curas magna ex parte in te transtulit, ita ipse nihil coneris magis, quam, vt effigiem morum eius studiose imiteris, eaq. ornamenta, quibus ille excellit religionis, sapientiæ, iustitiæ, moderationis, magnificentiæ, omnis denique probitatis, ac laudis in te repræsentes. Quod cum nemo sit, qui non videat, & admiretur, ego quoque intuens, mecumq. animo reputans, in eam opinionem sum adductus, qui in cæteris tanti Pontificis simillimus esse studeas, ab eorum patrocinio non alienum esse, quibus ille pro incredibili sua bonitate æquum se, & benignum patronum præbeat. Hunc me in numerum si adscribam, non sanè vereor, ne iactantius loqui existimer, quandoquidem, quidquid à Sanctitate Sua mihi tribuitur, totum id benignitatis eius, non meriti mei esse profiteor, siuè quòd opera mea in Republica vti dignatur, siuè quòd qualecunque opus ingenij à tenuitate mea proficisci potest, læta fronte non grauatur accipere. Accepit pridem lucubra-

cubra-

cubratiunculam à me editam de conditionibus, nunc quem emitto de Differentijs Indiuiduorum Vtriusque Iuris Tractatum pari humanitate sub sacratissimi nominis sui auspicijs prodire in publicum patitur. Quod opus etsi Pontificia Maiestate, cui nihil sub Cælo æquari, vel componi potest, satis ab omni aduersariorum iniuria munitum fore non dubitem, cb eam tamen quam dixi causam tibi quoque munere mittendum putaui, vt quoniam in omni genere laudis Sanctissimi Patrui vestigia persequeris, haberes eiusmodi cum eo communem de me benemerendi facultatem. Maximi enim in loco beneficij numerabo, si hoc mea ergà te singularis obseruantiæ monumentum non aspernabere, quo quidem, & posteris testatum fiet me sub fide, ac clientela gloriosissimi huius Pontificatus vixisse, & operi meo tantorum nominum authoritate subfulto, felix quædam immortalitas acquiretur; sequentur Statuti Vrbis glossæ subsiciuo à me studio, & à publicis occupationibus feriato elaboratæ, notisque oportunis explanatæ, quæ quod propriæ Romæ sunt eo iustius cum illi patriæ parenti, tum tibi Cardinali illius Nepoti debentur, eiusdem Vrbis ex qua antiquissima,

b & cla-

& clarissima stirpe ortus, es decori, & ornamento. Deum interim immortalem, quod extremum huius epistolæ sit votis ardentibus precor, ut te ad Romani nominis gloriam augendam, quam diutissime saluum, atque incolumem seruet.



LEANDER GALGANETTVS
AD LECTOREM.





ERENNIVS Modeſtinus (teſte Gordiano, in l. 5. C. ad exhibendum) non contemnendæ authoritatis Iuriſconſultus, inter cæteras noſtri Ciuilis iuris lucubrationes, nouem eiuſdem iuris Ciuilis differentiarum conſcripſit libros; quibus ſine dubio tot iuris antinomiæ; quæ ob rerum ſimilitudinem quotidie occurrebant; quot inibi differentiæ reperiebantur deſcriptæ; facile tollebantur. Verum cum Modeſtini libros Iuſtiniani à multis deteſtatum conſilium; & iniquitas temporis deleuerint; & extent adhuc ææedem nihilominus, & aliæ innumeræ differentiæ adeo diſperſæ; vt non ita facile, vt illo eruditiſſimo ſeculo Modeſtini ope quis poſſit pro antinomijs tollendis promptus habere; Ego Modeſtinum imitatus haſce; quas tam

in vtroque iure obſeruaui; quam in vtriuſque iuris interpratibus obſeruatas inueni, hoc vno in libello promptas tibi reſtituo, ſperans fore gratas, quas vtiles Modeſtinus ipſe æxiſtimauit, dum in nouem libellis collectas illo fortunato ſeculo dedit. Illas itaq. licet non ab ipſo Modeſtino diſtinctas, à libenter dante accipe tamen, & benigno animo conſerua; & ſi qua ratione erunt tibi profutura; Deo Optimo Maximo (Nam, & ipſe ſapientiæ ſuæ, c.7. num.2. etiam harum cognitionem attribuit) habenda erit gratia; quo authore noſtri conatus in veritatis ſemitam deducuntur. Vale.



ANTO-

ANTONII NIGRI
ex arce Annone V. I. D.
IN LEANDRI GALGANETTI
opus commendatio.

ARdua difficilis quisquis teris æquora iuris
Et Themidis templum per freta vasta petis
Syrtibus hærescas ne anceps, salebrosaq. vites
Saxa, nec allidas ad vada cæca ratem.
Hos cape nauigij comites vbicunque libellos
His ducibus carpes iam benè tutus iter
Hic tibi Leander Syrtes, dubiosq. recessus,
Et facilem pandit per vada multa viam.

VALERII PELLEGRINI
CARRARIENSIS I. V. D.
AD LEANDRVM GALGANETTVM
super eius tract. de Differentijs Indiuiduorum.

Epigramma.

DVM ius Galganette, indiuisibile pandis,
Te ipsum indiuisum cuncta per ora trahis;
Sistat in Ausonia, fines liber intret Iberos;
Totus ibi in toto; hic totus, & vnus eris;
Vrbs tamen est iterum reliquo fœlicior Orbe,
Hanc vox viua; Orbem pagina muta docet,
Viua foro resonat, Capitoli in sede, resoluit
Bissenas tabulas, condita iura aperit;
Disce ergò hinc, opus hoc, peperit quanam arte Leander;
Iuris naturam sumpsit, habetq. sui.

INDEX

INDEX.

A



Bdicare. 1
Abijcere. 2
Abiudicare. 3
Abrogari. 4
Absens. 5
Absentem. 6
Absolute. 7
Absoluere. 8
Absolutio. 9
Acceptilationis. 10
Acceptilatio. 11
Accipere. 12
Accipire. 13
Acumbere. 14
Accusare. 15
Acta. 16
Actio. 17
Actionis bonæ fidei. 18
Actionis confessionariæ. 19
Actionis damni infecti. 20
Actionis datiuæ. 21
Actionis directæ. 22
Actio, & accusatio. 23
Actio furti. 24
Actionis iniuriarum. 25
Actio iudicati. 26
Actiones generales. 27
Actionis personalis. 28
Actio specialiter. 29
Actionis tributoriæ. 30
Actionum aliarum. 31
Actor. 32
Actus. 33
Actus priuati. 34
Actus priuati, & itineris. 35
Adequare. 36
Adiudicare. 37
Administror. 38
Adoha. 39
Adoposito. 40
Ad plumbatura. 41
Adulterium. 42
Adulter. 43
Aduocationis. 44
Aduocatus. 45
Aduocatus à Medico. 46
Aduocatus à Procuratore 47
Aemulatio. 48
Affectio. 49
Agnati. 50
Alere. 51
Alimenta. 52
Alienatio. 53
Alienationis. 54
Alienatio simpliciter. 55
Alij, & alicui. 56
Alterum. 57
Altius. 58
Amare. 59
Ambiguum. 60
Ambiguum, & obscurum. 61
Ambitus. 62
Amitini. 63
Amor. 64
Amoti. 65
Ampliare. 66
Ampliatio. 67

Anathe-

Anathematizatio. 68
Angaria. 69
Animus. 70
Annalis. 71
Anno. 72
Annui. 73
Ante Kalendas. 74
Antiquus. 75
Apocæ. 76
Appellatiua. 77
Appellatio, & Euocatio. 78
Appositio Iudicialis. 79
Appositio, & prouocatio. 80
Appositio, & restitutio. 81
Appositio, & suppositio. 82
Apostata. 83
Apud. 84
Arbitri. 85
Arbitrium. 86
Arboues. 87
Archiepiscopus. 88
Arcus. 89
Argentum. 90
Argumentum. 91
Artifices. 92
Assignare. 93
Attenuare. 94
Attentata. 95
Auersum. 96
Auferre. 97
Augeri. 98
Auspicium. 99
Authoritas. 100
Aut. 101
Auxilium. 102

B.

BArbarismus. 1
Baronia. 2
Beneficium. 3
Beneficij rescripti. 4
Beneficium differt. 5
Bellum. 6
Blanditiæ. 7
Bonæ fidei. 8
Bonæ fidei, & malæ. 9
Bona, & hæreditas. 10
Bonorum, & rerum. 11
Bonorum possessio. 12
Bonorum possessio, & querela. 13
Bonis, & in bonis esse: 14
Bonis, & in bonis esse, & esse in patrimonio. 15

C

CAlliditas. 1
Cambium. 2
Cancellare. 3
Canonis. 4
Canonia. 5
Cantare. 6
Capella. 7
Capere. 8
Cauere. 9
Cauere, & vitare. 10
Caupona. 11
Causa, & ratio. 12

Causa,

Causa, & obligatio. 13
Causæ, & lites. 14
Causa, & occasio. 15
Causa finalis. 16
Causa differt. 17
Causæ falsæ. 18
Causæ Fiscales. 19
Causalis, & formalis. 20
Cedere. 21
Celare. 22
Censualis. 23
Census, & pensio. 24
Census qui. 25
Censuarius. 26
Cernere. 27
Cessio. 28
Cibaria. 29
Circum inter. 30
Ciuilis. 31
Ciuilis Iuris. 32
Ciuis, & Ciuitatis. 33
Clerici, & Laici. 34
Clerici, & Monachi. 35
Clerici in maioribus. 36
Clerici habentes. 37
Clericus ab vsufructuario. 38
Codicilli. 39
Cogitare. 40
Cognati. 41
Collaterales. 42
Collationis. 43
Commendare. 44
Committere. 45
Commodati, & mutui. 46
Commodati, & precarij. 47
Commodum. 48
Communia. 49
Communiter. 50
Comparare. 51
Comperendi nationis. 52
Concedere. 53
Concordiæ. 54
Condictio. 55
Condictionis. 56
Condictio. 57
Conditio, & modus. 58
Conditionis falsæ. 59
Conditio expressa. 60
Conditio in testamento. 61
Conditionis potestatiuæ. 62
Conditio, & condictio. 63
Conditio intrinseca. 64
Conductionis. 65
Coniectura. 66
Conferre. 67
Confessio. 68
Confiteri, & prophiteri. 69
Confiteri, & indicare. 70
Corpus. 71
Consensus. 72
Consensus, & Consilium. 73
Consilium, & mandatum. 74
Consolidatio. 75
Consortis. 76
Consobrini. 77
Constitutoris. 78
Constitutio. 79
Constitutio decretalis. 80

Constituti. 83
Consuetudo. 84
Consuetudo à lege. 85
Consuetudo residentiæ. 86
Consuetudo, & præscriptio. 87
Consuetudo, & obseruãtia. 88
Consuetudo, & ritus. 89
Contemnere. 90
Contemnere, & despicere. 91
Continuum. 92
Contractus nominatus. 93
Contractus simulatus. 94
Cõtractus, & ult. volũtas. 95
Contractus, & legata. 96
Contractus differt ab instrumento. 97
Contritio. 98
Contraria. 99
Contumacia. 100
Conuentio. 101
Conuersi. 102
Corepiscoporum. 103
Coronarum. 104
Corona Clericalis. 105
Credere. 106
Crediti. 107
Creditor. 108
Crimen. 109
Culpa. 110
Cum, & si. 111
Cupiditas. 112
Curatorum. 113
Curialis. 114

D

Damni infecti. 1
Damni in turba. 2
Damnare. 3
Damnum. 4
Dare. 5
Dare, & donare. 6
Datiuæ. 7
Debere. 8
Debitor. 9
Declaratio. 10
Decretum. 11
Decretum, Authoritas. 12
Decretalis. 13
Decreti Pontificis. 14
Definisitionem. 15
Deijcere. 16
Delegationis. 17
Delegatum Principis. 18
Delegare, & mandare. 19
Demonstrationis. 20
Demonstrationis conditionis. 21
Demonstratiue. 22
Deportati. 23
Derelictum. 24
Deregari. 25
Desinere. 26
Detestatio. 27
Detextum. 28
Detractio. 29
Dictionis. 30
Dictum. 31
Dictum Doctoris. 32
Die quarta. 33
Diem. 34
Dies incertus. 35

Dignitas. 36
Dignitas à venustate. 37
Dilatio. 38
Diminui. 39
Diminuere. 40
Directa. 41
Dispensatio. 42
Dispositio. 43
Dispositio hominis. 44
Dispositum. 45
Dissimulare. 46
Districtus. 47
Diuisionem. 48
Diuisio differt à placito. 49
Diuortium. 50
Doctum. 51
Dolus. 52
Dominium. 53
Donationis. 54
Donatio causa mortis. 55
Donatio causa mortis. 56
Donationis, & feudi. 57
Donare. 58
Doni, & muneris. 59
Dos à Fischo. 60
Dos à bonis. 61
Dos quæ restituit. 62
Dos vera. 63
Dotem dicere. 64
Dubium. 65
Dubium speculationis. 66
Dubitatio. 67

E

ECclesia. 1
Ecclesiastici. 2
Edere. 3
Edictum. 4
Edictum & rescriptum. 5
Edictum si quis omissa. 6
Electio. 7
Eligere & prouidere. 8
Eligere & priuidere. 9
Emancipare. 10
Emancipati. 11
Emphiteuta. 12
Emphiteuta ab vsufruct. 13
Emphiteutæ. 14
Emphiteutici. 15
Emphiteusis, & liuellus. 16
Emphiteusis, & locatio. 17
Emptio, & permutatio. 18
Emptoris. 19
Emptum 20
Episcopus. 21
Epistolæ. 22
Eradicatio. 23
Error. 24
Erroris. 25
Erro. 26
Esse. 27
Esse, & haberi. 28
Et. 29
Euidens. 30
Euocari. 31
Euocationis, & appellationis. 32
Euocationis, & supplicationis. 33
Ex bonis esse. 34
Exceptio. 35

Exce-

Exceptio dominij 36
Exceptio doli. 37
Excommunicatio. 38
Excommunicatio, & anathematizatio. 39
Exemplum. 40
Exemplatio. 41
Exercitus. 42
Exhæredare. 43
Exhæredatio, & præter. 44
Exhibere. 45
Eximere. 46
Existimare. 47
Expleri. 48
Expræsse. 49
Expromissoris. 50
Extrahere. 51
Extraiudicialis. 52
Extraneus. 53
Extinguere. 54
Exultatio. 55

F

Facere. 1
Facere, & reficere. 2
Facultas. 3
Facultas, & ius. 4
Falsa. 5
Falsum. 6
Fama, & rumor. 7
Fama, rumor, & clamor. 8
Fama, communis opinio. 9
Familiaris. 10
Faustum. 11
Fenus. 12
Festinare. 13
Feudum, & liuellus. 14
Feudum, & donatio. 15
Feudum antiquum. 16
Feudi, & Baronie. 17
Feudi diuisiones 18
Fictio 19
Fictio iuris. 20
Fictio, præsumptio. 21
Fideicommissum vniuersale, & legatum. 22
Fideicommissum vniuersale, & speciale. 23
Fideicommissa, & legata. 24
Fideiubere. 25
Fiduciam. 26
Fideiussor. 27
Filij. 28
Filij in potestate. 29
Finalis causæ. 30
Finalis rationis. 31
Fiscus. 32
Flagrare. 33
Forma, & figura. 34
Formalis. 35
Fors, & fortuna. 36
Forum. 37
Fraus dolus. 38
Fraudis. 39
Fructus, & vsufructus. 40
Fructus, & vsus. 41
Fructus, & vsuræ. 42
Fulmen. 43
Fulgur. 44
Fulguritum. 45

Fundus. 46
Fur nocturnus. 47
Ferem non esse. 48
Furti actio, 49
Furtum, & damnum. 50
Furtum, & plagium. 51
Fustes. 52
Futurum. 53

G

GRammatici. 1
Grammaticus. 2
Gratia. 3
Gratiæ. 4
Grauari. 5
Graue. 6
Geminatio. 7
Generalis. 8
Genetrix. 9
Gerere. 10
Gestores. 11
Gustare. 12
Gutta. 13

H

HAbere. 1
Habere, & possidere. 2
Habere liberos. 3
Habitatio. 4
Habitationis. 5
Habitator. 6
Habere in concubinatum. 7
Hæredum. 8
Hæres. 9
Hæres, & successor. 10
Hæres suus. 11
Hæreditatis. 12
Hæreditas, & legatum. 13
Hæreditas delata. 14
Hæreditatis aditionem. 15
Hypothecę. 16
Homagium. 17
Horrendum. 18

I

IActura. 1
Illata. 2
Immissi. 3
Imperium. 4
Impossibile. 5
Impulsiuę. 6
Impulsiuæ, & finaiis. 7
Impune. 8
In bonis. 9
Incidens. 10
Incorporalia. 11
In, & de. 12
In diem. 13
Indignatio. 14
Indignus. 15
Inducere. 16
Infamia. 17
Infecti. 18
Ignorantia. 19
Ignoscere. 20
Inhabilis. 21
Iniuria. 22
Iniuriarum actio. 23
Inquilinus. 24
Inquisitio. 25
Institutio. 26
Institutio, collatio, & præsentatio. 27

Insti-

Institutio, collocatio, & præsentatio. 28
Institutio conditionalis. 29
Instruere. 30
Institoria. 31
Institor. 32
Instructum. 33
Instrumentum publicum. 34
Instrumenti oblatio. 35
Interdictum de liberis. 36
Interdictū vti possidetis. 37
Interdictum vti possidetis, & aliarum. 38
Interdictum vtrubi. 39
Incerdictum de itinere. 40
Interdictum. 41
Interdictū ne quid in via. 42
Interdictum de damno. 43
Interdictum quorum bonorum. 44
Interdictum quorum bonorum, & quorum legatorum. 45
Interdictum vnde vi. 46
Interdictum vnde vi differt à remedio. 47
Interdictum, & cessatio. 48
Interdictum saluianum. 49
Interdictum saluianum, & actio hypothecaria. 50
Interdictum de vi, & vi armata. 51
Interdictum differt ab excommunicatione. 52
Interdictum. 53
Interesse. 54
Intra terminum. 55
Intergogationes. 56
Innuere. 57
Inuidia. 58
Iracundus. 59
Itineris. 60
Iubere. 61
Iudex priuatum. 62
Iudex ordinarius. 63
Iudicia publica. 64
Iudicia publica, & priuata. 65
Iura. 66
Iuramentum de veritate. 67
Iuramentum confirmationum. 68
Iurare. 69
Iurgium. 70
Ius iurandi. 71
Iuuentus. 72
Ius, & leges. 73
Ius à constitutionibus. 74
Ius, & æquitas. 75
Ius naturale. 76
Ius in re. 77
Ius ex acceptatione. 78
Ius Canonicum. 79
Ius, & facultas. 80
Iustitia. 81
Iustitiæ. 82
Ius dicere. 83
Ius ordinarium. 84
Ius patronatus. 85
Ius quæsitum. 86

Ius, & authoritas. 87

L

LAesæ Maiestatis. 1
Laici. 2
Laudemium. 3
Legatum. 4
Legatum, & prælegatum. 5
Legati, & hæreditatis. 6
Legati, & pignoris. 7
Legatum relictum. 8
Legati particularis. 9
Legatum vsusfructus. 10
Legere. 11
Legitima. 12
Legitima differt à Trebellianica. 13
Legitimationis. 14
Legum. 15
Lenones. 16
Letari. 17
Lex Ciuilis. 18
Lex, & rescriptum. 19
Libellus. 20
Liberi. 21
Liberi exhibendi. 22
Libertas. 23
Liberum. 24
Licentiæ. 25
Limitatoria. 26
Lis causa. 27
Lites. 28
Literas. 29
Litis acta. 30
Littus. 31
Liuellarij. 32
Liuelli. 33
Liuellus. 34
Locatio. 35
Locatorem. 36
Locus. 37
Lucrum. 38
Lumen. 39
Luminum. 40
Luminum. 41

M

MAgister. 1
Magistratus. 2
Maledicentia. 3
Maledictum. 4
Malæ fidei. 5
Mandare. 6
Manduit. 7
Mandatoris. 8
Mandatum. 9
Mandatum differt. 10
Mandatum, & consilium. 11
Manifestum. 12
Manifesti. 13
Manubias. 14
Materia. 15
Matronæ. 16
Meminisse. 17
Mentiri. 18
Meri. 19
Meretrix. 20
Metum. 21
Metus. 22
Merx. 23
Meuum. 24
Miscere. 25

Mise-

Miserari. 26
Mixtæ. 27
Mixti: 28
Mobilium. 29
Modi. 30
Monachorum. 31
Moneo. 32
Monitio. 33
Monstra. 34
Monumentum. 35
Mora. 36
Mora vt distet. 37
Mora conuentionalis. 38
Morata. 39
Morbum. 40
Mores boni. 41
Mores, & Ritus. 42
Mortis: 43
Mortis. 44
Mortuus. 45
Mulcta. 46
Multum. 47
Municeps. 84
Munimentum. 49
Munus. 50
Mussare. 51
Mutui, & criditi. 52
Mutui, & commodati. 53
Mutuum ab vsufructu. 54

N

NAtiuæ. 1
Nuturales. 2
Naturales filij. 3
Naturalis iuris. 4
Negociorum. 5
Nescire. 6
Nescire, & ignorare. 7
Nihilominus. 8
Niti. 9
Nobilitas. 10
Nocens. 11
Nolle. 12
Nomen. 13
Nomina. 14
Nominis. 15
Nothus. 16
Notitia. 17
Notorium. 18
Notorium, & rumor. 19
Notorium, & communis opinio. 20
Nouatio. 21
Nouatio, & quasi. 22
Nouationis. 23
Noxa. 24

O

OBlati. 1
Obligationis. 2
Obligatio dandi. 3
Obreptio. 4
Obscuri. 5
Obseruationis. 6
Occasionis. 7
Occisus. 8
Occidere. 9
Officina. 10
Officij. 11
Omne. 12
Omnis. 13
Omnis, & quilibet. 14

Om-

I N D E X.

Omnium. 15
Oneris. 16
Opem. 17
Opulenta. 18
Ora. 19
Oratio. 20
Oratorium. 21
Ordinarius. 22
Ornamenta. 23
Operæ obsequiales. 24
Osculum. 25

P

Pactumnudum. 1
Pactum, & pollicitatio. 2
Pactum, & transactio. 3
Pactum de renundiando. 4
Pactum, & conuentum. 5
Palam. 6
Paratum. 7
Parcitas. 8
Pars. 9
Particeps. 10
Particularis. 11
Partitionis. 12
Paruuli. 13
Pater. 14
Patriarcha. 15
Patronus. 16
Patronatus. 17
Patrueles. 18
Paupertas. 19
Pax. 20
Penarium. 21
Peccatum. 22
Peius, & deterius. 23
Penes. 24
Perdere. 25
Permutatio beneficij. 26
Permutatio, & alij contractus. 27
Permutationis. 28
Per. 29
Pernicitate. 30
Personalis. 31
Peruicacia. 32
Perire. 33
Petitio. 34
Pignus. 35
Pignus tacitum. 36
Pignoris. 37
Piger. 38
Placebit. 33
Plebs. 40
Pœna. 41
Pœna, & mulcta. 42
Pœna, & supplicium. 43
Poesis. 44
Portus. 45
Possidere. 46
Possidere iuberi. 47
Possessores. 48
Possessio. 49
Possessio naturalis. 50
Possessio rerum. 51
Possessionum. 52
Postulatio. 53
Posthumus. 54
Potestatiue. 55
Præbenda. 56
Præbere. 57

Præca-

INDEX.

Precarium. 58
Precarium à constituto. 59
Precarium, & commodatum. 60
Precarie. 61
Preceptum. 62
Predialium. 63
Prelegati. 64
Prescriptio. 65
Prescriptionis. 66
Presentationis. 67
Presentatus. 68
Presumptio. 69
Presumptio, & fictio. 70
Presumptio hominis. 71
Pretorie stipulationes. 72
Pretoria, & Ciuilis. 78
Prior. 74
Priores. 75
Priuati actus. 76
Priuati actus itineris. 77
Priuate vie. 78
Priuilegium. 79
Priuilegij. 80
Pro, & propter. 81
Probatio. 82
Probatio artificialis. 83
Proconsules. 84
Procurator. 85
Ppodere. 86
Prodere causam. 87
Producere. 88
Pro debitoribus. 89
Proiectum. 90
Proferre. 91
Profesti. 92
Proficere. 93
Profiteri. 94
Proprij. 95
Prorogare. 96
Prospectui. 97
Prospicere. 98
Prouisio. 99
Prouidere. 100
Prouocationis. 101
Proximus. 102
Publice: 103
Publicatio. 104
Publica. 105
Publicè. 106
Publicorum. 107
Pudet. 108

Q

Qualitates possessionũ. 1
Quartarum species. 2
Quærere. 3
Questus. 4
Quinquennalis. 5

R

Rancor, & inuidia. 1
Rapere. 2
Rapere, & furari. 3
Rapi. 4
Rapina. 5
Ratihabitatio. 6
Rationes. 7
Rationis. 8
Ratio finalis. 9
Realis. 10
Receptio. 11

Recon-

Reconductio. 12
Recte. 13
Recusatio. 14
Reddere. 15
Reddere, & edere. 16
Reficere. 17
Regere. 18
Regula. 19
Rei. 20
Relegatus. 21
Releuium. 22
Remittere. 23
Rem. 24
Remiges. 25
Remissio. 26
Remissio, refutatio. 27
Renouare. 28
Renunciationis. 29
Repetitio. 30
Replicatio. 31
Repromittere. 32
Repudiare. 33
Repudij. 34
Rescripta. 35
Rescripta, & priuilegia. 36
Rescriptum. 37
Rescriptum, & constitutio. 38
Res vendita. 39
Res corporalis. 40
Res, verbum. 41
Res, & bona. 42
Res iudicata. 43
Reseruatio. 44
Residentiæ. 45
Restituere. 46
Restitutionis. 47
Restitutio. 48
Restitutio in integrum. 49
Restitutio in integrum, & reductio. 50
Restitutio, & querela. 51
Reuocare. 52
Rugo. 53
Rumor. 54
Rusticum. 55
Ruta. 56

S

Sacra à sanctis. 1
Sacrarij. 2
Sacrificare. 3
Satisdare. 4
Scientia. 5
Scius. 6
Scriptura. 7
Scriptura, & pictura. 8
Secare. 9
Sempiternum. 10
Sensus. 11
Sententia. 12
Sententia, & decretum. 13
Sententia diffinitiua. 14
Sententia hominis. 15
Sententia iuris. 16
Sententia, & res iudicata. 17
Sepum. 18
Sequestrum. 19
Series. 20
Seruitus. 21
Seruitus luminum. 22

Ser-

Seruitus luminum,& ne prospectui. 23
Seruitus prædialis. 24
Seruitus tigni. 25
Seruitus urbana. 26
Seruitutes rusticæ. 27
Signum. 28
Si,& cum. 29
Simpliciter. 30
Si quis. 31
Socius. 32
Soli. 33
Soluere. 34
Soluere,& promittere. 35
Sophus. 36
Sortilegium. 37
Specialiter. 38
Specialis. 39
Specula. 40
Spes. 41
Spiritus. 42
Sponsio. 43
Sponte. 44
Statuta. 45
Statuere. 46
Stipulatio. 47
Stipulatio certa. 48
Stipulatio ante Kalendas. 49
Stipulatio conuentionalis. 50
Stilus. 51
Stricti iuris. 52
Studiosè. 53
Stupri. 54
Substitutionum. 55
Successio ciuilis. 56
Substituere. 57
Superficiarij. 58
Superficiarius 59
Superficiei. 60
Superstitionis. 61
Supplicationis 62
Suspensus. 63
Suum esse. 64
Suus. 65

T

Tacitæ. 1
Tempus. 2
Tenere. 3
Testamenta 4
Testamentum. 5
Titulus si quis. 6
Titulus. 7
Tollere. 8
Totum. 9
Totus 10
Transactionis. 11
Transactio 12
Transactio facta. 13
Transire. 14
Transmissio. 15
Treguæ. 16
Translatio. 17
Translatio,& transfusio. 18
Tributoria. 19
Turpis. 20
Turba. 21
Turpè. 22
Tutela. 23

Tutelam


Tutelam. 24
Tutor. 25
Tutor, & curator. 26

V

VElle. 1
Vendere. 2
Venditio. 3
Venditio simplex. 4
Venire diem. 5
Verba. 6
Verbum. 7
Verbum prolatum. 8
Verberare. 9
Vegetum. 10
Vestis. 11
Vetustiscere. 12
Via. 13
Via publica. 14
Vicarium. 15
Vicinum. 16
Villa. 17
Vindicationis. 18
Vi bonorum raptorum. 19
Vitium. 20
Vlcus. 21
Vltima voluntas. 22
Vinde liberi. 23
Vniuersum. 24
Vniuersalis. 25
Vocabulorum. 26
Volueris. 27
Voluero. 28
Voluntariè. 29
Voluntas. 30
Vrbana prædia. 31
Vrbs. 32
Vsus. 33
Vsus, & habitatio. 34
Vsusfructus. 35
Vsusfructus causalis. 36
Vsufructuarij. 37
Vsumfructum. 38
Vti, & abuti. 39
Vti, & frui. 40
Vultus. 41

FINIS.

LEAN-



LEANDRO GALGANETTO I. C.

Viro Clarissimo.



PETRVS PAVLVS SCHEGGIVS I.C. S. P. D.



VM nuper, ferijs de more indictis, forensibus negotijs esset aliquid detrahendum, & quà desiderijs amicorum, quà curæ corporis, & voluptati indulgendum: hanc autem, ad honestatẽ, oportet semper adiungi; vt hoc præclaro quasi decreto vitæ; non solum nihil mali, sed aliquid boni semper efficiamus, quod pulchritudine sua, specieq. sit laudabile: & propterea colloquio liberali, nonnullorum dierum meliorem partem, ferijs, varijsq. disceptationibus occuparemus: sermo incidit in ea, quę antiquorum Iurisprudentium, & legum Interpretum, in Pandectis, extant, monumenta, variarum rerum, diuersis confusa, tempori-

d bus:

bus: ita discreta vt instar membrorum præclarissimum corpus confecerint: vt ex illis quicquid ad iustitiam virtutum omnium Reginam,& fundamentum perpetuæ commendationis, & ad alteram illi proximam virtutem prudentiam elici possit;sine qua,inquit Aristoteles lib. 1. Ethicorum cap. 5. vix fieri potest,vt aliquis sit probus οὐκ ὄντα ἀγαθὸν εἶναι κυρίως ἄνευ φρονήσεως.

Prudentia enim quæcunque cogitant homines aut agunt quadam ratione metiri. præterita præsentibus componere,humanasque actiones diuinis consilijs semper gubernare docet. Licet autem quoad has virtutes pertinet omnibus Iurisprudētibus in Pandectis descriptis sit vnus locus, & vna dignitas assignata ab Imperatore l. tanta C. de veter. Iure enucl. ex illis tamen haurire licet varias humanę vitę mutationes, & plurima eruditionis, & aliarum rerum, & disciplinarum cognitioni, vtilia. Nam Vlpianus summa pręest eloquentia Paulus eloquutione grauis plenus sententijs, Papinianus vero prudentia, & iudicio cęteris æqualis vel maior acute scripsit cęteri omnes qua iucunditatis,qua candoris, qua subtilitatis, qua scientiæ,& doctrinæ notis clari existunt. In eo vero quod magis accedit ad iurisprudentiam constat eos prout aliarum scientiarum scriptores in triplici iuris tradendi disciplina, & munere esse versatos, illorumq. Iurisconsultorum Principum exercitatione cęteros qui deinde sequuti sunt vsos fuisse. Aliqui enim videntes propter multitudinem librorum humano ingenio,& conatu difficile esse certam iurisprudentiam consequi: volentes à se homines esse instructos, animum ad scribendum appulerunt, Ius in artem quandam redigentes,& in vnum veluti corpus colligentes libros Pandectarum,vel generales, vel speciales ediderunt. Aliqui vero, causis tractandis, se totos tradidere in eoque genere iuris quod pragmaticum,vel practicū dicitur adeo excellentes fuerunt vt primas sibi partes occupasse videantur,vel vtilitate priuatorum,quorum nego-

negotia efficaciter,& vtiliter tractarũt, vel quia cum amicis morantes, & illos voce iuuantes voluerunt etiam scriptione iuuare absentes, & futuros illa quę primi studio, & theorica inuenerunt deriuantes ad praxim. Tali sane ratione celebres fuerunt Papinianus, Sabinus, Pomponius, Neratius, & alij qui libros responsorum,& quęstionum forensium varios conscripserunt. Qui omni sęculo vniuerso terrarum Orbi, tot, & tantos asseclas habuerunt, vt nihil in iure profecisse sibi visus fuerit, qui aliquando causarum patronus non fuerit. Aliqui vero Legum explicatione laborarunt, qui Commentaria, Tractatus, Breuiaria,& Notas non minori laude, quam gloria,& vtilitate perscripserunt, tam antiqui Vlpianus, Paulus, Marcellus, Marcianus,& alij, quàm etiam recentiores, Cinus, Bartol. Bald. Salicet. Ias. Soccini, & alij quamplurimi, qui in numero veterum haberi possunt, adeo studiorum legalium materias amplissimas tractando claruerunt sub quo genere scribendi aptè mihi reponenda videntur scripta quę nuper de conditionibus, & demonstrationibus edidisti. De quibus, & alijs interloquendum dictis cum mihi adsentires dixisti tamen minuendam esse meam de tuis scriptis opinionem; cum, promiscue, litteris,& otio vtens; ad priuatæ memoriæ subsidium: annotaueris; quę circa eandem materiam legalem antiqui,& neoterici. Iurisconsulti scripserunt. Editionis autem consilium tuum fuisse, vt qui minus in iure essent exercitati supellectilem quandam ex legali penu haberent vtilium disputationum in ordinem; quam hucusque commodiorem digestarum,& legalis materię alias tractationes; non ambitione, sed vtilitate Lectorum fecisse, quas, si per otium, & quietem liceret, & Deo visum, te aliquando esse editurum. Perquirenti autem mihi quænam illę essent inter alias dixisti te differentias iuris Herennium Modestinum imitatum scripsisse: Opus sane breue, sed quod sperabas vtile futurum. Cupido statim incessit illud videndi,& enixe rogaui, vt legen-

di poteſtatem faceres ſiue nouitate tituli; ſiue curioſitate rerum nouarum, ſiue vtilitate lectionis impulſus, ſiue etiam quod in ſcriptis tuis ordo, & ſeries rerum, & ſententiarum me delectauit. Optatis reſpondiſti conditione adiecta: vt quicquid, de illis ſentirem, tibi promerem. Ego autem qui propter meam veterem de te, & ſingularē de ſcriptis tuis opinionem, illa libenter amplector atque aſſiduè lego, nec recuſare, nec reclamare potui. Licet difficile ſit mihi non ſolum in re graui: ſed etiam in mediocri ferre iudicium; ſpopondi: ita tamen, vt crederes, me velle legere magis; vt proficerem quàm, vt iudicarem, legi igitur, atque iterum relegi, & ex ijs quæ alias tibi obſeruata, & prompta erant nihil huic operi inſertum eſſe puto; quod ſit, aut cognitu inutile, aut difficile perceptu. In eius enim lectione plures extant fructus, quos vberes, diuturnosq. lectores percipere poſſint; illi pręcipui voluptas, cultus, & vſus. Plurima enim Inuenient, quæ ſint voluptati legere, cultui legiſſe, & vſui meminiſſe: ex quibus diſciplina, & ars, quibus lectores ad vſum forenſem inſtruuntur, ſolutior fiat. Nam cum ea quę I. conſultorum reſponſis explicātur, aut in verborum Interpretatione ſint poſita; aut in recti prauique diſcrimine, ex ſententia Quintil. de Orator. Inſtit. lib. 12. cap. 3. verborumq. cognitio ſit neceſſaria I. Conſultis, l. verbum erit, ff. de verbor. & rer. ſignificat. tu differentias verborū, & rerum diſtinctè, aut planè explicaſti; ex quibus Ius, & æquitas cuicunque notiſſima eſſe poteſt, Modeſtinum imitatus; qui hac partitione vſus in libris ſuis de differentijs iuris, vt in l. adrogato, ff. de adoption. & l. inter ſtuprum, ff. de verbor. ſignific. vel naturam, vel cauſas iuris aperuit. Neque diffuſas, & multiplices allegationes operi inſeruiſti; ſed ordine, & compendio, aut legis, aut alicuius receptæ auctoritatis pondus adiecisti; in quo mihi ſequutus eſſe videris, & antiquum ſtylum, & ſententiam Ripę, l. 4. §. Cato n. 7. ff. de verb. oblig. & cap. inter cæteras, nu. 75.

de

de rescriptis à qua ego discedendum non duco nisi subsi sistente necessitate, vel dubio rei, de qua sit sermo. Neque Lectores grauare debet, aliquãdo opportunus discessus in externos scriptores: vt, in ea incidant, quæ nosse non erit inutile. Extranei enim auctores in medium afferuntur etiam ab antiquis sicuti Demosthenes l. 2. ff. de legib. Homerus leg. legatis, §. ornaticibus, ff. de leg. 3. l. legata, §. nam, & argenteas, ff. de suppellectil. legat. Plato, l. 2. ff. de nundin. Hippocr. l. 3. §. fin. ff. de suis, & legit. hęred. Theophrastus l. 3. ff. si pars hæredit. petat. quos ex recentioribus sequuti fuere plures Germani, & Galli Iurisconsulti, omnes autem superauit Andreas Tiraquellus, vel studio, vel sublimitate ingenij, vel vtilitate Lectorum, vel quia animus, eo dicebat, vagus natura, & varietate, & nouitate rerum lętissimus, vel vt ostenderet sententiam Platonis, & Cicerones lib. 3. de orat. veram: dum ex pluribus docet doctrinam ingenuarum, & humanarum artium vno quodam societatis vinculo contineri. Scidit deinde se studium atque inertia factum est, vt artes esse plures videntur, vt dicit Quintil. de orat. Instit. in procemio lib. 1. Cum autem nec omni æuo, nec omnibus gentibus, sint concessa ingenia, quibus ad summa nitentibus, licuerit, se altius extollere, factum est, vt propter necessitates, mediocria ingenia magni fierent, & quæ in aliqua scientia; vel arte excellerent, summum glorię locum, adepta fuisse videantur. Quibus vero, natura, tantum tribuit acuminis & solertiæ, animiq. & ingenij motus celeres, ad inueniendum, acutos, & vberes ad explicandum, & memoria firmos: si diligentiam cum disciplina coniungant hi cæterorum officia prætereunt qui aliqua particulari scientia laborarunt, & floruerunt, & in pluribus scientijs possunt esse perfecti: vt etiam sentit Bald. cons. 284. sub nu. 3. lib. 2 quò ego Valer. Maximum spectasse arbitror dum lib. 5. cap. 4. dicit doctrina ingenia fiunt politiora, non autem meliora; quoniam quidem solida virtus nascitur, non au-

tem

tem fingitur. Methodus verò, qua, ex infinitis pene libris, laboriofa, & ingeniofa lectione depromptas differentias iuris parafti, & ordinafti; commoda fatis, & vtilis vfui, memoriæ, & difciplinæ mihi videtur. Nam ea quę fparfim, & quafi membra difiecta, de hac re, apud alios reperiuntur, cum nullus illorum videretur effe ordo: tu ordinatius, & luculentius alphabetica ferie digefta propofuifti: vt quicquid, de differentijs iuris, requirendum fit plano, & dilucido ftylo, tractatum à quolibet, promptius reperiri, & facilius intelligi poffit. Neque defuere iurifconfulti, qui, pro fuo quifque inftituto, materias legales ordine alphabetico, ad rem, accommodatiffime tractarunt: vt quod minus diftincte, aut minus varie ab alijs fcriptum erat, ex eorum libris petere poffimus. Extat in hanc formam Dictionarium Alberici, & Milis, præclariffimus tractatus Iofephi Mafcardi deprobat. Andreas quoque Tiraquellus, quoties e re fua videbat effe, ordine alphabetico plura difpofuit, in tractat. ceffante caufa par. 1. a nu. 20. & feq. & de legib. connub. l. 11. glof. 1. par. 11. num. 30. & de nobilitate cap. 2. nu. 28. & c. 31. a nu. 288. & alij plurimi, quos omnes, vel adęquauit, vel fuperauit Illuftriffimus Card. Tufcus, & in omni fere difciplina extant libri tali ordine compofiti. Hæc eft enim mea de illis opinio; quam placuit ratione, & auctoritate confirmare: vt fi vnquam in voces hominum incurrat, validius penetret, teftimonia enim magnorum virorum, plurimũ habent momenti. Te autem hortor, vt quamprimum in publicum manare finas; hunc enim, librum, qui leget, & melior, & doctior fiet. & fe à te adiutum tibi gratias aget: teq. fummopere commendabit, quod differentias iuris difpofuifti, & illuftrafti. Sed ego plura in te video, quę effent pleniore ore laudanda. Nam cum vita hominis diuidatur in negotium, & otium διῄρηται δὲ καὶ πᾶς ὁ βίος εἰς ἀσχολίαν καὶ εἰς σχολήν, Arift. 8. politic. cap. 14. & in negotio opus fit fortitudine & tolerantia, in otio verò philofophia, vtroque vero tem-

tempore iustitia,& temperantia, ut idem dicit 7.poli.c.4. Ἀνδρείας μὲν καὶ καρτερίας δεῖ πρὸς τὴν ἀσχολίαν, φιλοσοφίας δὲ πρὸς τὴν σχολήν; σωφροσύνης δὲ καὶ δικαιοσύνης ἐν ἀμφοτέροις τοῖς χρόνοις, tu priuatim, de iure respondendo, causarum patronus agens,publicè verò Magistratum gerens, iustitiam æqualiter ,& temperanter administrando, mirifica beneuolentia,indefensos tueris, & leges conseruas: quæ tot seculis morum, & ciuilis vitæ præcepta perscripserunt: Tolerantia vero, & fortitudine, quas virtutes, in eo, qui iús dicit, summè commendat Franciscus Patritius de Republ. lib. 3. tit. 1. quem copiosissimum, & elegantissimum vocat Tiraquellus de primogeni q.4.nu.25.paratus,& instructus, veluti, ad aciem labores, & pericula contemnis, quæ subire coacti sunt illi;qui munere publico funguntur Nam vt Seneca in Hercule furente dicit:

Ille superbos, aditus, Regum
Durasq. fores, expers somni,
Colit

vt clarissimæ dignitatis nomina,& titulos opponat aduersario:contra quem grauiter animaduertit Imperator l. 1. C.de his qui potent.nomin. Vere,& apte insignis,& egregius pietate christiana vir docuit;ferendo,& dissimulando magis, quam obsistendo superiores vinci si minus, vt ipsi suam corrigant vitam, at certe, vt rem Christianam minime impediant, & ex eodem Seneca:

Hic clamosi roborasa, fori
Iurgia vendens, improbus iras,
Et verba locat.

Cui fortitudine resistendum ne perfidia legulei, & Ardelionis,iudicium corrumpatur;& priuata patrimonia,multitudine litium iniustarum dissipentur. Vbi verò quies,& cessatio à publicis negotijs, serium aliquod, & salutare meditaris,& secessus, & otium studia tibi suggerunt; quę tibi ornamento,& cæteris ad res benegerendas adiumento esse possunt,& quibus memoriam tui, cum honestate, & glo-

& gloria longam, efficere possis. Tibi autem gloriari debes, vel melius gratias agere D. O. M. qui benignitate sua, vim, & animi robur; fortunę vero, & temporum munera, pio tamen, & Christiano sensu tibi concessit, vt auderes, & posses ad optatos exitus cum gloria peruenire:

---- Sed cum summas,
Exiget, horas consumpta dies,
Iter, ad superas, gloria pandet.

Vt cum Seneca finiam in Hercule Oetheo: Et quia confido fore vt existimes, quę verbis omisi, me animo dicere, pluribus tecum agere in presentia supersedeo. Vale.



IESVS MARIA.

DE DIFFERENTIIS INDIVIDVORVM VTRIVSQVE IVRIS.

D. LEANDRI GALGANETTI I. V. C. CELEBERRIMI,



VM ſæpe in vtroq. Iure noſtro ob rerum ſimilitudinem; ac conformitatem alteram pro altera accipere, ac alteram pro altera iudicare, in graue iudicatorum damnum contingat, quia differentias earum ab aliquo collectas in vno promptuario non habemus, nonnullas propterea, tàm in vtroq. iure, quàm in vtriusq. Iuris Interpretibus ſparſas in vnum Alphabeticum ordinem colligere decreui, ſciens teſte Baldo qui de differentiarum cognitione Bartholum comendat in repet. l. edita num. 118. C. de edendo. quod omnibus qui ſermonem curæ habent, debent eſſe communes,& quod omnes; qui differentias cognoſcunt, & ſciunt, quamcunque rem diſtinćte accipiunt; & iudicant, quod vtile eſt, ſed de differentia ipſa antequam ad ſingularum rerum differentias accedam, nonnulla præmittere volo.

Eſt enim differentia, qualitas, qua rerum ſpecies inter

se differunt; Veluti rationale; hoc enim differt homo à brutis sub eodem genere contentis; Nam homo quatenus animal est, à brutis, quæ, & ipsa animalia sunt, non videtur differre, quatenus autem ratione præditus est, differt, & inde sumitur animalium diuisio, qua alia rationalia, alia irrationalia dicimus. Sic pactum de nõ petendo, & transactio; Nam licèt sub eodem genere conuentionis, vel liberationis contineantur; differunt tamen in materia subiecta, qui enim transigit quasi de re dubia, & lite incerta, neque finita transigit; qui verò paciscitur donationis causa rem certam; & indubitatam liberaliter remittit. l. 1. ff. de transact. Sic etiam seruus, & filius familias quàmuis sub eodem genere contineantur, cum ambo sint in potestate alterius; tamẽ inter alia, hoc quoq. differunt, quod filius familias ciuiliter alij obligari possit, seruus non possit. Instit. de inutil. stipul. §. item inutilis in fine.

Et est differentia, aut absoluta, aut respectiua; Absoluta est, quæ etiam per se sine respectu alterius, cuius est differentia, poni potest, veluti Creditum à mutuo eo differt, quo species à genere. Nam Creditum genus est mutui l. 1. §. creditum vbi Docto. & Bald. in rubr. ff. si cert. pet. Hic differentia, quæ est genus esse, non potest poni sine respectu, & mentione mutui, cuius est differentia; Rationale autem, quæ est differentia hominis à ceteris animantibus poni potest, etiam si ceterorum animantium mentio non fiat, quemadmodum de re dubia, & lite incerta, & non finita transactionem esse, & seruũ ciuiliter non obligari poni potest licèt de pacto, & de filio fam. nõ fiat mentio. Aliud exemplum respectiuæ differentiæ proponitur Instit. de Iur. nat. gent. & ciuil. §. plebiscitum, & sic de ceteris infra in qualibet differentia absoluta, seu respectiua propositis; Et quia differentiarũ penuria laboramus; vt dicit Guliel. Lapid. in Meth. Dialect. in tertio prædicabili, definiendo cõfugimus ad ea, quę ad differentiæ naturam proximè accedunt. nempè ad proprium, vel ad accidentia, cum multa-

multarum circunstantiarum congerie, & ab ea æqualiter infertur; & remouetur species, quam constituit; & cui conuenit genus non statim eidem conueniunt differentiæ illud genus diuidentes.

Solius enim qualitatis differentia non facit rem esse aliam; dummodo vera essentia rei in substantia mutata non sit Ang. in l. cum quæritur 12. §. & an eadem ff. de except. rei iud. ex l. si non sortem § libertus, ff. de cond. in deb. & l. inficiando, §. infans, ff. de furt. quod infert ad pulchram quæstionem ibi; Et quicquid sit apud Dialecticos secundum Dec. in l. vnica, C. de sent. quæ pro eo quod, nnm. 46. secundum quod Iura loquuntur ex parua, & breui differentia species constituuntur licèt in quidditate, & essentia differre non videantur ibi d. num. 46. & differentia; seu proprium alicuius; de quo affirmatur; vel negatur; de eodem etiam affirmatur; vel negatur id, cuius est differentia, seu proprium. Cuius exemplum proponitur in l. vlt; ff. de Instrum. leg. vbi labeo probaturus, Instrumento nauis legato scapham nõ contineri; à differentia scaphæ; & Instrumenti argumentatur hoc modo. Scapha nauis non est Instrumentum nauis; etenim mediocritate, non genere ab ea differt. Instrumentum autem cuiusque rei necesse est alterius generis esse; atque ea cuius sit. Aliud exemplum proponitur, in l. 1. §. sed verior est, ff. de contrah. empt. vbi Paulus probaturus permutationem emptionis speciem non esse; à differentia, seu proprio vtriusque argumẽtatur ibi. Nam vt aliud est vendere, &c. Aliud exemplum proponitur, l. cõuenit. 65. ff. eod. & aliud. l. 14. C. de testam. huc pertinẽt notata per Euerardum in Topica, in loco, à separatis, differentibus; seu diuersis; & in loco sequenti à contrarijs Aduersis repugnantibus; seu oppositis. & per Vigel. in Dialect. Iuris, lib. 2. à differentia; & proprio; & in locis à dissimili; & à repugnantibus.

1 ABDICARE, & exhæredare, vide. exhæredare.

2 Abijcere, & arcere differunt, Abijcimus enim quæ vbi accesserint expellimus; Arcemus quæ prohibemus, ne accedant.

3 Abiudicare, & ad iudicare. V. ad iudicare.

4 Abrogari, & derogari differentiam, vide infra derogari, & abrogari.

5 Absens pro sua Ciuitate differt ab eo, qui pro suo Principe legatione fungitur. Nam Vlpia. in l. 26. §. fin. ff. ex quibus cauſ. ma. dixit. n. qui pro sua Ciuitate legatione fungitur ad Principē, si quid per causam absentiæ amiserit, vel non acquisiuerit, restitui in integrum ex generali clausula; si qua alia iusta causa, vel ex constitutione, l. 8. C. eod. licet in Ciuitate sua, à qua legatus creatus est Procuratorem reliquerit, à quo potuit defendi, nec fuit defensus, l. 1. C. eod. Discordare tamen cum Vlpiano videtur, Paulus in l. 39. ff. eod. qui generaliter definit eum, qui Reipub. causa abest, si Procuratorem Domi reliquerit, per quem defendi potuit, reuersum in integrum non restitui. quæ difinitio complectitur etiam legatum; sed legatum missum à Principe ad Hostes; vel ad extraneos; quia legatus municipalis non abest Reip. causa; quia Ciuitates, vel municipia Priuatorum loco habentur. Et ex septem, quas attulit Accurſ. hæc vna est ratio, componēdi differentiam inter Vlpianum, & Paulum; & ratio est; quia legatus municipalis cum sit creatus cōmuni Ciuium decreto in rem communem omnium, non potest quisquam Ciuium ex absentia eius captare lucrū, siue Procuratorem ille reliquerit; siue non; quia per omnes factū est, vt abesset in rem omnium; Et iniquum est, vt qui suæ rei causa peregrè profectus est tua voluntate, cum interim tu impunè Lædas in re sua; quod idē dici nō potest in legato Principis; Nam, & si mittatur Reipub. causa; tamen à solo Principe mittitur? non decreto

creto omnium Ciuium.

6 Absentem esse, & haberi pro absente differunt, notat Bar.in l.si maritus. §.1.ff.de adult.

7 Absolutè, & demonstratiuè nominis positi differentiam, vide infra Nominis demonstratiuè, & absolutè positi.

8 Absoluere, & reuocare differunt; Nam absolutio fit à sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti iuxta formam Ecclesiæ cum baculo dicendo psalmum Miserere mei, & De profundis, & fit cum solemnitate. Sed reuocatio est sententia verbalis sine solemnitate, fit etiam absolutio si ex communicatio tenuit; si non tenuit reuocatio. Item absolutio reddit, quod excommunicatio abstulit preterquam fructus, quos excommunicatus iustè perdidit; quia per absolutionē tales non recuperat Auth. vt cum d.Appell.cogn.§.generalem vers. si vero post coll. 8. & absolutio ex falsa causa super voto impetrata nō tenet, & est nulla, c.quod super his de fi d. Instr. Bea. Ant. de excommun. c. 27. num. 3.

9 Absolutio ab obseruatione iudicij, & circumductio citationis, vide obseruationis iudicij absol.

10 Acceptilationis, & Apocæ de recepto differentia est; quia acceptilatione omnimoda liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit; Apoca non aliàs, quàm si pecunia soluta sit. l.si acceptolatum, §.fin.ff.de acceptil.

11 Acceptilatio, & solutio differunt effectu, Bal. in l.3.C. ad S.C.Velleian. Alex.cons. 179. col.2.circa med. vol.5.

12 Accipere, & recipere differunt, l.cum quis vbi Alber. in §. mulier, ff. de dot. præleg.

13 Accipere, & capere differentiam, vide infra capere, & accipere.

14 Accumbere, & sedere differunt; Nam qui accumbit, neque stat. neque sedit, neque ambulat, sed medium quoddam facit; qui verò sedet nihil aliud facit, l. 124. ff. de verb. sign.

15 Accusare, & nomen deferre differunt; Nam deferre nomen dicitur, qui legibus inter-

interrogat apud Prætorem; vt si interrogatus neget, eius nomen inter reos referatur, denique deferre nomē idem est, quod reum facere; Accusare verò est agere causā, & reum suum in Iudicium adducere. Terent. lib. 10. ff. de Iure patron.

16 Acta litis, & iudicij differunt, vide infra litis acta, &c.

17 Actio, Petitio, & Persequutio distinguūtur in Aquilianæ acceptilationis formula, l. 18. §. 1. ff. de acceptil.

18 Actionis bonæ fidei, & stricti Iuris differentiam, vide infra bonæ fidei. & stricti Iuris actionis.

19 Actionis confessoriæ, & interdicti de itinere, actuq. priuato differentiam, vide infra interdicti de itinere, actuq. priuato, & actionis confessoriæ.

20 Actionis damni infecti, & aliarum actionum, vide infra Damni infecti actionis, &c.

21 Actionis datiuæ, & natiuæ differentiam, vide infra Natiuæ, & Datiuæ actionis differentiam.

22 Actionis directæ, & vtilis differentiam, vide infra Directæ, & vtilis actionis differentiam.

23 Actio, & accusatio differunt, Nam qui agit Ius suum, quod sibi debetur in Iudicio prosequitur, §. 1. insti. de act. Bar. in l. ait Prætor. 3. ff. de sepul. viol. Qui verò accusat ex hoc procurat, vt pœna mortis corporis, vel pecuniaria quis puniatur. Fisco applicāda, Ang. in rubr. Instit. de public. Iudic. & vide infra maledictio.

24 Actio furti, vide infra furti actio.

25 Actionis iniuriarum, & l. Aquiliæ differentiam, vide infra iniuriarum actio, & actio l. Aquil.

26 Actio Iudicati, & officium Iudicis differunt; Nam nunquam per actionem Iudicati consequetur quis exequutionem; quia magis tendit ad cōdemnationem, l. 3. §. idem scribit, ff. de peculio; sed quis per officium Iudicis habet paratam exequutionē; & ideò est vtilius illud implorare, vt norat, Petrus de Bellapertica in l. si quis missus 3. num. 1. 2. & 3. ff. ne vis fiat, &c.

27 Actiones generales, & speciales

ciales differunt; Nam generalis actionis significatio cõtinet etiam officium Iudicis, Viui. lib. 1. in verb. actionis appellatio, Soarez A.48. vig. in Meth. Iur. contr. lib. 5. c. 1. de actionibus in genere reg. 5. fol. 531.

28 Actionis personalis, & realis differentiam, vide infra Personalis, & realis actionis differentiam.

29 Actio specialiter sumpta officium Iudicis non cõtinet, Viui. ibi in fine, & Clar. remissiuè in §. fin. q. 12. ver. Item quęro ibi præterea multæ. Vig. præcitato loco.

30 Actionis tributoriæ, & de peculio differentiam, vide infra Tributoriæ actionis, & actionis de peculio.

31 Actionum aliarum, & interdicti vti possideris differentiam, vide infra interdicti vti possidetis, & aliarum actionum.

32 Actor, & Procurator differunt; quia Actor datur inuitus, & Procurator non. Item Actor ante litem datur, Procurator vero ante, & post; Item Actori municipum fit constitutio, vel stipulatio in personam municipij, Procuratori verò in personam eius. Specul. de his, qui alien. nomi. in iudi. inter. § vnico, num. 4. Item Actoris, & Syndici; item actoris vniuersitatis, & Tutoris, idem Specul. de Actore vniuersitatis, §. vnico, num. 5. vers. quæ differentia sit.

33 Actus itineris, viæ seruitutis differentiam, vide infra seruitutis, itineris, actus, & viæ.

34 Actus priuati itineris, & actionis confessoriæ differentiam, vide infra Interdicti de itinere, actuq. priuato, & actionis confessoriæ.

35 Actus priuati, & itineris, & Actus reficiendi, & itineris; Interdicti differentiam, vide infra de itinere, actuq. priuato, & interdicti de itinere, actuq. reficiendo.

36 Adequare duo ad inuicem vel vna res ad aliam, differunt, quia quando duo ad inuicem adæquantur quicquid vna res habet, plus altera, vel minus, intelligitur alteri esse attributum, vel diminutum; quandò verò vna res ad aliam adęquatur, cui fit adæquatio nihil additur, vel minuitur; sed tantum rei adæqua-

§. 1. ff. eod. quo genere, vt ait, l. 30. C. eod. Matrimonia non dum dirempta sepè deturpantur, & ideò rectè ab extraneo; Nam à Marito, nec Adultera, nec Adulter constante matrimonio potest accusari, l. Miles, §. volenti, ff. eod. sed ex nouell. 117. etiam constante matrimonio mulier à marito potest accusari, non ab extraneo; quod consensit cum Nouell. Iusti. dicta l. constante; Hæc verò differentia efficit, vt adultero accusando quinquennium continuum computetur à die admissi criminis; Adulteræ verò accusandæ sex menses vtiles à die diuortij, l. mariti, §. sex mensium, ff. ad l. Iul. de adult. l. 3. C. eod. l. 1. §. accusationem, ff. ad S. C. Turpill.

Et notanda est etiam illa differentia temporum, vt in adultero quinque anni continui, in adultera sex menses vtiles, ita tamen, vt non egrediantur quinquennium continuum, d. §. sex mensium, communis est præscriptio quinquennij continui adulteri, & adulteræ, si sex menses vtiles in lõgius tempus trahantur; Sed propria adulteri præscriptio quinquennij continui, & propria adulteræ sex mensium vtiliũ si breuius sit spatium, quàm quinquennij continui.

In hac re lex Iulia fauet adulteræ plusquàm adultero data adulteræ briuiore præscriptione temporis, & eius tractu longiore redacto ad finem quinquennij continui.

Porrò ex illis sex mensibus vtilibus primi duo idest sexaginta dies vtiles dantur marito, vel patri ad accusandum iure mariti, vel patris, reliqui quatuor menses vtiles ad accusandum Iure extranei, l. 4. §. 1. ff. ad l. Iul. de Adult. l. 6. C. eod. eo excepto quod etiam intra quatuor menses maritus admittitur licet aliàs accusare non posset, l. 15. §. lex, ff. eod.

44 Aduocationis inter officiũ, & rei suæ defensionem multũ interest vt dicit Vlpia. l. inter, ff. de rei vendi, & infra prox. diff.

45 Aduocatus, & rei suæ defensor differunt; Nam sententiã lata contra clientem in Iudicio reali non præiudicat Aduocato, ad quem res in

veritate spectat, secus si esset lata contra defensorem rei suæ, l. inter §. ff. de rei vendic.

46 Aduocatus à Medico differt, quia Medicus non potest sanare vulnus mortale, Aduocatus verò pessimam causam potest facere bonam viden. glos. in l. quod si nolit. §. si plures in verbo adhibuit medicum, ff. ædil. edict.

47 Aduocatus à Procuratore differt, quia Aduocatus nullum suscipit periculum, vel damnum; Procurator verò sic, glos. in l. 1. in verbo compleuit in princ. ff. de postul. Petrus de Bellapertica in l. exigendi 12. num. 5. C. de Procuratoribus.

48 Aemulatio ab imitatione hoc distat, quod imitatio simplex est, & liuorem, atque indiuiduam non admittit. Aemulatio habet quidem imitandi studium; sed cum malitiæ operatione, Virg. l. 6.

Aemulus exceptum triton
(si credere dignum est.)
Inter saxa virum spumosa
immerserat vnda.

Cicero in Cæsarianis; quasi quodam æmulo, atque imitatore studiorum, & laborum meorum, & Comite abstracto, hinc est quod imitari est simile quid facere; æmulari est paria facere, & æquare, & imitari chirographum, hoc est adulterare, capitale crimen est. Titus Cæsar profitebatur se, maximum falsarium esse potuisse, quod imitatio huiusmodi erat ei facillima, Cæsar Maximilianus symboli sui imitatorem Erardum à sylua, post amputatam dexteram vltore gladio puniuit, frequenti Curia apud lauretacum.

49 Affectio ab habitu differt; illa enim facilius imprimitur, & facilius commutatur, sicuti quandò calore, aut frigore, aut sanitate, alijsq. huiusmodi homo afficitur, habitus verò est permanentior, & diuturnior, vt virtus, scientia, prudentia, & similia.

50 Agnati, & cognati differunt; Nam agnati sunt per patrem cognati ex eadem familia, cognati quod per fœminam coniungunt? & inter eos interest quod inter genus, & speciem, nam qui est agnatus, est etiam cognatus, qui

qui est cognatus, non vtiq. est agnatus, l. 10. §. 1. ff. de gradib. §. cognationis origo concordat, l. inter princ. ff. vnde legi. & Instit. §. 1. de legit. agn. Tut.& §. 1. Instit. de legit. agn. success. & l. 2. §. agnati, ff. de suis, & legit. Quo ad successionem ab intestato, omnis differentia est sublata, §. nullam verò volumus Auth. de hæred. ab intest. venient.

51 Alere, & educare hoc distant inter se, nam alere est victu temporali vitam sustentare; Euducare autem ad satietatem perpetuam educare. Plautus Menæchmis, Nam illic homo homines, non aues educat, Accius Andromeda alui, educaui, id facite gratum, vt sit seni, l. 1. & toto titulo, ff. vbi pupillus educare debeat, & Vigel. in 2. Par. ff. lib. 18. cap. 4. fol. 1885.

52 Alimenta, & cibaria differunt. Nam illorum nomine ea omnia continentur sine quibus ali corpus non potest, cibaria verò tantùm quæ ad cibum pertinent; Itaq. alimentorum legato, & cibaria, & vestitum, & habitationem contineri tradit, l. 6. ff. de alimen. & cib. Cibariorum legato non vtiq. l. 21. ff. eod.

53 Alienatio à translatione differre videtur, l. diffinimus 13. C. de agricol. & censit. lib. 11. vbi glos. in verbo translatio. Nam in terminis d. l. alienatio non valet, l. quemadmodum, eod. translatio vero valet, d. glos. & vide infra translatio Dominij, & possessionis.

54 Alienationis rei corporalis, & nominis est differentia. Nam in alienatione rei corporalis distinguitur, an sit sponte alienatum, in alienatione nominis non vtiq. Item alienatio rei corporalis legatæ ex necessitate à testatore facta non adimit legatum, alienatio nominis non vtiq. sed volens legatarius probare testatorem per alienationem nominis legati noluisse mutare voluntatem, admittitur Bart. in l. fideicōmissa, §. si rem suam, ff. de l. 3. & §. si rem suam, vbi glos. & Aret. Instit. de legat. & in tract. meo de condit. part. 1. c. 16. num. 4.

55 Alienatio simpliciter fieri prohibita, & prohibita fieri in certas personas differt.

Nam prohibitus alienare sim pliciter potest ex testamento relinquere. Bart. in l. quemadmodum, C. de agric. & censit. lib. 11. Castr. cōs. 279. quem refert, & sequitur Bertacchi. in tract. de Episcopo, part. 4. q. 45. num. 156. vers. post prædicta quarto, declarat Alex. cons. 199. col. 3. lib. 2. ex l. ex hoc edicto, §. alienare, ff. de alien. Iudi. mut. caus. facta. & col. 1. ff. de fund. dotal. & in cons. 55. lib. 3. sed prohibitus alienare in personas certas nō potest eis ex testamento relinquere, vel legare, imo debet curare ne ad eos ab intestato perueniat Bart. vbi supra, & alij supra deducti.

56 Alij, & alicui differunt, l. 1. vbi glos. C. de sponsal.

57 Altius non tollere, & prospectui nō officere differunt, l. ædificia, ff. de seruit. vrb. præd. & l. altius, C. de seruit.

58 Alterum, & alterutrum differunt, quia alterutrum importat quem volo, alterum non vtique, Bart. in l. si ex toto, §. si ita scriptū, vers. nota tamen ex hac glo differentiam, ff. delegatis 1. Item alter est distributiuum duorum, vel trium, alteruter duorum tantum, Bald. in d. l. si ex toto, §. si ita scriptum, num. 3. ff. de leg. 1. & in l. Ancillæ, C. de furt. & Castr. cons. 18.

59 Amare, & diligere differunt; Nam amare habet maiorem vim, diligere verò est leuius amare, Cic. ad Brutum sic igitur facies, & me, aut amabis, aut quo contentus sum diliges, & lib. 1. Clodius Tribunus plebis designatus valde me diligit, vel (vt melius dicam) valde me amat, idem ad Dolobellam. Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam posse aliquid accedere? Tantum tamen accessit, vt mihi denique amare videar, antea dilexisse.

60 Ambiguum, & dubium differunt; Nam ille dicitur in dubio esse, qui nescit, & animo hæret incertus quid dicat, sentiat, aut faciat, glos. in l. de statu suo dubitantes, ff. de testam. & in rubr. ff. de iur. & fact. ignor. Ambiguum autem est vbi opinionum est conflictus, & iura videntur varia, c. 1. de Iudicijs; sed hæc differentia sæpè confunditur.

ditur. Et de triplici ambiguitate scilicet iuris, facti, & personæ notatur, 33. dist. c. fin. secundum Io. Andr. in proœm. Clem. super verbo ambiguitatis adde Bart. in l. inter stipulantem, §. 1. ff. de verb. oblig.

61 Ambiguum, & obscurum differunt, Nam dicitur ambiguum quod in ambas partes agi potest; Obscurum verò quod in quàm plurimas, Alciat. in l. Nepos 125. nu. 8. ff. de verb. signif.

62 Ambitus, & ambitio differunt; Nam ambitus est in actu. Ambitio in animo, item ambitione peccat, qui præter modum cupit honores, ambitu verò qui largitionibus. Magistratum consequitur, ff. ad l. Iul. de Ambitu, l. hæc lex.

63 Amitini, & consobrini differunt; Nam qui ex fratribus nascuntur patrueles, qui ex duabus sororibus cōsobrini, ex fratre, & sorore amitini inter se nominantur, l. vlt. §. 4. ff. de gradibus.

64 Amor, & cupido licet idem significare videantur, est tamen inter eos diuersitas, est enim cupido in consideratæ necessitatis; Amor Iudicij. Plautus Bacedibus. Cupido te conficit an ne amor? Idem Curculione discreuit, & vim eiusdem diuersitatis expræssit dicens; Quod venus, cupidoq. imperat, suadetq. amor. Afranius in homine amabit sapiēs, cupient cæteri, cupidinem cum fœminino genere dicimus cupiditatem significamus, Virg. Aeneidos lib. 6. quæ lucis miseris, tam dira cupido? Cū masculino Deum ipsum. Plautus Mercatore. Cupido quantus es. Neuius Gymnast. Aedepol cupido cum pusillus sis, nimis multum vales, & amor iudicij potest errare, vt per Dantem in 17. cantu Purgatorij ibi

Ne Creator, ne creatura mai,
Cominciò ei, figliuol fù senza amore
O naturale, ò d'animo, è tu'l sai.
Lo natural fù sempre senza errore:
Ma l'altro puote errare per male obietto,
O per troppo, ò per poco di vigore, &c.

65 Amoti, & suspensi differentiam

rentiam, vide infra suspensus, & amotus.

66 Ampliare, & augere differunt; Nam augere spectat ad quantitatem, ampliare verò ad precium, quo fit diligenti rerum cultura, l iubemus, C. de sacros. Eccles. & l. non intelligitur, §. Diui, ff. de iure Fisci.

67 Ampliatio, & comperendinatio differunt; quia à Iudicum arbitrio, ac voluntate pendet ampliatio. Comperendinatio verò nõ vtique, sed petente prius accusatore, vel defensore. Nam nisi alteruter, aut vterque petijsset nihil Iudices de cõperendinando reo cogitassent. Itẽ quia vetustior est ampliatio, quam comperendinatio, Cicero de leg. Glaucia.

68 Anathematizationis, & excommunicationis differentiã vide infra Excommunicatio, & Anathematizatio.

69 Angaria, & perangaria differunt; illa enim est opus personarum dominio operatum, glos. in l. neminem, §. in verbo angarij, C. de sacros. Eccles. Ista vtrunque scilicet opera personarum, & rerum impendia, glos. in d. l. in verb. perangarijs, C. eod. & ibi Bart.

70 Animus, & anima hoc distant; quod animus est quo sapimus, anima qua viuimus Accius Epigone sapimus animo, fruimur anima, sine animo anima est debilis. Varro, an dabatis, in reliquo corpore ab hoc fõte diffusa est anima. Hinc animus ad intellignetiã tributus, glos. in verb. animus in l. sancimus la prima, C. de sacros. Eccles. §. fin. Instit. de public. Iudic. Item animus affectum, voluntatẽ, mentem, cogitationem possidẽdi significat, l. 1. §. sed furiosus, l. 3. §. Neratius, ff. de acquir. possess. Animo itaque possidet qui affectum possidendi habet, quiq. ea mente, & cogitatione est, vt possidere velit, d. l. 3. in princ.

71 Annalis dilationis, & quinquennalis differentiam, vide infra Dilationes annales, & quinquennales.

72 Anno duodecimo, & post annum duodecimum differunt, l. si ita fuerit libertas, ff. de manum. testam. l. qui fundum, ff. de contrah. empt. & l. inter illam, ff. eod. Primo enim casu statim illucescente

ſcente prima die, 12. anni cõ petit legatum ſic relictum; ſecundo verò caſu non niſi tranſacto toto anno duodecimo.

73 Annui legati, & legati vſus fructus differentiam; vide infra legati annui, & legati vſus fructus.

74 Ante Kalendas, vel in Kalendis differunt, notat Bart. in l. qui ante Kalendas, ff. de verb. oblig. Nam quandò reus ad ſui commodum promittit dare ante Kalendas, quandocunque vult poteſt ſoluere ante Kalendas, ſed non poteſt cogi niſi in Kalendis ibi num. 2.

75 Antiquus, & antiquior, vt gradu ita, & differunt intellectu. Nam antiquum ſignificat vetus, Virg. Georg. lib. 2. Antiquasq. Domos auium; Antiquior verò melior. Varro rerum humanarum lib. 20. Neque idonei ciues aliquid habẽt antiquius ſalute communi, Accius Phœniſſis abdracõtis ſurpe amata exoratus genere antiquior. Lucil. lib. 14. quin potius vitam degat ſedatus quietam quam tu antiquius fecere, quam hoc feciſſe videatis Cicero de Amicitia. Hoc quidem proprium eſt amicitiæ; ſed antiquior, & pulchrior, & magis à natura profecta. Idem de Repub. lib. 1. ſed quoniam plurima beneficia continet patria, & eſt antiquior parens, quam ſi quis (vt aiunt) curauerit maior ei profecto, quam parenti debeatur gratia.

76 Apocæ de recepto, & acceptilationis differentiam, vide ſupra Acceptilationis, & Apocæ.

77 Appellatiua, & propria nomina differunt inter ſe, quia error in proprio nomine nihil nocet, dum tamen de corpore ſenſerit errans. Secus in nomine appellatiuo, gloſ. magna, in l. ſi quis in fundi vocabulo, ff. de leg. 1. præterquam in appellatiuis accidentalibus, Bald. d. l. num. 3. verſ. quarto, circa hoc quæritur, &c.

78 Appellatio, & euocatio differunt.

Primo, quia euocatio tam motu proprio, quam ad petitionem partis poteſt concedi, Aufer. in deciſ. q. 480. Appellatio ad partis tantum petitionem, oportet enim, quod

quod verbo par appellet. l. litigatoribus, C. de appell. l. 2. & seq. ff. eod. vel in scriptis, c. 1. de appell. in 6.

Secundo, quia euocatio non solet dari nisi per Principé quia est meri Imperij & maximi arg. l. Imperium, ff. de Iurisdict. omn. Iud. Appellatio enim per Iudices, quia est fauorabilis, & sapit defensionem Doct. in rubr. de apoell. arg. l. vt vim, ff. de iusti. & Iur.

Tertio differunt, quia euocatio totam causam deuoluit ad superioré, Archid. in c. Curiæ 11. q. 3. Appellatio verò ab interlocutoria non deuoluit nisi illum articulum, super quo est appellatum. Ideò causa remitti solet ad Iudicem à quo, si male appellatum fuerit, c. vt debitus de appell. c. Romana, §. fin. eod. in 6.

Quarto, quia euocatur causa lite pendente, c. Ecclesia il secondo, vt lit. pend. Appellatur autem lite finita, aut saltem aliquo articulo, vel comminatione facta, c. 1. & c. cum cessante, & per totum de appell.

Quinto differunt, quia quando appellatio est deserta iurisdictio, redit ad Iudicem, à quo est appellatum, c. cum sit Romana de appell. Clem. sicut eod. notant Doctor. per illum text. in l. quoniam, in princ. C. eod. Idem est, si renunciatum fuerit appellationi, c. gratum de offic. deleg. & c. interposita de appel. l. si quis libellos, C. de appell. sed euocatione semel facta, & intimata licet deserta, sit per parres, nunquam tamen causa redit ad illum Iudicem, à quo est euocata, sine remissione Principis, Héric. Bohic. in c. vt nostrum de appell. text. est singularis secundum Bal. ibi c. 2. in l. si vt proponis la prima, C. quomod. & qnand. Iudex facit, c. Pastoralis, §. 1. ff. de offic. ord. Doct. in c. inter dilectos de excess. Prælat. Panor. cons. 6. lib. 2. Anchar. cons. 58. Roman. cons. 335. & Dec. cons. 137.

Sexto differunt, quia attentata post euocationem reuocantur d. c. Ecclesia, vt lite pend. Hostien. in summa de Cleric. peregrin. §. & quo priuilegio, ver. ergo hęc tria, c. licet de offic. de leg. sed in appel-

appell. ab interlocutoria nõ, nisi veram, & iustam causam appellationis esse cõstiterit, c. non solum de appell. in 6.

Septimo, quia facta expressa euocatione non potest is à quo causa est euocata, de ea cognoscere etiam quo ad tertium Innoc. in c. cum M. de constit. in fine, & ibi eum sequuntur alij, & Doct. in d. c. vt nostrum, secus in euocatione tacita, c. Roma, §. in alium de appell. in 6. & ibi Doct. & Petrus in d. c. vt nostrum, & post expressam non valet processus, etiam si pars non opposuerit. Secus si post tacitam, Imol. & alij in c. cæterum, Iacob in l. Iudicium, ff. de Iudic. Item tacita non annullat processum factum per Iudicem euocationis ignarum, Gemin. cons. 47. Rip. in d. c. cum M. secus expressa quæ inter se ita differunt, sed interposita appellatione non prohibetur Iudex à quo cognoscere causam quo ad tertium; quia quo ad illum non censetur appellatum, nec eidem prohibitum, d. §. in alium, Panor. in c. cum teneamur, col. 2. de appell. Feli. in c. qualiter il primo, col. 7. de accusat.

Octauo differunt, quia appellatio friuola de Iure non deuoluit, si ei non deferatur, c. cum appellationibus de appell. in 6. Diuersum est in euocatione facta etiam sine causa, quæ statim deuoluit, c. peruenit il secondo, de appell. & ibi not. Ideò magis suspendit, quia appellatio in Iure consistit, idest non valet nisi fuerit iusta euocatio in facto, id est, An Princeps eam admittat. Tex. est & ibi Doct. in d. c. vt nostrum; quia euocatio habet voluntatem superioris inhibentis inferiori, ne amplius de causa cognoscat, Dec. ibi.

Nono differunt. Nam quandò causa euocatur ab aliquo potest ad eum remitti, l. nihil tam naturale, ff. de reg. Iuris, c. 1. eod. arg. 2. q. 6. c. nos si incompetenter; secus in appellatione, quæ semel emissa prohibet causam ad eum, qui grauauit remitti, l. eos, in princ. C. de appell. c. vlt. §. fin. 2. q. 6. c. accepta de appell.

Decimo, quia facta appellatione Iudex à quo, potest

in illa causa recusari, & appellans est exemptus à Iudice, à quo, l. vna, ff. apud eum, à quo appell. c. Romana, §. cum verò de appell. in 6. c. ad hæc il primo, & c. Pastoralis, §. fin. eod. In euocatione autem non poterit recusari si Princeps causam ad eum remittat prætextu illius euocationis, Bohic. in d. c. vt nostrum in fin. quia appellatio ex iniquitate Iudicis procedit, l. præfecti, ff. de minor. Doct. in c. vt debitus de appell. euocatio verò venit ex facto Principis, & non ex culpa eius communiter, à quo euocatur; Ideo non est, quod recusetur, nec reperitur in Iure cautum. Ergo, &c.

Decimoprimo, quia quicquid fit per euocationem ab illo, à quo est causa euocata, etiam in accessorijs est nullum, d. c. vt nostrum, quia princeps euocando videtur omnem iurisdictionem ab illo quoad illam causam adimere, vt ibi notatur in c. constitutis eod. Aufer. in decis. Capell. Thol. q. 480. Ideo possessor lite euocationis pendente non poterit vti sua possessione, & sic limitatur, c. 1. vt lit. pend. & c. si constiterit de accus. facit, c. laudabilem, vt lit. pend. quod intelligendũ est quando vtendo fieret præiudicium negocio principali, iuxta c. si à sede de præben. in 6. Innoc. in c. in præsentia, col. 2. de probat. Diuersum est in appellatione; quia non impeditur denunciatio, & publicatio excommunicationis, vel alia consecutiua ad præcedentem sententiam; c. Pastoralis, §. verum, & c. constitutis, il 2. de appell. gloss. in c. si eo tempore de elect. in 6.

Decimosecundo, quia euocationem emissam, Iudex à quo etiam de consensu partium non potest sine expressa remissione de causa cognoscere, & se intromittere, Rot. decis. 76. Postquam litem in no. Præpos. in d. c. vt nostrum, ne superiorem illudat, c. bonæ, il 2. vers. non obstat de postul. Prælat. quod intelligendum est quandò est intimata, vel apposita clausula irritans Iasi & Dec. in l. pacta, quæ contra, col. 2. C. de pactis. In appellatione secus, quia Iudex de consensu partium, cognoscit; c. interposita,

sita, §. ille, de appell. c. si à Iudice, eod. in 6. quæ sunt etiam inter euocationem, & supplicationem per iura in qualibet supradictarum differentiarum deducta.

79 Appellatio iudicialis, & extraiudicialis differunt.

Primo enim in appellatione iudiciali causa appellandi debet esse vera, c. interposita, & c. vt debitus de appell. In appellatione extraiudiciali satis est, quod causa sit verisimilis, & probabilis, vt si timuerim molestari in alicuius rei possessione appellare potero, c. bonæ eod.

Secundo in Iudiciali Apostoli tradebantur Clem. 2. de appell. In extraiudiciali non, c. 1. de appell. in 6.

Tertio Iudicialis appellatio debet esse certa, d. c. vt debitus. Extraiudicialis licet generalis, & incerta respectu personarum, & grauaminis recipitur, c. consuluit eod.

Quarto, arreptio itineris pro iudiciali appellatione nō habetur, pro extraiudiciali habetur, c. dilecti de appell. & c. cum causa de re iudic.

Quinto, excommunicatus iudicialiter appellat, extraiudicialiter non, c. cum inter de except.

Sexto, in iudiciali terminus anni ad prosequendam appellationem currit à die interpositæ appellationis. In extraiudiciali à die illati grauaminis, Clem. sicut de appell. c. anteriorum 11. q. 6.

Septimo, iudicialis appellatio ex causa de præterito interponitur, & ratione grauaminis illati frequentius, c. cum cessante, & c. vt debitus de appell. extraiudicialis ratione causæ de futuro, quia grauari timet, vel spoliari, c. bonæ eod.

Octauo, iudicialis suspendit iurisdictionem Iudicis, à quo in totum, c. super eo primo de appell. c. venientes de Iureiur. c. si à Iudice, eod. in 6. sed extraiudicialis non suspendit factum de præterito, nec id, quod est omnino consequutiuum ad explicitū de præterito; sed quod est factum contra appellationem, c. constitutis de appell.

Nono, gesta post appellationem iudicialem tāquam attentata reuocantur, c. non solum, eod. in 6. Quæ non

ſunt facta contra appellationem extraiudicialem, licet poſt non reuocantur, c. cum nobis de electio. & c. 1. de appell.

Decimo, in iudiciali appellatione ad appellandum dantur decem dies auth. hodie, C. de appell. c. quo ad conſultationem de re iudi. qui à die notitiæ currunt, c. concertationi, eod. in 6. In extraiudiciali etiam poſt decẽ dies appellare licet, quia extraiudicialia non tranſeunt in rem iudicatam, d. c. concertationi.

80 Appellatio, & prouocatio differunt; Nam in iudicio appellatio interponitur; Prouocatio verò extra iudicium, vt docet Iaſ. in l. 1. in princ. ff. de nou. oper. nunci. facit tex. in c. cum ſit Romana, ibi, nec ſolent huiuſmodi dici appellationes; ſed prouocationes ad cauſam, de appell. Rebuf. in l. liberti appellatione, ff. de verbor. ſign. Guid. Pap. ſign. 32. §. differentia eſt, vnde appellatio vna dicitur iudicialis, extraiudicialis altera per ſupradicta.

81 Appellatio, & reſtitutio in integrum differunt.

Primo, quia appellatio querelam iniquitatis ſententiæ continet, in integrum petitionem veniæ proprij erroris, vel aduerſarij circumuentionem, l. præfecti, ff. de minor. Petrus de Bellapert. in l. inuitus, num. 11. C. de Procuratoribus.

Secundo, à ſententia Papæ, vel Principis non appellatur; ſed benè reſtituitur, l. 1. ff. à quib. appell. non licet, & l. in cauſæ, §. fin. cum l. ſequent. ff. de minor. c. ex literis de reſtit. in integrum.

Tertio, appellatio extinguit iudicatum, l. 1. in princ. ff. ad Turpill. c. venientes de iureiur. & l. vna, C. in integ. reſtit. poſt; ſed reſtitutione in integrum pendente fit executio; c. ſuſcitata de in integ. reſtit. Iaſ. in l. cauſa cognita, C. de tranſact. & ita ſeruat Rota.

Quarto, quia aduerſus ſententiam latam pro libertate poteſt appellari, ſed non in integrum reſtitui, l. illud, 11. vbi Bart. ff. de appell.

Quinto, quia aduerſus tres ſententias cõformes quis nõ poteſt appellare, l. 1. & per totum

totum, C. ne liceat tertio prouoc. glos. in l. 1. C. si de monen. poss. fuerit appell. c. sua nobis de appell. sed restitui potest vt minor. l. minor, autem, §. denique, ff. de minor. Clem. 1. de re iud. vbi Doct. & l. fin. C. si sæpius in integr. resti. post. & c. fin. de in integ. restit.

Sexto, quia si quis appellet temerè condemnatur ad mulctam, l. quoniam, C. de appell. sed impetrans restitutionem non, sed ad expensas tenetur. Doct. in d. c. suscitata.

Septimo, quia appellare quis tenetur intra decē dies auth. hodiè, C. de appell. computandos à die notitiæ, c. concertationi, eod. in 6. Diuersum est in restitutione in integrum, quæ à maiore intra quadrienniū impetrari potest, l. fin. C. de temp. in integ. rest. peten. & prohibita appellatione, non censetur prohibita restitutio. Doct. Clem. 1. de re iud.

Octauo differunt, quia excommunicatus, & alius quicunque inhabilis potest impetrare commissionem appellationis. Rota in nouis de Iudicijs, decis. 6. aliàs 175. n. 1. Restitutionem verò ad appellandum à diffinitiua, quæ transiuit in iudicatum, non vtique nisi in beneficialibus, & matrimonialibus. Rota in nouis de exceptio. decis. 7. aliàs 453. num. 1. Appellatio, & restitutio differunt, Specul. §. 8. vers. penult. de appell. Appellatio, & restitutio in integrum differunt non quantum ad effectum; quia vtraque interim sententiam suspendit, l. 1. C. restit. in integr. pend. & demum rescindit, l. 1. C. si aduersus rem iudic. sed quantum ad modum differūt dupliciter. Primo quantum ad modum procedendi in vtroque Iudicio. Nam appellatio debet cognosci coram maiori Iudice. Restitutio verò coram eodem etiam pari potest expediri, l. 1. præfecti, ff. de minoribus. Oddus de rest. in integr. q. 32. art. 16. Item in appellatione dilatoriæ non admittuntur, l. ita demum, C. de Procuratoribus. In restitutione vero secus, l. si minor, vt omissam, ff. de minoribus. Iacob. de S. Georgio in l. fin. C. si aduers.



aduerſ. rem iudic. in fine vbi testatur de communi. Oddus in præallegato tractatu, 2. p. q. 34. Secũdo differunt quantum ad modum concipiendi libellum, & cauſam quærele, & reclamationis; nam restitutio reſcindit ſententiam prætextu erroris ipſius petentis reſtitutionem; appellatio verò prætextu iniquitatis ipſius Iudicis, vt eſt tex. in d. l. præfecti, ff. de minoribus, & ideo Bart. ibi dat diuerſam libellandi formam, & idem in l. 1. num. 2. C. ſi aduerſ. libert. & Aret. in l. 1 in verſ. 5. nota, C. eod. & Petrus de Bellapert. in l. inuitus, C. de Procurat. num. 1 1. vbi etiam habes quomodo alia ſit cauſa appellationis, alia reſtitutionis in integrũ. & idem voluit Bald. in l. 1. C. de reput. Fulg. in l. fin. num. 2. C. de ſentent. paſſ.

82 Appellatio, & ſupplicatio differunt.

Primo, quia appellatio iuri communi innititur, l. 1. & per totum, ff. de appell. ſupplicatio de gratia recipitur, c. ex literis de in integr. reſtit. ibi de benignitate, auth. quæ ſupplicatio, C. de precibus Imper. offer.

Secundo, quia appellatio intra decem dies emittitur, auth. hodiè, C. de appell. gloſ. in d. c. ex literis, qui à die notitiæ computantur, c. concertationi de appell. in 6. ſupplicatio verò de iure vſque ad biennium d. auth. quæ ſupplicatio, & c. anteriorum, 2. q. 7.

Tertio, quia in appellatione alius Iudex ſuperior quàm is, qui ſententiam tulit, cognoſcit, c. 2. de conſuet. in 6. & ibi gloſ. Diuerſum eſt in ſupplicatione d. Auth. quæ ſupplicatio, C. de precib. Imper. offer.

Quarto, quia, qui appellat de iniquitate Iudicis, qui ſententiam protulit, quæritur, l. apertiſſimi, C. de iudi. l. 1. ff. de appell. ſed qui ſupplicat de errore, l. præfecti, ff. de minor.

Quinto, quia appellatur bis à diffinitiua, C. ne liceat tertio prouo. ſed ſupplicatur ſemel tantum, l. ſi quis, C. de precib. Imp. offer.

Sexto, quia appellatio ſuſpendit iudicatum, l. 1. in fin. ff. ad Turpill. c. venientes de iureiur. ſed ſupplicatio non.

Ideò

Ideò si intra decem dies sup plicetur, sententia mandabitur executioni, d. auth. quæ supplicatio. Ruy. cons. 34. lib. 5.

Septimò, quia in criminalibus appellare licet, l. non tantum, ff. de appell. sed non supplicare, quia sententia executioni mandari solet, d. l. non tantum, sed venia super criminis pœna potest per supplicationem impetrari, c. rescripta 25. q. 2. Specul. in tit. de suppl. §. sequitur, vers. primò.

Octauo differunt, quia non licet appellare ab his, quibus commissum est, vt iudicent appellatione remota, & ita seruatur per c. Pastoralis de appell. supplicare tamen pars adhuc poterit per c. ex literis de in integ. rest. Imol. in l. ex consensu, §. fin. ff. de appell. Panor. in d. c. ex literis, col. 2.

Nono, differunt, quia ante sententiam appellare licet tàm de iure ciuili, l. 2. ff. de appell. recip. quàm de iure Canonico, c. 1. de appell. in 6. & vbicunque grauamen infertur, c. vt debitus de appell. Specul. eod. §. differt, vers. Itèm ante: supplicare tamen non licet nisi post iudicatum, d. auth. quæ supplicatio.

Decimò, quia in causa appellationis pronunciatur benè, aut malè iudicatũ, l. eos, C. de appell. In causa supplicationis erratum, vel non erratum fuisse, licet Panor. contrarium dicat in d. c. ex literis in vlt. notabili.

Vndecimo differunt, quia solius Principis est admittere supplicationem contra iudicatum, quod cum per supplicationem retractetur prę iudicatur iuri alterius, quod inferior Principe facere non potest, l. 2. & 5. C. sent. rescind. non poss. l. moris, ff. de pœn. Innoc. & Io. Andr. in d. c. ex literis de in integr. restit. Appellatio verò à quolibet Iudice superiore illius, qui iudicauit impetrari potest, per totum tit. de appell. In omnibus vero in quibus non reperitur iure differre à pari procedunt, glos. in l. vnica, C. de sentent. præfe. pręt. & statuta in causa appellationis locum habebunt in causa supplicationis, l. fin. §. penult. C. de temp. appell.

& ibi Ang. & Salic.

83 Apostatę, & vagarites differunt in multis, notant DD. de Rota coram Achille de Grassis remissiuè, decis. 346. aliàs vnica de Apostat. n. 7.

84 Apud, & penes, vide Penes, & Apud.

85 Arbitri, & Arbitratores differunt, Nam illi ex compromisso adeuntur, quorum sententiæ metu pœnæ paremus, l. societatem, §. arbitrorum, ff. pro socio; Isti verò quos arbitratores vulgus appellat sunt qui tamquā boni viri arbitrari, & constituere aliquid debent Iuris dispositioni minimè obnoxij, nec pęna formidabiles, quorum sententię magis transactioni, quàm iudicio sunt conformes, c. quinta vallis de Iureiur. Bar. in l. labeo, §. tametsi, ff. de arbit.

86 Arbitrium, & compromissum differunt, Nam arbitriū est quod fit sine pœna, est tamen pignoribus, vel Iureiurando vallatum. Compromissum est quod fit cū pœna, Specul. de Arbitro, & Arbitratore, §. 1. nu. 1. ver. est autē Arbitrij, & compromissi differentias cumulat Specul. citato loco, §. 4. per totum.

87 Arbores differunt, aliæ enim sunt fructiferę, alię ceduę, alię non ceduę, l. cum manu, §. sylua, ff. de contrah. empt. l. Item. §. fin. ff. de vsufr. Alciat. in l. sylua 30. in princ. ff. de verb. sign.

88 Archiepiscopus à Primate differt tantùm in nomine Ant. de Pret. c. 6. num. 21. in Tract. de Iurisdict. Episcop. defens.

89 Arcus, & Arquus differunt; Arcus enim suspensus forma appellatur; Arquus non nisi qui in Cęlo apparet, quem Irim Poetę dixerunt. Vnde, & arquati dicuntur quibus color, & oculi virent, quasi in Arqui similitudinē. Lucretius lib. 6. Tum color in nigris extabat nubibus Arquus. Virg. Aene. lib. 7. & lib. 9. appellat. Iridis Arcum non autem Arquum, quod vtique facit dum de Iride plura cecinit.

90 Argentum factum, infectum, & signatum differunt, l. 19. ff. de furt. Nam factum est vnde artifex opus aliquod veluti lancem, aut patenam, vel quid simile efficit, infectū quod rude, & adhuc in mas-

in massa est. Signatum quod signo publico notatũ, nummi, atque pecuniæ appellationem recipit. Liuius li. 34.

91 Argumentum sumptum pro collatione plurium ad vnam conclusionem differt à signo sicut pars à toto; Nam ex pluribus signis aliquandò argumentũ conficitur, l. procula, ff. de probatio. aliquandò ex solo signo; quod necessarium sit, vel maximè credibile; Item signum aliquandò arte caret, aliquandò non caret, Argumẽtum verò semper habet artificium; Illud excipit M. Tullius in partitionibus, quòd à testimonijs sumitur, & remotum appellatur. Vnde M. Tullius lib. 1. de Inuentione scribit in hæc verba, argumentatio videtur esse inuenta ex aliquo genere, rẽ aliquam, aut probabiliter ostendens, aut necessariè demonstrans.

92 Artifices, & mercatores differunt; quia mercatores res emunt, vt eas in eadem specie carius vendant, artifices verò, vt in aliam formam res emptas vertant. Alciat. in l. mercis, 66. ff. de verb. sign.

93 Assignare, & conferre differunt, vt notat Card. Flor. in c. referente 8. not. de præbendis.

94 Attenuare, & annullare differunt, c. si quandò de electio, in 6.

95 Attentata circa possessionem, & cætera alia, vt puta circa processum, & similia non solum ex hoc, quia hæc sapiunt naturam veri possessorij; verùm etiam, quia & alias inter sententiam, per quam fit restitutio possessionis, & cætera attentata videmus differentiam constitui, cum in illa quæstione, an sententia lata super attentatis interlocutoria, vel potius habeat vim diffinitiuæ. Doctores aliàs tenent; quod hæc, per quam fit restitutio possessionis vim diffinitiuę habeat, aliæ verò sint interlocutoriæ Aegidius decis. 286. In materia Rota, decis. 2. aliàs 86. si à sententia de appellio. in nouis, & decis. 2. aliàs 113. Tres sententiæ de re Iudic. in antiquis. Vestrius l. 8. c. 4. num. 22. Milesi. in verbo sententia reuocationis attentatorum fol. 356. & in verbo sententia lata in possessorio

D solo,

solo,& verf. sequen. in princ. licet in fine videatur dubitare, cum alijs, quos latè congerit Lancellot. de attentatis par. 3. capit. 28. de sentent. in caus. attent. ferenda, num. 33. & sequentibus.

96 Auarus, & auidus ita discernuntur. Auarus enim semper in repræhensione est, auidus autem ab auendo, quod est etiam honeste cupiendo, & à delectatione intelligi potest, hac pro hoc ali quando malis, aliquando bo nis adiungitur causis. Virg. Geor. lib. 2.

Pascuntur oues, auideq. Iuuencæ.

Salust. bello Catil.

Laudis auidi, pecuniæ liberales erant.

97 Audacia, & audentia hoc differunt, quod audentia for titudinis sit; Audacia temeritatis, Salust. audacia pro muro habetur, & apud vetere sæpe sic; Audentia, Virg.

Audentes fortuna iuuat.

& audentior ibo in casus omnes, quamquam, & audaciam pro fortitudine legimus. Virg. lib. 9.

Irim de cælo misit Saturnia Iuno

Audacem ad Turnum. &

Aude hospes contemnere opes.

98 Auersum, & aduersum differunt; Nam aduersum nuncupatur quod ad nos versum est. Auersum, quod nobis est retro. Vnde aduersa vulnera quæ à fronte, auersa quæ à tergo. Item quod alienum est, & quasi abest à nobis, auersum appellatur, & auertere à se abijcere, abalienare. Aduertere recipere, & retinere, Cicer. in Verrem Conna. lib. 7. cap. 10. num. 61.

99 Auferre, & mouere differunt; Nam auferuntur quæ detrahuntur, vt transferantur ex alio ædificio in aliud. Mouentur quæ eruuntur ex officinis Iacob. Cuiac. li. 18. obseruat. c. 19. ff.

Auferre, & amouere differunt. l. 3. §. non solum, ff. de Incend. ruin.

100 Augeri, & non diminui differunt, quia quod augetur crescit, quod verò non diminutur permanet in suo statu, & sunt omnino diuersa, notat Bal. in l. si separatim, ff. de cond. & demon.

101 Auspicium, & augurium his

his intellectibus decernũtur, quod scilicet auspicium sit auium inspectio, & quod ex volatu auiũ,& vocibus significetur, iuxta illud,sæpè sinistra caua prædixit ab ilice Cornix. Augurium autem rerum omnium coniecturas prudenter,ac diligenter amplectitur.

Monstra, & ostenta similiter intelliguntur, quod immi nentia monstrent, & ostendunt.

Omen verò votum est mentis, & vocis. Vnde sacrificantribus dicitur bona omina habere, idest, vt circumstantes, & mēte rectè velint, & bona oribus proferant.

Portentũ non solùm quòd portendat; sed etiam quod iam apportet,& faciat ex his significationibus; quæ in auspicijs, & augurijs, & extispicijs ostenduntur.

Prodigium autem semper pessimum est; quasi dicat à porrò adigendum. Virgil. Aeneid. lib. 3.

Sola nouum, dictum nefas Arpia Cælen
Prodigium canit, & tristes denuntiat iras.

102 Authoritatis, Decreti, & consensus differentiam, vide infra Decretum, authoritas, & consensus.

103 Aut,posita inter personas differt à posita inter res. Nam inter personas coniungit, inter res verò disiungit, l.cum quidam,4.C. de verb. sign. Item differt in alternatione rerum, & locorum. Nam in alternatione rerum tantùm est rei electio, l. plerumque,ff.de iur. dot.& hoc si vtrunque extet; aliàs solùm quod superest debetur, l. si in emptione, §. penul.ff. de contrah.empt. In alternatione locorũ tantùm ad reum spectat electio; quo loco soluere velit ante litem contestatam, post verò non vtiq. l.3. §. 1. ff. de eo, quod cert. loco, vbi Alber. plenè, & §. damus. In alternatione mixta rerum, & locorum vide, §. damus,& l. 1. §. conuenerit, ff. depositi, & l. si ita relictum, §. fin. ff. de leg. 2 & l. plane, §. si Titio.de leg. 1. & l. Lucio,ff.de leg.3.& d.l. plerumque, ff. de Iur. dot.

104 Auxilium, & Consilium differunt. Nam auxilium restringitur solùm ad illa, in quibus quis auxilium præbuit.

buit. Consilium verò euagatur ad omnia damna sequuta. Innoc. in c. sicut dignum de homicidio.

B

1 
Arbarismus differt à solœcismo; Nam barbarismus dictionē corrumpit. Solœcismus verò orationem. Quintilianus in primo Despauterius de figuris, lib. vnico, c. de vetijs, vers. barbar. & vers. solœcismus, fol. 693. & 694.

2 Baronia, & fœudum differre, dicit Andr. in constit. Reg. si aliquis de stat. dot. in fœud. quem refert Afflict. in fœudis de leg. Corradi. c. 1. in princ. num. 12. qui in cap. 1. de capit. qui Curiam vendidit, num. 5. 6. 8. 44. & 88. de Baronia dicit.

3 Beneficium, & præbenda differunt. Nam propriè illud dicitur beneficium, vbi non sunt distinctæ prębendæ. Prębenda verò propriè, vbi sunt præbendæ distinctæ, & diuisæ. Item beneficium latius accipitur, idest omne illud quod gratis, & liberaliter confertur. Præbenda rem spiritualem, vel spirituali annexam strictè significat. Archid. in c. gratia, num. 1. de rescript. in 6.

4 Beneficij rescripti, priuilegij, & mandati differentiam, vide infra rescipti, priuilegij, & beneficij, & quid distet beneficium ab officio, vide infra in verbo beneficium, & officium.

5 Beneficium differt ab officio iuxta notata per Felyn. in rubr. de offic. & potest. Iud. de leg. vbi dicit quod terminus officium accipitur tribus modis. Vno modo, vt capiūt Canonistæ. Officium est administratio rerum Ecclesiasticarū sine prærogatiua Chori, vt notat Archid. in c. 1. de consuetud. in 6. & Ant. in c. de multa, col. 10. de præbendis. Abbas in Clem. dispendiosam de Iudic. in Apost. reprobant ibi glos. quæ dicit Monachum habere officium, Calder. in c. post cessionem de probat. & ibi Abb. in 2. col. Alber. in 4. parte statutorum quæst. 23. vbi dicit, quod si statutum prohibet

quem

quem habere officia, non posset habere orationẽ apud populum. Et Cald. in tit. de translatione Prælatorum, col. 1. dicit, quod Cardinalatus non est beneficium, sed officium, facit c. per Venerabilem, qui filij sint leg. & cõs. Petri de Anchar. 340. incipium. Viso Themate vbi dicit, quod si statutum faciat mentionẽ de officialibus Populi, veniunt officiales Ecclesiastici; si materia non est odiosa. Io. Andr. in c. de sagitt. vbi dicit, quod coquus delicatorum ciborum dicitur habere officium, & artem, & allegat tex. in c. natales de consecrat. distinct. 5. Ludouic. Rom. sing. 148. incipien. nunquid esse coquum, & ibi dicit, quod coquus Imperatoris, vel Principis habet dignitatem, & allegat Bald. in c. 1. de fœud. gratu. Et differunt officium, & beneficium, quia vnum refertur ad aliud, hoc est beneficium datur propter officium, quod Clericus exercet, c. fin. de rescr. in 6. satis apparet de illo officio, quod facit Archidiaconus, dum examinat beneficiandos, & ordinandos, & beneficiatos mittit in possessionem, c. ad hęc de offic. Archid. & illi prouentus, qui sibi dantur in recompensationem officij, transeunt in beneficium, & appellatur propriè beneficium per d. c. fin.

6 Bellum, & Prælium hoc differunt; quod prælia partes sint belli, hoc est in bello congressiones. Lucilius lib. 26. Vt Populus Romanus victus vi, & superatus prælijs sæpè est multis; Bello verò nunquam, in quo sunt omnia, Vig. lib. 11.

Infantem fugiens media inter Prælia belli.

Item bellum accipitur pro pugna ipsa, vt apud Salustium in eo bello trecenti milites desiderati, l. ex hoc iure in princ. ff. de Iustit. & Iure, l. bello amissi, & l. vlt. ff. de excusat. mun. & pro tempore, quo in militia sumus, §. filij autem instit. de excus Tutor l. 1. §. 1. ff. de incend. ruin. & naufr. & l. in bello, ff. de captiuis, & postlim.

7 Blanditiæ, & dolus differentiam, vide infra dolus, & blanditiæ.

8 Bonæ fidei, & stricti iuris actio-

actiones differunt.

Primo, quia actiones bonę fidei non ex verborum solemnitate, sed ex solo consensu contrahentium sustinentur, l. nihil. 116. ibi quia & bonæ fidei, ff. de reg. Iuris. Actiones stricti iuris non vtique; sed ex solemnitate verborum sustinentur d. l.

Secundo differunt, quia actionibus bonæ fidei, bona fides, non ius strictum consideratur. In actionibus stricti iuris non vtique, sed strictum ius consideratur, l. bonam, 4. C. de actio. & obligatio. quia bona fides summam desiderat æquitatem; quæ vtrum æstimanda sit ad merum ius gentium, an verò cum præceptis ciuilibus, & prætorijs tractatur, l. bona fides 31. ff. depositi.

Tertio, quia tantundem in bonæ fidei iudicijs officiū Iudicis valet, quantum in stipulatione nominatim eius rei facta interrogatio, in iudicijs stricti iuris nō vtique, l. quia tantundem, 5. ff. de neg. gest.

Quarto differunt, quia in contractibus bonæ fidei debentur vsuræ fructus, & accessiones à tēpore moræ propter exuberantiam bonæ fidei, l. mora, §. in bonæ fidei, ff. de vsur. Bart & alij, in l. Lucius, ff. depositi, & in l. fructus, C. de actio. empt. & in l. filius fam. §. 1. ff. de verb. oblig. In actionibus verò stricti iuris debentur à tempore litis contestatæ, l. cum fundus, ff. si cert. pet. l. vulgo receptum, & l. videamus, §. si actionem, ff. de vsur.

Quinto differunt, quia in bonæ fidei iudicijs libera potestas permitti videtur Iudici ex bono, & ęquo æstimandi quantum actori rest itn debeat, in quo, & illud continetur, vt si quid inuicem pręstare actorem oporteat eo compensato in reliquum, is, cum quo actum est, debeat condemnari, in stricti iuris Iudicijs non vtique, in quibus oppositi doli mali exceptione ex rescripto Diui Marci compensatio inducebatur, quam constitutio introduxit in omnibus bonæ fidei, & stricti iuris Iudicijs; quæ ea in hoc adæquauit excepto iudicio depositi instit. de actio. §. in bonæ fidei iudicibus libera potestas.

Sexto

Sexto differunt, quia in bonæ fidei Iudicijs ea, quæ sunt moris, & consuetudinis debent venire, in Iudicijs stricti iuris nõ vtique, l. quod si, 31. §. quia assidua, ff. de ędil. edict.

Septimo differunt; quia in bonæ fidei Iudicijs ratio affectus est habenda, in stricti iuris non vtique, l. cum seruus 54. ibi placuit enim, ff. mandati.

Octauo differunt, quia in bonæ fidei iudicijs non congruit de apicibus iuris dispu tare, in stricti iuris non vtique, l. si fidei iussor. 29. §. quædam, ff. mandati.

Nono differunt, quia in bonæ fidei iudicijs, quę contra bonos mores desiderantur, non recipiuntur, in stricti iuris non vtique, l. generaliter, 5. ff. de vsur.

Decimo differunt, quia contractus bonæ fidei possunt ipso iure perimi; contractus stricti iuris non vtique; sed ope exceptionis, not. Bald. in l. iuris gentium, §. adeò autem, num. 3. ff. de pactis.

9 Bonæ fidei, & malæ fidei possessoris differentiam, vide infra possessor, & malæ fidei, & bonæ.

10 Bona, & hæreditas differunt, quia hæreditas est nomen iuris, & vniuersale ius, quod defunctus habuit complectitur, l. hæreditas, ff. de acquir. hęred. & l nihil aliud, ff. de reg. iur. Bonorum nomen iuris non est; quia propriè denotat bona corporalia, mobilia, & immobilia, licet etiam ad iura extendatur, quę constituunt tertiam peculiarem speciem. Tiraq. l. si vnquam, C. de reuoc. donat. verb. bona quæ non infert vniuersitatem iuris, item differre dicitur in l. nã quod 14. §. fin. cum duab. sequen. ff. ad sen. Conf. Trebell. & l. cogi 16. ff. eod. Item dispositio facta de bonis refertur solum modò ad ea bona, quę extant tempore factæ dispositionis, & non ad futura, & deinde acquisita pertinet; pręsertim quandò agitur dę graui præiudicio. arg. à contrario sensu, l. fin. C. quę res pign. oblig. poss. Bald. cons. 112. num. 4. lib. 1. Diuersum est in hęreditate, quia hęc, cùm sit quidam vniuersale recipit augmentum, & dimi-

diminutionem vsque ad tempus mortis, l. nihil aliud, ff. de reg. Iur. l.fin.& ibi Doct. C. de edict. Diui Adri. toll. Ideòq. comprehenditur omnia bona tàm quę tunc habebat, quàm quę superuenerant Bald. cons. 196. incipie super eo quod lib.4. Crauet. cons. 139. num. 6. lib. 1. & consideratur post mortem defuncti Doct. in rubr. ff. de acquir. hęred. Paris. cons. 69. num. 83. lib. 3. Decian cons. 7. num. 129. lib. 1. Item differunt, quia hæreditas inter viuos nec dari, nec adimi potest, l. pactum 15. l. licet 18. & l. fin. C. de pact. l. hæreditas, C. de pact. conuent. l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. Paris. cons. 24. num. 19. lib. 1. & cons. 1. num. 109. lib. 3. Bona autem omnia donari possunt, l. si vnquam, C. de reuoc. donat. ibi bona omnia; & ibi tiraq. Sic etiam valet promissio, vel pactum de donandis omnibus bonis suis, quorum vigòre agi potest, l. si quis argentum, §. sin autem, verb. & necessitatem, C. de donat. & ibi Odofred. Bart. Bald. Ang. Azo. in rub. ibidem Bart. in l. Iuris gentium in fin. & ibi Fortunius Grazia, ff. de pact. Faber. & Portius, §. perficiuntur insti. de donat. Socin. cons. 102. col. 3. vers. postremo, lib. 3. Rip. cons. 145. communem asserit. Menoch. cons. 92. nu. 27. & seq. lib. 3. Diuersum est in donatione, vel promissione donationis hęreditatis iuribus supra allegatis. Item diffident quoque in eo, quod successor bonorum licet ad ęs alienum obstringatur, non tamen tenetur vltra vires bonorum, licet Inuentarium non fecerit. Secus in successore hęreditatis. Bart. cons. 157. incip. super his quę dicta sunt col. 2. Crauet. d. cōs. 139. num. 5. Denique separantur, & differunt tanquam continens, & contentum. Hęreditas quidem continet tàm bona mobilia, & immobilia, quàm etiam iura, & actiones. Vnde hęreditas est continens, bona sunt contenta in hęreditate, & longissime distant, c. 1. extra de his, quæ fiunt à maiori parte; & c. 1. extra de constit.

11 Bonorum, & rerum differentiam, vide infra rerum, & bo-

& bonorum, & possessio, vide infra possessio rerum, & bonorum.

12 Bonorum possessio; vti alia est ordinaria; quæ est aut ex testamento; vt est bonorum possessio, secundum tabulas, vel contratabulas; Aut ab intestato, vt est bonorum possessio vnde liberi, vnde legitimi, vnde proximi cognati, vnde vir, & vxor. de quibus in §. sunt autem, vsque ad §. nouissime enim Instit. de bonorum possessionibus; & alia est extraordinaria de qua in d. §. nouissime. Instit. eod. & in l. sed cum, 6. §. bonorum, ff. eod. & diuersis, itaq. nominibus seiunguntur; ità, & inter se differre dignoscitur ex dictis iuribus, quia; vt sæpè dixi diuersitas verborum inducit, & rerum ipsarum diuersitatem in specie saltim, licet genere non differant; cum omnis bonorum possessio in hoc conueniat, quod sit Præteria hereditas, §. quos autem, & §. ius bonorum. Instit. de bonorum possessionibus, l. bona, 3. §. hæreditatis, ff. de bonorum possess.

13 Bonorum possessio, & possessio bonorū differunt; Nam illa ad bonorum vniuersitatem idest vniuersi Iuris successionem pertinet, & in tempus perpetuum decernitur; Hæc non ad successionem; sed ad custodiam, & ad tempus constituitur, veluti cum venter; aut legatarius in possessionem bonorum mittitur, Cyn. in l. 1. C. de bonorum possess. sec. tab. ad cumulatos per Contardum de Momentanea limit. 15. num. 1. & 2.

14 Bonorum possessio, & querela in officiosi testamēti differunt; quia bonorum possessiones omnes pretoriæ actiones sunt, vel edicta Prætoria; Quærela autem in officiosi Testamenti, ciuilis est.

15 Bonorum possessio contra tabulas differt in multis à quærela in officiosi Testamenti.

Primo origine; quia omnes Prætoriæ sunt à Prætore introductæ, §. quos autem Instit. de bonor. poss. & §. ius bonorum. Instit. eod. quærela enim in officiosi Testamenti à iure Ciuili originem duxit.

Secundo bonorum posses-

sio contra tabulas datur liberis præteritis, quo casu testamentum ob illorum præteritionem est ipso iure nullum, §. 1. Inst. de exhæred. liber. §. sunt bonorum. Instit. de bonorum possess. §. 1. Instit. de in offic. testam. Quærela in officiosi datur exhęreditatis sinè causa; vel in minus eorum legitima institutis, §. Igitur. Instit. de in offic. test. §. 1. Auth. de triente, & semisse. Auth. quoniam nouella, C. de in offic. test.

Tertio per bonorum possessionem contra tabulas annullatur testamētum ipso iure, & succeditur ab intestato; per quærelam in officiosi non vtiq. l. posthumus, C. de contratabul. vbi Doct. Clarus, in §. testamentum, q. 43. in princ. & sub num. 2. nisi forte testamētum careat forma pro exhæredatione liberorum necessaria. ita Clarus vbi supra, quæst. 40. num. 2. & 3.

Quarto bonorum possessio contra tabulas datur ascendentibus per lineam paternā præteritis; ascendentibus autē per lineā maternā præteritis datur quærela, quia præteritio eorū habetur pro exhæredatione, §. fin. Instit. de exhęredat. lib. glos. in §. 1. in figuratione casus. Inst. de in offic. testam. glos. in d. §. fi. in figuratione casus vers. item quod præteritis à matre, & in verbo edicto, & in verbo paulo post, & in glos. addit. incipient. habet quærelam, &c. Instit. de exhęred. liber.

16 Bonis, in bonis, & esse ex bonis differunt. Nam bonis id esse dicitur quod Dominij nostri, vel quasi Dominij est. Ex bonis verò quicquid ex substantia nostra est, etiam si commodatum tantùm, vel depositum, vel pignoratum sit, l. 2. §. in hac, ff. vi bonorum ratp.

17 Bonis, in bonis esse, & esse in patrimonio differunt. Cum enim dicitur res esse, aut in patrimonio, aut extra patrimonium id ostenditur; res autem posse venire in hęreditatem, aut non posse venire, vt sunt res sacræ, & religiosæ. Sed cum dicitur res esse in bonis, tunc possessio quędā demonstratur. Ideoq. seruitutes licet sint in patrimonio nostro, neque in bonis ta-

nis tamen, neque extra bona sunt, l. 1. ff. de vsu, & vsufr. leg. In bonis enim non sunt, quia non possidentur, Extra bona omnino esse dicere non possumus, quia per res quas possidemus, quasi seruitutes tenemus. Ferret. Instit. de rer. diuis.

C

1 CALLIDITAS fallacia, & Machinatio, differunt. Nam calliditas propriè est in tacẽdo, vnde dicit Salomon, qui dissimulat iniuriam, callidissimus est, & ad hoc potest poni exemplum in Proxenetis Equorum qui interrogati ab emere volentibus; an sint morbosi, nunquam respondent ad interrogata, vt, l. 1. in fine, ff. de actio. empt. & vend. & l. tenetur, §. penult. & vltimo, eod. & l. causa huius edicti, & l. si intelligatur, ff. de edil. edict.

Fallacia est propriè in expressè mentiendo, quia apertè dicitur mendacium, l. falsus, §. si quis mihi, ff. de furtis. Vnde Ang. dicit. Mendacium est falsæ vocis significatio cum intentione fallendi.

Machinitio est propriè in arte verborum, vt est exemplum in venditore equi; nam cum quærit emptor de qualitate equi; venditor dicit, quod est ferox, velox, & nimium generosus, & quod nõ venderet, nisi ipse esset senex; quia similes equi sunt pro iuuenibus. Emptor videt venditorem senem; credit equum talem esse, vt ait.

Item potest poni exemplũ in non respondente vnquam ad interrogata, vt probantur hęc in l. Iulianus, §. Iulia, & §. per contrarium, & §. per alium, ff. de actio. empr. & vend. Odofred. in l. iuris gentium, §. dolo malo, num. 18. ff. de pactis.

2 Cambium, & permutatio differunt; quia permutatio est propriè speciei ad speciẽ, cambium autẽ speciei quoq. ad genus puta ad frumentũ, & tunc est contractus innominatus, Bald. super fœud. de controuer. Inuest. c. 1. §. cum autem, num. 1. in fine,

quem refert Tiraquel. de retract. lignag. §. 3. num. 1. in fin.

3 Cancellare, inducere, inscribere, & circumducere differunt. Nam cancellare est ad modum crucis pennam super scripturam ducere. Inducere est per mediam lineã pennam trahere. Circumducere est circumcirca pennam ducere. gl. in l. si quis libertatem, in verb. inducatur. ff. de pet. hæred. est & alia glo. in l. inductum. C. de solut. De inscriptione vide l. 1. in princip. & ibi glo. ff. de pet. hæredit. & prædicta l. si quis libertatem, & ibi glos. prædicta.

4 Canonis, constitutionis, Decretalis epistolæ, & decreti Pontificis differentiam, vide infra Constitutionis, *Decretalis epistolæ*, &c.

5 Canonia, & præbenda differunt. Canonia enim est quoddam ius, quod proueniat ex electione, receptione, & institutione in fauorem. Præbenda est, quæ procedit ex institutione, & officio. Innocen. in c. cum M. n. 2. de constit.

6 Cantare, & legere differunt, quod nota in statutis. Quia qui ex illorum dispositione tenetur cantare officiũ, satisfecit dispositioni cantando, non legendo; sed cui permittitur legere, permittitur cantare. Abb. in c. quod in te de pęnit. & remiss. & in c. vt quisque, in 2. not. de vita, & hon. cler.

7 Cappella, & Cappellania differunt. Illa enim potest dici Ecclesia fundata per se, etiam si sit Parrochialis, vt liquet ex can. 1. de Cappellis Monachorum. can. nobis, de iurepatr. Panormit. ad cap. exposuisti, in 5. notab. de præbendis. Cappellania verò solet dici illa, quæ non est per se separata, sed est intra aliam Ecclesiam fundata, & constructa, iuxta Felinum ad c. ex parte, de rescriptis, & in c. venerabilis, de exception. Rebuffus in cõmentariis ad titulum de forma mandati, ad verbum Cappella, in concordatis.

8 Capere, & accipere differunt. Nam capere cum effectu accipitur. Accipere verò etiam si quis non sic accipit, vt habeat. l. in aliud 71. ff. de verb. signif. vbi Alciat. tamẽ acce-

accepisse testamento, & eos, Vlpia. in l. 1. §. dolo. ff. si quis omiss. cau. testam. dicit, qui tamen hic, quæ sibi relicta sunt careant, sic in l. is. ff. de his, quæ vt indign. acceptum codicillis, dicit, cuius tamen actio denegatur; item quia accipimus de manu alterius capimus verò nostra authoritate. Alciat. in d. l. in aliud.

9 Cauere, & satisdare. Vide satisdare.

10 Cauere, & vitare differũt; plus enim est vitare, quam cauere, secundum Lucil. lib. 26. quid cauendum sibi censere, quid euitandum maxime. Cauere enim primo pro spicere, & consulere sonat. l. 3. ff. de transact. l. si mercedem, in fine, ff. de actio. empti. secundo pro consulere, Cicer. in Topic. etenim cum tu mihi, meosq. multa sæpe cauisse. Ouid. li. 1. Amor.

Illo sæpe loco capitur consultus amore,

Quiq. alijs cauit, non cauit ipse sibi.

Tertio pro disponere, & ordinare. l. epistola. ff. de pactis. Quarto pro promittere, C. de dote cauta. l. 3. C. de ver. signif. l. 2. §. sed si dubitetur, ff. de iudicijs. Quinto pro cõfiteri, glo. in l. maritus 52. vbi Alberic. ff. solut. matrimonio; Sexto pro nominatim exprimere, vel expressim quid statuere. l. 1. ad l. Rhod. de iact. Septimo pro chyrographo se obligare, l. si vt certo. §. quin imo. l. in commodato, §. 3. ff. de commod. Octauo pro prouidere, vt cauere testamento prouidere ne quid præter voluntatem fiat.

11 Caupona, & taberna differunt. l. palam, ff. de rit. nuptiarum.

12 Causa, & ratio differunt: quia causa est impulsus ipse ad aliquid agendum. Ratio verò ordo gerendarũ ex causa venientium, item causa est de præterito. Ratio de futuro, Bart. in l. demonstratio. §. quod autem, num. 18. ff. de cond. & demon.

13 Causa, & obligatio differunt. l. certi conditio. ff. si cer. pet.

14 Causæ, & lites differunt, l. causas, C. de transact. & l. 1. §. adhiberi, ff. de test.

15 Causa, & occasio differũt, quia causa est impulsus ipse ad aliquid agendum; occasio verò est pars tẽporis, habens in

in se alienius rei idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem, c. Petrus, de homicid. caus. vel volun. & c. solitæ, de maior. & obed. Bart. in l. demonstratio, §. 1. n. 5. ff. de cond. & demonstr. Item causa semper est vera, occasio vero potest esse falsa c. solitæ, de maior. & obed. ex quo id notat Afflict. in c. vnico. §. conuenticulas, n. 36. in feudis de pact. iur. firm.

16 Causa finalis, & impulsiua differunt, quia causa finalis si cessat, facit cessare dispositionem; Impulsiua non vtique. Bar. in l. 2. §. Titio n. 2. in fin. ff. de donat. & Bal. in l. 1. nu. 8. ff. solut. matrimon. & in tractatu meo de condit. par. 2. c. 4. q. 6. ver. quod multum refert.

17 Causa differt à modo in transactione, l. cum hi. §. vult igitur. ff. de transact.

18 Causæ falsæ demonstrationis, & conditionis differentiam, vide infra Falsa demõstratio, &c.

19 Causæ fiscales differunt à publicis, & priuatis. l. 1. §. qui autem. C. de calumn. & C. vbi caus. fiscales, per totum.

20 Causalis, & formalis vsusfructus differentiam, vide infra Vsusfructus causalis, & formalis.

21 Cedere, & mandare differunt. glo. in l. 1. C. de oblig. & actio. Bart. ibi. Nam cessione actiones transferuntur. l. fin. in prin. C. de iur. dot. Mãdato non vtique. l. 3. C. de nouatio. & infra Mandare.

22 Celare, & cęlare hanc habent differentiam, quod celare est tegere, & abscondere. Terent. And. Bene dissimulantur amorem, & celatum indicans. Virg. Aeneid. lib. 6. secreti celant calles. Cælare vero est insculpere. Virgil. Aeneid. lib. 1. Cælatamq; in auro fortia facta Patrum. Varro Agathone. Nummum cęlatus in manu dextra, scyphusceło dolitus artem ostẽtat mentoris.

23 Censualis contractus, emphytheuticus, superficiarius, & liuellarius differunt; quia in censuarium transit omne ius, quod ęst penes concedẽtem; in illis verò concedens non transfert ius, quod habet in re per illud, quod dicit glo. not. in l. 1. ff. si ager vectig. vel emphytheut. Item in censuali si cessaretur per

mille

mille annos in debiti census solutione, non caderet quis à iure suo, per tex. iuncta glo. in cap. constitutus de Relig. Dom. sequitur Ias. in l. 2. C. de iur. Emphyt. vers. 8. quæro; In emphyteutico priuato cessans per triennium, & Ecclesiastico per biennium soluere debitum Canonem, cadit à iure suo, c. potuit extra locat. l. 2. C. de iur. Emphyt.

24 Census, pensio, tributum, & fictum differunt, vt not. per Felin. in c. ad audientiam, num. 20. in fin. de præscript.

25 Census qui soluitur in recognitione dominij, & alius census differunt, quia non soluens censum in recognitionem dominij debitum cadit à iure suo. Bald. in tit. de pace const. col. 28. vers. persoluere fictum, secus est quando præstatur census de re propria, quo casu non soluens potest expelli. Rodoa. de reb. Ecclesi. non alien. q. 2. c. 27. num. 5. & 6.

26 Censuarius, & emphyteuta differunt; quia in censuali contractu transfertur dominium vtile, & directum; In emphyteutico vtile tantùm. Item censuarius potest cessare soluere censum per mille annos sine periculo caducitatis. Emphyteuta priuati per triennium, Ecclesiæ per biennium cessans cadit à iure suo. Rodo. in tract. de reb. Eccles. non alien. q. 69. num. 2. 3. & 4. & supra censualis contractus.

27 Cernere, & pro hærede gerere, differunt quia qui cernit verba cretionis pronunciat, quæ retulit Vlp. tit. 22. Quem me Mæuius, &c. Qui pro hærede gerit re tantùm ipsa heredem se esse declarat; vt si in auctionem faciat; Serius cibaria mander. Itaq. Paulus in l. 9. ff. de acquir. hæred. Pupillus inquit si fari possit cum Tutoris Authoritate potest hereditatem acquirere, idest si verba cretionis pronunciare possit. Et infra hæreditatis aditionem.

28 Cessio bonorum, & datio in solutum differunt, l. 4. C. qui bon. ced. poss. facta enim cessione bonorum, non possunt creditores bona propria authoritate tenere iure domini, secus si data fuerint in solutum. Item cessio bonorum est quodam modo iniuriosa.

Nouell.

Nouell. 135. Datio in solutum iniuriosa non est; sed benignior. Cuiat. ad Nouell. 4.

29 Cibaria, & alimenta, vide alimenta.

30 Circum inter, & globum hoc interest, quod circus est planities rotunda, vt circuitus; Globus soliditas vndiq. versum rotunda, vt est sphera. Cicer. de natura Deorum lib. 3. Cumq. duę formæ prestantissimę sint, & solidis globis. sic enim spheram interpretari placet, ex planis autem circus, aut orbis. Virg. lib. 5.

Mediaq. in valle theatri Circus erat,

Et lucentem globum Lunæ, Titaniaq. astra.

31 Ciuilis, & naturalis obligationis differentiam, vide infra naturalis, & ciuilis obligatio.

32 Ciuilis iuris, & naturalis differentiam, vide infra ius naturale gentium, & ciuile.

33 Cuius, & cuiatis differũt; Nam cuius ad personam hominis refertur; Cuiatis ad locum. Accius Thelepho. qui neque cuiatis vnquam potuimus multi rogitantes scire.

34 Clerici, & Laici circa scientiam articulorum differunt, Nam Laici siue rustici excusantur credendo vnum esse Deum remuneratorem omnium, & credendo articulos fidei implicitè. Clerici autem Curati hanc mensuram debent excedere, & scire articulos fidei explicitè. Episcopi verò habent plus scire, vt omni poscenti reddant rationem. Abb. in rubr. de summa Trinit. & fide Cath. num. 6.

35 Clerici, & Monachi extra clericatum differunt; quia Clerici pascunt, & docent oues; Monachi verò pascuntur, & sua, & aliorum peccata deflendi habent officiũ, 16. q. 1. c. alia causa, & c. hinc est, §. aliud, & prius fuerunt Monachi in heremo, quàm inciperent esse Clerici in seculo, vt notatur, ibi, §. Monachos verò, &c.

36 Clerici in maioribus, & Clerici in minoribus quoad priuilegia differunt. Nam Ant. de Butr. in c. 1. de Apost. quasi in fine dicit post multa, quod ad hoc, vt Clericus constitutus in minoribus perdat priuilegium Clericale, requiruntur quatuor. Primo,

mo, quod non incedat in habitu, & tonsura; sed vt Laicus. Secundo, quod ingerat se enormibus. Tertio, quod in illis se frequenter. Quarto, quod in illis depræhendatur, & quod adhoc, vt constitutus in sacris maioribus ordinibus perdat priuilegium Clericale, dicit quod requiruntur sex scilicet quatuor prædicta. Quinto, quod sit monitus. Sexto, quod post monitionem siti incorrigibilis. Abbas Sicul. in c. cùm non ab homine, & in c. at si Clerici de iudic. & in d. c. 1. de Aposta. & in c. perpendimus de sent. excommun. Vt ipse recolligit totam istam materiã, videtur sẽtire quod licet opinio Ant. possit stare in priuilegio Canonis, non autem in priuilegio fori; cum omnes Clerici de iure quò ad forum ante degradationem, gaudent priuilegio Clericali; & sic asserit etiã post prædicta quatuor sex, quod Clerici, non possunt, nec debent ante degradationem iudicari à secularibus, vt in d. c. cum nõ ab homine de Iudic. & in c. si Iudex Laicus de senten. excomm. lib. 6. Io. de Imol. in c. ex literis de vita, & honest. Clericorum, facit vnam differentiam inter Clericos in minoribus, & in constitutos in sacris quò ad priuilegium Clericale, scilicet si Clerici in minoribus committant aliquod homicidium, aut mutilationem, & ex sanguine irregularitatem quod tales Clerici nullo gaudent priuilegio clericali, quã opinionem quasi nullus Doctorum sequitur, cùm iura supra allegata expresse videantur facere in cõtrarium, & sic quasi omnes Doctores videntur paruam differentiã facere quò ad priuilegium Clericale inter Clericos in minoribus, & constitutos in sacris, licet omnes in ista materia videantur. Contrarij.

37 Clerici habentes administrationem, & simplex beneficium non differunt, nisi quoad pręsumptionem, qua cessante ambulant pari passu, & possunt de bonis Ecclesię, disponere, & facere elemosinam, & moderate donare. ita notat Andr. Barbat. in tract. de pręst. Cardinal. 3. q. 1. partis n. 45. & 46.

38 Clericus ab Vsufrutuario

differet. Nam Clericus de terra aratoria potest facere vineam, quod vsufructuario non licet, l. quamuis, & l. vsufructuarius, ff. de vsufructu. Item vsufructuarius percipiendo fructus facit illos suos, & de illis potest testari; Clericus verò non vtique, quia nos de testam. 12. q. 5. c. quia Io. nisi cum quodam moderamine, quod habetur c. ad hæc de testam. & c. relatum, § licet, eod. Immò potius Clerici possunt comparari vsufructuario, quibus ad vsum tantùm quotidianum vti licet, §. ne Instit. de vsu, & habit. glos. in c. vlt. in verb. obitus de peniten. Cleric. sed sciendum est, quòd Io. Andr. in glos. de offic. ord. c. præsenti, lib. 6. talem facit distinctionem, quod Clericus, aut habet administrationem, aut habet simplex beneficium; si habet administrationem, tunc in vita comparatur vsufructuario, & quandiu viuit, & sanus est, potest aliquid dare, sed moderatè tamen; cum autem incipit infirmari comparatur vsuario, & ita nihil habet nisi vsum tantùm, tamen eleemosynam facere potest, c. ad hæc de testam. sed testari nõ potest, c. cum nõ officijs eod. si verò Clericus non habens administrationem, sed personaliter, & simpliciter beneficiatus, & in vita, & in morte comparatur vsufructuario quantum ad faciendum fructus suos, & de ipsis potest testari. Tamen Ecclesia in eis ab intestato succedit, & hoc generalis approbat consuetudo. Quod tamen intelligendum est de fructibus perceptis, & reconditis, alij verò per iura allegata ad Ecclesiam pertinebunt.

39 Codicilli, & testamenti differentiam, vide infra testamenta, & codicilli.

30 Cogitare, & deliberare differunt. Nam cogitare est dubitare, deliberare verò cõfirmare. Turpil. hæc hontibus quæso cogita, ac delibera. Idem Philopatro. Certum, ac deliberatum est me illis obsequi.

41 Cognati, & agnati differentiam, vide supra agnati, & cognati.

42 Collaterales, & descendentes, vide descendentes, & collaterales.

43 Collationis, institutionis, & præsentationis differentiā, vide infra institutio, collatio, & præsentatio.

44 Commendare, vel commendæ consentire, & præsentare, differunt. Dec. cons. 149. nu. 4. vers. quia aliud.

45 Committere, & conferre differunt; Nam ad tempus committitur aliquid alicui; In perpetuum verò confertur, vt notat Lapus in tract. de Hospitalitate, num. 23. post vers. sed ob hoc ergò quero per quos, &c. glos. in Clem. vnica, in verbo committere, de supplen. neglig. Prælatorum.

46 Commodati, & mutui differentiam, vide infra mutuum, & commodatum.

47 Commodati, & præcarij differentiam, vide infra præcarium, & commodatum.

48 Commodè viuere, & sine penuria differūt. notat Abb. c. 1. num. 4. de Instit.

49 Communia, & publica differunt, vide infra publica, & communia.

50 Communiter gestum, & gestum à societate differunt, quoniam etiam agi communiter potest circa societatem, l. 31. 32. & 23. ff. per socio.

51 Comparare, & emere differunt, not. in l. 1. §. penult. ff. de cont. empt. & vend. & C. de rer. permut. l. 1.

52 Comperendinationis, & ampliationis differentiam, vide supra ampliatio, & comperendinatio; Nam in l. comperendinationis numerus actionum duarum præstitutus est. Ampliationis verò nullus est certus numerus. Item in ampliatione iudicari primo poterat. In comperendinatione non nisi. post secundam actionem. Cic. in Verr.

53 Concedere, & cedere differunt, quia concedere est temporarium; cedere perpetuum, glos. in l. ad eum, in verb. portionibus, ff. de donation.

54 Concordiæ, & remissionis iniuriæ differentiam, vide infra remissio iniuriæ, & concordia.

55 Condictio triticaria, & cōdictio certi, differunt; quia qui certam pecuniam numeratam petit, ille certi vtitur, condictione, qui verò alias res per triticariam cōdictionem petit, l. 1. in princ. ff. de condic. tritic.

56 Conditionis furtiuæ, furti petitio, & vẽdicationis rei furtiuæ differentiam, vide infra Furti actio, & vindicatio, & condictio rei furtiuę.

57 Conditio, & conuentio precedentes in stipulationibus differunt; quia vbi præcedit conuentio quis est obligatus ad id, quod in conuentione deuenit. Vbi verò præcedit conditio est obligatus in eo, quod in conditione deuenit. Alberi. in l. ita stipulatus, num. 18. in princ. ff. de verb. oblig.

58 Conditio, modus, demonstratio, & causa differunt, quia cõditio suspendit actũ, nec potest agi nisi conditione impleta, l. qui hæredes, §. vlt. ff. de cond. & demonstr. & l. liberto, §. Lucius, ff. de annu. leg. & l. cum in testamento, C. de fidei libert. & l. si tibi legatum, ff. de leg. 3. & l. à Testatore, vbi Bar. num. 2. ff. de cond. demonstr. Modus verò non suspendit, sed statim agi potest prestita cautione de modo implendo iuribus supra allegatis, & Bart. in l. quibus dies, §. fin. ff. de cond. & demon. & l. obligationem, 44. ff. de actio. & oblig. Item à demonstratione differt conditio; quia demonstratio in præsens tempus confertur, & plerumque rem factam ostendit, conditio in futurum; Item à causa differt; quia causa confertur in preteritum tempus, vt in iuribus allegatis, & in tract. meo de condit. demon. c. 5. per totum, & l. 6. ff. de leg. 1. & l. nuper 85. ff. de leg. 3. & l. nominatim, 34. ff. de cond. & demon. Item conditio plus grauat, quàm modus. Bart. in l. diebus, §. fin. num. 2. ff. de condit. & demonstr.

59 Conditionis falsæ; & falsæ demonstrationis, & causæ differentiam, vide infra Falsa demonstratio, falsa conditio, ac causa.

60 Conditio expressa, & tacita differunt; quia conditio tacita non facit legata conditionalia quoad impediendam transmissionem legatorum, l. conditiones. 98. & l. si, ff. de cond. & demonstr. glos. in d. l. conditiones, in verbo conditionalia, & Bar. num. 1. & l. cum illud in fin. ff. quandò dies leg. ced. & in tract. meo de condit. c. 3. in

earum

earum exemplis part. 1. Expressa non vtique ibi in suo exemplo, & iuribus supra allegatis. Item expressa est potentior. Tacita minus potẽs. Dec. cons. 170. num. 7. Item tacita in grauato restituere si sine filijs decesserit, deficit tàm masculinis, quàm fœminis relictis in tract. meo de condit. c. 11. vers. tacita conditio, par. 1.

61 Conditio in testamento à patre apposita, & apposita à matre differunt, quia pater non potest filium sub omni conditione instituere; sed solum sub potestatiua, l. suus quoq. hæres vbi glos. & Bar. ff. de hæred. Instit. & in l. si pater, num. 1. & 2. C. de instit. & substit. Ias. in l. filius à patre, num. 5. vers. filius in potestate sub conditione non potestatiua, ff. de li. & posth. & vers. pone sic casum, & per totum discursum; Mater verò potest, l. 2. C. de instit. & substit. vbi glos. in vers. matris tuæ, & in tract. meo de conditionibus, part. 2. c. 1. quæst. 26.

62 Conditionis potestatiuæ, casualis, & mixtæ differentiam tradit Cyn. in glos. l. si pater, C. de instit. & substit. & Oldr. ibidem differentiam sic assignat; Nam conditio potestatiua modicum grauat legatarium; Casualis multum, mixta plusquam potestatiua, minusquam casualis refert Bar. in l. testamento, ver. rationem differentiæ, ff. de cond. demon. Item in contractibus potestatiua, nõ transit ad hæredes. Casualis sic. Bar. in l. si decem cum petiero in fine, ff. de verbo oblig.

63 Conditio, & condictio differunt. Nam sine c. est actus suspendens natiuitatem obligationis, & actionis, l. cedere diem, ff. de verb. sig. quam ad hoc refert Ias. in l. certi condictio, num. 1. ff. si cert. pet. cum c. est actio personalis, quæ competit pro repetitione soluti. Ias. ibi, & num. 3. & toto tit. ff. de condict. ob causam datam, & seq.

64 Conditio intrinseca, & extrinseca differunt, quia intrinseca non est propriè conditio, & ideò eius naturam non habet, l. 3. ff. de leg. 1. Extrinseca verò proprie est conditio, & ideo oportet, quod in eius forma specifica implea-

impleatur, l. qui hæredi, ff. de
cond. & demon. Albric. no-
tat in l. fideicommiſſa, num.
12. ff. de leg. 3.

65 Conductionis; & emphy-
teuſis ſoli, & ſuperficiei diffe-
runt; quia quãdo conducitur
ſolum deſtructa domo ius nõ
finitur, l. quoties in fin. ff. de
rei vendi. Secus quando con
ducit ? ſuperficies d. l. quo-
ties, idem in emphyteuſi,
quia non finitur ius, nec te-
netur reędificare, ſed benè
tenetur ſoluere penſionem,
quam antea præſtabat. Ang.
in §. lex itaq. auth. de non
alien. ſuperficiarius meliora-
tiones ſuas non perdit ſi ille
poſſunt auferri per tex. in l.
ſed addes, §. inquilinus, ff.
locat. refert, & ſequitur Bal.
in rubr. C. de iur. emphyt.

66 Coniectura, & fictio dif-
ferunt, quia coniectura eſt
de duobus, fictio eſt circa
certum. Alber. in l. continuis,
§. cum ita, num. 7. ff. de
verbor. oblig.

67 Conferre, & committere
differunt, vt notat gloſ. in
Clem. 1. & in verbo commit-
tere. de ſupplen. neglig. Præ-
lat. & ibi Card. in 3. not.

68 Confeſſio, & numeratio
differunt, notat remiſſiue Af
flict. decis. 150. num. 33. &
ſeq.

69 Confeſſio ficta de qua in
poſitionibus, quod habean-
tur pro confeſſatis, in multis
diſtat à vera confeſſione; &
plus operatur; nam iſta po-
teſt reuocari; Illa non. Curt.
in l. 2. §. quod obſeruari, nu.
29. C. de iureiur. propter ca-
lum. Afflict. in conſtit. regn.
rubr. 3. de Bannit. & foro Iu-
dic. nu. 66. & 67. lib. 2 Item
minor, & mulier contra ve-
ram reſtituuntur, contra fi-
ctam non reſtituuntur Oſa-
ſchus in decis. 87. numer. 4.
Maſſüer. ad practicum in for
ma poſitionum. Actoris, ver.
ſimoniũus. item confeſſio hęc
ficta operatur, vt poſitiones
ſint veræ; non autem, vt te-
neant de iure. Socin. in conſ.
57. num. 21. lib. 4. & opera-
tur quod poſſit ipſe condem-
nari non autem eius hæres;
ſi moriatur ante latam ſentẽ-
tiam; quod ſecus eſt in con-
feſſione vera; quæ tranſit ad
hæredem. Bart. in l. eius qui
delatorem, num. 1. ff. de iure
Fiſci. Caſtren. in d. l. 2. §.
quod ſi actor, num. 2. Roma.
ſing. 306. Marſ. ſing. 625.

Mat-

Matthes sing. 12. num. 17.

70 Confidentiæ, & fidentiæ discrimen pandit Cicer. lib. 3. Thus. qui fortis est idem fidens; quoniam confidens mala consuetudine loquentium in vitio ponitur, ductũ verbum à confidendo; quod laudis est, qui autẽ est confidẽs, is profectò nõ extimescit

71 Cõfiteri, & profiteri hoc distant; quia profiteri voluntatis est; confiteri necessitatis, & coactus, quod ita positum sępiùs videmus. Cic. pro Manilio. Hic ego non solum confiteor verũ etiã profiteor honestius profiteri, quã confiteri.

72 Confiteri, & indicare ita Donatus in Adelph. Terent. distinguit, indicat inquit is, qui de se volens aliquid, & de alijs etiam prodit, sed confitetur qui de se tantũ, & quis inuitus. Interpretes tam ad eã, quæ à voluntate fit, quàm quæ per tormenta exquiritur, confessionem referunt, vide glos. in l. seruos, C. ad l. Iul. de vi, in verbo confessionibus. Porrò obseruarunt nonnulli verbum confiteri à Cicerone alijsq. frequentius ita vsurpari, vt dicant confiteri de scelere, non scelus quemadmodum accusare, defendere, damnare de furto, de repetundis de ambitu dicimus.

73 Corpus, & quantitas in eo differunt; quia illud pluries legatum semel debetur; quantitas vero toties, quoties est legata, vt notat Cuiaci. lib. 14. obseruat. c. 19. limita in terminis, l. filia legatorum volente testatore, vt dicit Cuiac. ibi.

74 Consensus decreti, authoritatis, & licentiæ differentiam, vide infra decretum authoritas.

75 Consensus, & consilium differunt, notat Abb. c. 1. n. 5. vers. & longa est de his, quæ fiunt à Pręlat.

76 Consilium, & mandatum differre notauimus in verbo mandatum, & consilium, sed vltra illam differentiam, ibi, positam inuenimus differre etiam ex eo; quia consilium dicitur quando quis verbo suadet aliquid alicui. Bald. in l. 1. col. 1. C. de seruis fugitiuis, & fit propter ipsum, cui datur consilium. Mandatum autem dicitur quando quis mãdat aliquid fieri propter se ipsum, & in satisfa-

ctionem suæ voluntatis authore. Bart. in l. non solum, §. si mandato, col. 1. ff. de iniurijs sequitur Alex. in cons. 128. Quoniam abunde, lib. 4. & vide mandatum, & consilium.

77 Consolidatio pensionis cũ beneficio, & extinctio pensionis differunt; quia si dicamus pensionem extingui nũquã reuiuiscit nisi de nouo reseruetur per habentẽ authoritatẽ. Sin autẽ dicamus pensionem consolidari cum beneficio, tunc durante consolidatione actio non erit extincta in totum; sed sopita, & obligatio remanebit illæsa. & propterea si pensionarius; qui est assecutus beneficium; super quo erat ei debita pensio, illud dimittat, & renunciet, pensionem retinebit Gigas de pensionibus, q. 49. n. 5. & 6.

78 Consortis, & proximi differentiam, vide infra Proximi, & consortis.

79 Consobrini, & amitini, vide Amitini, & consobrini.

80 Constitutoris, fideiussoris, mandatoris, & expromissoris differentiã, vide infra Fideiussoris, mãdatoris, cõstitutoris.

81 Constitutio, & mandatũ, vide Mandatum, & Constitutio.

82 Constitutio, decretalis epistola, Canon, Decretum Pontificis differunt. Nam constitutio dicitur, quandò Papa solum proprio motu aliquid statuit. Decretalis Epistola, quando statuit ad consultationem alicuius, glos. in sum. 3. distinct. Canon, quando aliquid statuit in vniuersali concilio. Decretum verò dicitur, quando aliquid statuit cum consilio Cardinalium, ita declarat Dec. in rubr. de constit. in 2. lectu. num. 27. & post eum Bero. ibi, num. 48. & 63. refert Simoncell. de decretis in præfat. num. 5. vers. tertio capitur.

83 Constituti simplicis, & cum Prçcario differentiam. Vide infra Præcarium cum constituto.

84 Consuetudo, & Desuetudo differunt secundum Bar. in l. de quibus, ff. de legibus. Nam Consuetudo est quando fit contra legem per consuetudinẽ ipsam. Desuetudo verò est quando non vtimur aliqua lege in iure posita.

85 Consuetudo à lege scripta in quid differat, notat eleganter Petrus Andreas Gamma, in tractatu de varietate, ac excellent. legal. scientiæ in princ. num. 27. & sequentibus.

86 Consuetudo residentiæ cõtinuę, & quod non recipiat beneficium nisi resideat. Vide infra Residentiæ, Continuæ.

87 Consuetudo, & præscriptio differnt.

Primo, quia in consuetudine requiritur consensus tacitus Populi, vel maioris partis, l. de quibus in fine, ff. de legib. Præscriptio aduersarij consensum non requirit; sed contra ignorantem currit, l. sicut in fine, C. de Pręscript. 30. vel 40. annorum, l. fin. circa fi. C. de Pręscript. long. temp. glos. in c. fin. de consuetud. Bald. in l. fin. oppos. 15. num. 36. C. de seruit. & aqua, & c. cum Ecclesia de caus. poss. & propr.

Secundò, illa quæ de iure gentium competunt nõ pręscribuntur; l. fin. de vsu cap. Ideò non præscribitur facultas deducendi aquam ex flumine publico nauigabili. Bar. & alij in l. quominus, q. 15. ff. de flum. Consuetudine bene illa acquiri possunt. Faber. Ang. & alij in §. flumina Instit. de rer. diuis. Item in casu consuetudinis poterit Populus vnius Ciuitatis se opponere, & prosequi contra illum, qui vult consuetudinem inducere, l. si quisquam, ff. de diuers. & temp. præscrip. Diuersum est in præscriptione; quia is cuius interest prosequi tantum poterit, l. de vno, ff. de re Iudic.

Tertio, vbi lex tollit præscriptionem, non videtur tollere consuetudinem, quia cõsuetudo facti est, & eam conditor legis ignorare videtur c. 1. de constit. in 6. c. Imperialem de prohib. fęud. alien. per Feder. & ibi, Afflict. in §. præterea Ducatus, nu. 41. vbi consuetudo potest permittere fœudi alienationem, non autem præscriptio, facit glos. in c. cum non deceat de electio, in 6. & in Clem. dudum de sepult.

Quarto, in præscriptione Ius, quod ab vno aufertur, alteri applicatur; sed ex consuetudine non aufertur ali-

cui illud, quod applicatum est alteri, sed de nouo inducitur. Bal. in rubr. ff. de rer. diuis. col. 11. vers. hic ergo quæritur, num. 11. Aret. in §. flumina. Instit. eod. glos. in l. si quisquam, ff. de diuers. & temp. præscript. facit glos. in l. sane si maris, ff. de iniur.

Quinto differunt, quia præscriptio tendit ad tollendum quod est in esse productum, vt dominium, actionem, pignus, & similia. Consuetudo verò tendit ad inducendum de nouo, c. contra morem. 100. distinct. glos. vlt. & DD. in c. si diligenti de præscrip. Ias. post alios, in l. de quibus, col. 10. num. 44. ff. de legib.

Sexto, ex præscriptione ius priuato quæritur, siue ex publico ius illud trahatur, siue ex priuato. Per consuetudinem verò non acquiritur ius soli priuato, sed in publico vnicuique etiam si ius trahatur ex priuato, l. venditor, §. si constet. ff. de commun. præd.

Septimo differunt. Nam in consuetudine inducenda non requiritur bona fides, imo Populus cum mala fide potest inducere consuetudinem, & sine titulo, & postea vtentes illa excusantur, c. illa, 12. distin. vt docent Ang. & alij, quos refert Ias. in d. l. de quibus, col. 11. num. 46. Panor. & alij in c. 11. de obseruat. ieiuniorum. Præscriptio verò cum mala fide induci non potest, c. vigilanti, & c. fin. de præscript. & c. possessor. de reg. iur. in 6. Alex. cons. 6. lib. 1. col. 1. & 14. Bart. in d. l. de quibus in 11. q. princ. num. 8.

Octauo, in præscriptione requiritur titulus, & bona fides, c. si diligenti in fin. de præscript. & c. 1. eod. in 6. Diuersum est in consuetudine, in qua sola voluntas Populi sufficit, seu consensus tacitus, glos. in c. 1. & 3. de consuetud. in 6. glos. in c. fin. eod. & in c. super, §. præterea, in verb. non extat memoria, de verb. signif. Anch. in c. cum olim notab. 9. de præscript. Panor. in d. c. fin. de consuetud. Bald. in repet. l. 1. col. 8. C. de emancip. lib. Alex. de cons. 6. & cons. 124. vol. 4. & cons. 16. vol. 5. & Calder. cons. vlt.

Nono differunt, quia præscriptio

scriptio est rerum: consuetudo morum. Bald. & Paul. in l. cum de consuetudine, ff. de legibus. Item in consuetudine consideratur æquitas, in præscriptione rigor. Bal. d. l. de quibus. Item consuetudo nemini facit iniuriam; quia est lex voluntaria, præscriptio sic glos. in l. nam hoc natura, ff. de condict. indeb. Barb. in c. 1. qui fœud. dar. poss. in addit. ad Bald.

Decimo, præscriptio tamquam odiosa est restringenda, nec extenditur etiam ad similia, l. cum quidam, ff. de lib. & posthu. c. odia. de reg. iur. in 6. Bar. & Ias. in l. fin. ff. de eo, per quem factum erit; & regula est quantum possessum tantum prescriptũ, l. quod meo in fin. vbi Doct. ff. de acquir. possess. l. 1. §. si quis hoc interdicto, ff. de itin. actuq. priua. vbi Bart. in l. si Publicanus in fin. de Plublica. Panor. & Feli. in c. auditis de præscript. Io. Franc. in tract. de præscrip. in 2. part. col. 4. vers. facio igitur regulam. Consuetudo verò cum sit fauorabilis amplianda est saltem amplior interpretatio in ea fieri debet, quàm in prescriptione, quia illa habet dispositionem vniuersalem. Præscriptio non, c. cum olim de consuetud. Innoc. & Ant. in fi. de offic. Archid. Archid. Card. Clem. 1. de supplen. neglig. Prælat.

Vndecimo, quia præscriscriptio habet locum tàm in rebus mobilibus, quàm in immobilibus corporalibus, & incorporalibus, §. 1. Instit. de vsu cap. & c. auditis, & seq. de præscript. Consuetudo verò in incorporalibus; vt in seruitutibus, in iurisdictionibus, & similibus, vt docet Hostien. in summa de consuetud. §. fin. vers. ea summa.

Duodecimo differunt, quia consuetudo est ius disponens & ex consensu totius Populi, vel maioris partis vniuersitatis. Præscriptio verò est ius constitutum, §. sine scripto. Instit. de iur. natur. & d. l. de quibus, & est ius dispositum; quo queruntur iura formalia directa, & similia ex consensu singulorum inductorum, d. l. de quibus, & l alienationis, ff. de verb. signif. & consuetudo propterea præiudicat alijs, quia consentiunt

singuli tamquam vniuersi, d. l. de quibus Bellam. conf. 10. col. 15. dub. 4. Præscriptio verò inter quosdam non præiudicat alijs, l. si quis emptionis in prin. ff. de vsu, cap. quia in ea cõsentiunt omnes tamquã vniuersi. Din. in c. quod omnes de reg. iur. in 6. Bart. in l. 11. num. 11. C. quæ sit long. consuet. sequitur Curtius in tract. de consuet. c. fi. col. 64. vers. alia est differentia.

88 Consuetudo, & obseruantia, stylus, ritus, mores, vsus, desuetudo, solitum, & consuetnm differunt, vt late probat Rochus Curt. de consuetudine, quæst. 4. num. 24. & sequentibus.

89 Consuetudo, ritus, & stylus differunt; Stylus enim est in scribendo, consuetudo verò in alijs actibus. Bald. in rubr. extra de rescript. col. 4. Alberic. in l. de quibus, col. 9. vers. in quo autem differunt, ff. de legibus. Butr. in c. vlt. de consuetud. Decius in rubr. de consuetud. col. 2. & conf. 11. Felin. in c. 2. nu. 18. de rescript. & Marsil. in conf. 8. nu. 28. Et stylus propriè versatur circa modum procedendi in Iudicio. Consuetudo verò circa definitionem, ac decisionem causarũ. Alex. in conf. 66. in fine, lib. 1. & conf. 63. num. 9. lib. 2. & Crauetta in tractatu de antiquit. temporum in quarta parte principali, nu. 36. Impropriè verò stylus versatur circa decisoria causæ sic intelligo Soccin. Senio. in conf. 36. num. 11. lib. 4. Item consuetudo est generalis, stylus verò particularis. Felin. in d. c. 2. nu. 18. de rescript. Ritus verò est quidam modus actui ordinando solemnitatem præbens. Ita Abbas in c. cum secundum in 1. notab. de tempor. ordin. & Ripa in c. 2. num. 37. de rescriptis. Qui quidem cum sint quid facti non præsumuntur. So. Senio. conf. 46. in fine, lib. 4. Paris. conf. 112. num. 12. & conf. 168. num. 15. lib. 4.

90 Contemnere, & non obedire differre notat ex Archi. Bald. in c. cnm non ab homine, num. 1. vers. item dicit Archid. de Iud.

91 Contemnere, & despicere eo distant, quod despicere sit grauius, quàm contemnere. Cicer. in Verrem, act. 3.

Quemq.

Quemq. contempserit despexerit liberum esse nunquam duxerit. Idem ad Cæsarem lib.3. Amici non nulli te con temni, ac despici, ac pro nihilo haberi Senatus voluit; Et de senectute. Contemni se putant, despici illudi Virg. Eglog. 2. *Despectus tibi sum, nec quis sim quæris*. Alexi. Hinc est quod paratus soluere, etiam si non offerat, contemnere non censetur. Archid. & Io. Andr. c.1. de sent. excomm. in 6.

92 Continuum, & continuatio differunt; Continua enim illa dicuntur, quorum terminus est vnus, continuatio verò est partium inter se non intermixta coniunctio, vt notatur in c.1. de confess. & ad hoc allegatur, l. sed, & manente, ff. de præcar. secundum Anchar. in cons.4. num. 6. & 7.

93 Contractus nominatus, & donatio ob causam differunt notat remissiuè Bellam. de fœud. de donat. conclus. 74. num. 5. fol. mihi 209.

94 Contractus simulatus, fictitius, & fraudolentus differunt, vt notat remissiuè Viuius opin. 832. incipient. statutū disponens, quod Agnatus, seu Vicinus, num. 48.

95 Contractus, & vltima voluntas. Vide infra Vltima Voluntas, & Contractus.

96 Contractus, & legata differunt; si enim in contractu dico, quod tibi vendo talem rem; quæ, si alius obtulerit meliorem conditionem, sit in empta venditio est pura; sed resoluitur, si alius meliorem conditionem obtulerit, l. 3. ff. de contrahen. empt. & vendit. sed si dico quod vendo tibi talem rem nisi alius infra annum meliorem obtulerit conditionem est conditionalis; sed si non apparet vtrum sit pura venditio, sed resoluenda sub conditione, vel vtrum sit conditionalis, & non apparet si venditor, ita breuiter est locutus, vendo tibi illam rem, si alius obtulerit meliorem conditionem infra annū sit locus pacto aliàs non: certè inspicienda sunt verba apposita. Nam si dicat ita venditor vendo tibi illā rem, & si alius meliorem obtulerit conditionem, res sit inempta, vel discedatur ab emptione pura est, sed resoluitur sub conditione,

ditione, l. 1. ff. de in diem adiect. & l. 1. & 2. ff. de leg. commiss. Si autem dicat vendo, si alius meliorem conditionem non obtulerit, tunc est conditionalis, l. cum ad presens tempus, ff. si cert. pet. sed in ultimis uoluntatibus; & sic legatis non recedimus à significatoine uerborum. Nam si dicat testator lego tibi rem si Nauis non uenerit ex Asia, legatum est conditionale, l. fideicommissa, §. si sic, ff. de legat. 3. & l. quibus, ff. de condit. & demonstr. & l. legatum, ff. de adimen. legat.

Item differunt; quia à legato relicto puellæ cum conditione nubendi cum consensu alicuius reijcitur hæc conditio tamquam matrimonio impeditiua, c. gemma de spōsalibus, l. Titia, ff. de verb. oblig. Oldrad. in cons. 16. n. 1. in princ. Felin. in c. 1. nu. 15. vers. secundo fallit. de sponsalibus, sequitur Guilielmus de Benedict. in c. Rainutius super verb. quondam Petro, num. 11. de testament. Dec. in l. 1. nu. 4. vers. 3. noto. C. de Instit. & substit. verum à contractu non reijcitur, & est ad implendā, vt notat in specie. Emanuel. Consta, in l. cum tale, §. si arbitratu, 2. limit. num. 3. per totum, & num. 4. vers. sed mihi multò probabilior, ff. de condit. & demonstr. Cappella Tholos. decis. 292. num. 3. quòd, & ego comprobaui in Rom. bonorum de Ceulis cons. 70. n. 2. & sequentibus.

97 Contractus differt ab Instrumento, vt per Bart. in l. si quis legatum, col. fin. vers. aduerte sub num. 2. ff. ad l. Cornel. de falsis; quo loci Instrumentum appellat ipsam chartam continentē id quòd partes faciunt.

Contractum verò id appellat quod partes faciunt; vt puta emptionem vēditionem, locationem, & similia; & hinc est, quod annullato Instrumento non annullatur contractus in eo descriptus secundum Imol. Cuma. Castren. & Alex. in l. seruum filij, §. si ita, ff. de leg. 1. Imol. in cons. 17. Castren. in cons. 75. col. 1. lib. 2. vbi dicit, quod in Instrumento non cōsistit substantia contractus; sed probatio, l. contrahitur, ff. de pignor. Bart. in l. si finita,

nita, §. eleganter, num. 3. ff. de damn. infect. Alex. in Conf. 170. num. 2. lib. 7. Dec. conf. 17. num. 3. vbi post Bal. in l. labeo, §. 1. ff. de pactis dicit quod qui renunciat Instrumento non videtur renunciare debito contento in eo; sed probationi, & idem dicit in conf. 166. num. 2.

98 Contritio, & attritio differunt; Nam illa perfectam peccatorum pœnitentiam significat; Attritio verò imperfectam in summ. confess. lib. 3. tit. 34. q. 18. rubr. de contract. & dist. 1. §. his, & §. e contra de pœn.

99 Contraria sunt in duplici differentia; Alia enim sunt contraria positiuè, alia contraria priuatiuè, contraria positiue admittunt mixturã, qua de re ex albo, & nigro fit mixtum, & medium, croceus color: ex dulci, & amaro fit acre, ex calido, & frigido tepidum. Contraria verò priuatiuè nõ admittunt mixturam, cum priuatio formaliter sit nihil, & excludat qualecunque habitum contrarium, vt per Nattam in conf. 469. extat num. 13. vers. nam si nox Franc. Bursat. cõs. 319. Diplomate Pij V. nu. 5. vers. suadetur ratione, lib. 3. Eugen. conf. 63. num. 15. lib. 1.

100 Contumacia, & contemptus differunt, quia contemptus puta Clauinm est contemnere disciplinam Ecclesiæ. Contumacia verò est Iudicem contemnere, Bald. in c. cum non ab homine, nu. 6. vers. item dicit Archid. de Iud.

101 Conuentio, & Conditio præcedentes in stipulationibus differunt supra conditio, & conuentio.

102 Conuersi, & oblati. Vide de Oblati, & Conuersi.

103 Corepiscoporum, & Episcoporum differentiam. Vide infra Episcopi, & Corepiscopi.

104 Coronarum genera, & differentias prosequitur. Tertul. de Corona Militari. Gell. lib. 5. c. 6. Prat.

105 Corona Clericalis à tonsura differt, c. vlt. de Cler. coniung. glos. in verbo torturam, in Clem. 2. de vit. & honest. Cleric. & differentiam inter Diadema; Coronã, & Sertum. Vide in Clem. vnica de iureiur.

106 Credere, & deponere differunt

ferunt, l. ventri, §. in bonis, ff. de priuil. credit. Item credulitas respondentis positionibus probat contra respondentem; Credulitas verò testis non probat. Vestrius lib. 5. de Positionibus.

107 Crediti, & mutui differētiam. Vide infra Mutuum, & Creditum.

108 Creditor, quod vendat rem sui debitoris, vel quod illam vendat debitor ipse differunt, vt notat Bald. in l. 1. num. 5. C. credit. euict. pign. non debere. Nam si creditor vendit rem, vt propriam, & tenetur de euictione, quod idem est in Fisco; quando enim Fiscus scit rem non esse suam, & ad se non pertinere, & vendidit eam tamquam propriam tenetur de euictione, & hoc casu non est parta securitas emptori; vnde verus rei Dominus potest euincere. Si vero creditor vendidit rem, vt obligatam, & tunc cōcurrentibus quatuor, de quibus per Bald. in l. 1. num. 3. C. credit. euict. pign. non debēr. non tenetur de euictione; si verò illam vendat debitor ipse semper de illius euictione tenetur. Bal. vbi supra num. 4.

109 Crimen à delicto sine maleficio Iuris Consulti perspicuitatis gratia plerumq. sic distinguunt, vt criminis nomine capitalis fraus intelligatur; quibus respublica læditur, veluti cædes, falsitas, adulterium. Delicti verò priuata noxia, qua priuatim quisq. læditur, veluti furtum, iniuria, & c. l. 17. §. 16. ff. de edil. edict. Noxas accipere debemus priuatas hoc est eas, quæcunque committuntur ex delictis non publicis criminibus. Hinc titulus est de priuatis delictis, & instit. de oblig. quæ ex delicto. Non nunquam tamen crimina eaq. priuata nominatur, l. 1. §. 1. ff. de pœn.

110 Culpa, fraus, & dolus. Vide infra Fraus, Dolus.

111 Cum, & si differentiam. Vide infra Si, & Cum. Item Cum, & Et. Vide infra Et, & cum.

112 Cupiditas, & cupido diuersa sunt. Cupiditas enim leuior est. Lucilius lib. 23. Cupiditas ex homine, Cupido ex stulto nunquam tollitur; quod cupiditas pars quædam sit temperatior defluens

fluens ex cupidine, & hinc est quod cupiditas dicta sit studium discendi, & optima ratio viuendi, l. apud Iulianum, ff. de fideiconum. liber. Et cupido pro amantibus elegantet apud Vlpian. in l. 1. in fine, ff. de edilict. ædict. accipiuntur, & Grammaticorum placito; Cupidus nil à studioso differt.

113 Curatorum, & tutorum differentiam. Vide infra Tutores, & Curatores.

114 Curialis differt à Decurione, l. obseruare, C. de Curia. lib. 10.

D

1 Damni infecti actio, & aliæ actiones differũt; Nam illa competit dãno nõdum facto, aliæ verò ad damna, quæ contigerunt farcienda pertinent, l. Prætor ait. 7. §. hoc edictum, ff. de damn. infect. Item præcauendum est ante damnum datum ad hoc, vt actio damni infecti competat, non sic in alijs actionibus. l. euenit. 6. ff. eod.

2 Damni in turba dati interdicti, & vi bonorum raptorum. Vide infra Interdictum de damno in turba dato, &c.

3 Damnare, & reprobare differunt; Nam damnare est rem sine remedio subleuandi tormentis, seu ignominiæ sententialiter deputare. Reprobare est rem rationibus euidentibus ream facere. Panor. in c. damnamus, in 1. not. de summ. Trinit. & Fid. Cath.

4 Damnum morum, vel animorum multum differt à damno dato temporalium, c. sunt plurimi. 6. q. 1.

5 Dare, & remittere differunt; quia non sunt idem secundum Bart. in l. Iulianus, ff. de cond. & demonstr.

6 Dare, & donare differunt; Nam donare dicitur quod ex liberalitate procedit; Dare non vtique, c. iam verò, §. 1. & 2. 23. q. 6. Io. Andr. c. fin. de offic. Vicar. Archid. c. duo sunt genera, in princ. 12. q. 2.

7 Datiuæ, & natiuæ actionis different. am. Vide infra Natiuæ actiones, &c.

8 Debere, & dare differunt. l. eum, qui, §. si mulier, ff. de iureiur.

9 Debitor alter est voluntarius, alter necessarius,& differunt. Nam voluntarius legans puta vir nõ videtur animo compensandi legatum cũ dote vxori legare. Necessarius verò puta pater, qui exegit dotem filiæ legando videtur velle compensare legatum cum dote, nisi aliter sit ab vtroq. expressum. Bart. in l. si cum dotem, §. si pater, num. 3. ff. solut. matrim. de qua re latissimè controuertitur per Monech. post alios, in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 109. per totam, dum loquitur de debito necessario, & præsumpt. 110. per totam, dum de voluntario varias facit quęstiones.

10 Declaratio excommunicationis. Vide infra excommunicatio,& declaratio excommunicationis.

11 Decretum, & sententia differunt. Nam sententia debet continere absolutionem. l. 1. ff. de re Iud. Decretum verò continet permissionem, vel prohibitionem. l. si præses. C. de prędijs minorum Innoc. & Io. Andr. in c. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6.

12 Decretum, authoritas, consensus, & licentia differunt. Nã decretũ requiritur adesse ante, vel post incontinenti in ipso actu, non autem ex interuallo, firmat Simoncell. de decretis in præfat. num. 39. vers. hinc tamen, & num. 49. vers. in eo autem differt. Authoritas solũ in ipso actu, aut cõfestim post in ipso actu accommodari debet, firmat idem, d. num. 49. d. vers. consensus ab authoritate, & decreto differt; quia potest interuenire in ipso actu ante, post, incontinenti, vel ex interuallo, idem firmat in præfatione prædicta, num. 50. in eoq. differt. Nisi ad integrandam personam; vt puta minoris, vel mulieris adhibeatur; quia tunc in ipso actu est necessarius. Roland. in cons. 97. n. 1. & seqq. lib. 1. Lambert. de contract. glos. 7. §. 12. num. 23. Licentia verò ab omnibus differt; quia ex sui natura debet actum præcedere. Bart. Castr. Ias. & alij in §. iussum de leg. si quis mihi bona, ff. de acquir. hæred. idem Simoncell. citato loco, nu. 56. vbi pro alijs in quolibet ex locis citatis multos cumulat,& Bal. in l. ne quicquam

quam, §. vbi decretum, ff. de offic. procons. & lega. multa allegat Io. de Silua, in tract. de beneficio, q. 6. primæ partis, num. 19.

13 Decretales Epistolæ, Constitutiones, &c. Vide supra Constitutio, Decretalis Epistola, &c.

14 Decreti Pontificis, Constitutionis, Decretalis Epistolę, & Canonis, Vide supra Constitutio, Decretalis, &c.

15 Definitionem, allusionem, & etymologiam differre, notat Alciat. in l. Taberna, nu. 9. ff. de verb. signif. dum dicit; quòd definitio pertinet ad substantiam rei, etymologia ad deriuationem vocabuli; Allusio verò ad solius vocis similitudinem.

16 Deijcere armis, & cum armis differunt. Nam cum armis deijcit, qui arma habet, etiam si ijs fortè vsus non sit. l. 3. §. qui armati, ff. de vi, & vi arma. Armis verò deijcere, idest deijcere armis adhibitis, Schard. ex Bald. ad tit. de interd. & Cicero pro Cecinna; de quo Budeus in Pandectarum ad notat. l. 1. de Iustit. & iure, fol. 12.

17 Delegationis, & nouationis differentiam. Vide infra Nouatio, & Delegatio.

18 Delegatus Principis, & Delegatus ordinarij differunt in multis, vt notanter refert Specul. de Iudice delegato, §. 2. num. 12. vers. & nota diligenter quatuor differentias.

19 Delegare, & mandare differunt, & iubere. Auth. vt nulli Iudi. §. hoc verò, l. 2. C. quod cum eo, & l. 1. §. qui mandat, ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd.

20 Demonstrationis falsæ, falsæ conditionis, & causæ differentiam. Vide infra falsa demonstratio. Falsa conditio, & causa.

21 Demonstrationis, conditionis, modi, & causæ differentiam. Vide supra Conditio, modus, demonstratio, & causa.

22 Demonstratiuè, & absolutè positi nominis differentiam. Vide infra Nomen demonstratiuè.

23 Deportati à relegatis differunt. Nam relegatio pœna capitalis non est, nec propriè exilium dicit? l. 2. ff. de publ. Iudic. l. edicto de bon. pos. l. 2. de pœnis, & l. licet, ff. de

verb. signif. Deportati verò exules sunt, qui carent Ciuitate. l. quidam, ff. de pœnis. l. 1. C. de hæred. Instit. l. sed si hac, ff. de in ius vocan. Exilium verò non nunquam pro relegatione accipitur. l. sed & si quis cautio. l. Exilium, ff. de interd. & releg. Item relegatur ad tempus, deportatur in perpetuum, §. cum autem. Instit. quibus mod. ius Patri. potest. sol. l. 1. & l. relegatorum, §. ad tempus, & §. sententiam, ff. de interd. & releg.

24 Derelictum à perdito differt. l. interdictum, §. qui ex naufragio, ff. de acq. possess.

25 Derogari, & abrogari differunt. Derogatur enim legi, si pars eius detrahitur. Abrogatur cum prorsus tollitur. l. derogatur 102. ff. de verb. sign. vbi Alciatus.

26 Desinere, & vacare differunt. Innoc. & Hostien. in c. dilecto de præben.

27 Detestatio, & contestatio differunt. l. sicut lana, ff. de leg. 3.

28 Detextum, & defectum differunt. l. vestimentum, ff. de aur. & arg. leg.

29 Detractio, & contumelia differunt; quia contumeliosus loquitur. Detractor verò occultè ignorante eo, de quo loquitur. Item contumeliosus derogat honori. Detractor verò famæ: in sum. confess. li. 2. tit. 5. de raptor. rub. de detractione, q. 186. & per Thom. in 2. 2. q. 7. art. 1.

30 Dictionis, verbi, & rei differentiam. Vide infra Verbum, dictio, & res.

31 Dictum à promisso differt. l. sciendum, §. dictum, ff. de ædil. edict. Itē ab acto. Dec. in l. vinum, num. 11. ff. si cert. pet.

32 Dictum Doctoris decisiuè multum differt à dicto argumentatiuè: illo enim statur, huic non vtiq. Blanchus de compromissis, quæst. 10. nu. ro. fol. mihi. 332.

33 Die quarta, & die quarto hoc differre prudentes volunt, quorum tamen authoritas in obscuro est; vt sit die quarta temporis præteriti, die quarto futuri.

34 Diem cedere, & venire differunt. Nam cedere diem significat incipere deberi aliquid. Venire verò significat eum diem venisse, quo debitum aliquod peti possit. In

pura

pura ideò stipulatione,& cessit, & venit dies; in stipulatione in diem cessit dies non dum venit; In stipulatione conditionali conditione pendente neque cessit, neque venit dies. l. cedere diem, 213. de verb. signif. glos. in §.ex cōditionali, in verb. spes est, ff. de verb. oblig.

35 Dies incertus licet conditionem inducat, vt dixi in tract. de cond.& demon. c.4. num.3. part. 1. ab ea tamen in aliquibus differre notatū dimisimus in d. tract. par. 1. cap. 102. num. 11.& id ex mente Cuiac. lib. 18. obseruat. cap. 1. per totum.

36 Dignitas, personatus,& officium differunt, notat Arch. cap. 1. de consuetud. in 6. & Tholos. q. 12. num. 2. & Ant. de Pret. in tract. de iurisdict. Epis. Defens. cap. 6. num. 11. 12.& 13.

37 Dignitas à venustate discerni voluit. Cic. vt dignitas viris, venustas fœminis sit attribuenda, dum lib. 1. de offic. dicit venustatē muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem.

38 Dilatio annalis, & quinquennalis differunt.

Primo, enim annalem impetrans debet dare cautionē iuratoriam de soluendo in fine termini, quandò vult ea vti; non quandò impetrat. Petr. de Bellapert. & alij in l. vniuersa in fin. C. de præci Imper. offer. Quinquennalem impetrans debet dare fideiussores, vel pignora ante literarum comprobationē. d. l. vniuersa, & c. vniuersa. 25. q. 2. l. nec auus, C. de emancip. libero. Ias. & alij, in d. l. vniuersa, & Iacob. in d. l. si debitori, ff. de iudi. si petatur. glos. in d. l. vniuersa.

Secundo differunt, quia in literis annalem dilationē continentibus nō requiritur consensus creditorū, vel maioris partis. Masfuer. in rub. de oblig. §. item debitor. secus in continentibus quinquennalem, per l. fin. C. qui bon. ceder. poss.

Tertio differunt, quia maior pars creditorum non potest concedere dilationem quinquennalem in præiudicium minoris partis nisi debitor vellet cedere bonis. d. l. fin. C. qui bon. ced. poss. ubi electio datur creditoribus,

bus,vel quinquennalem ſpatium indulgere, vel bonorũ ceſſionem accipere. Ang. & alij in l. alia, §. eleganter,ff. ſolut. matr. poſt Bart. in l. quod maior, ff. ad municip. Alex.conſ.205.lib.2. Iacob. in l. & ſuum hæredem, §.fin. ff.de pact.in annali dilatione non requiritur,niſi ſolus Principis conſenſus per ſupradicta.

Quarto differunt;quia obtinẽs quinquennalem debet confiteri, & agnoſcere omnia debita pro quibus vult hanc dilationem ſibi concedi. Iaſ.& alij in §. fin. Inſtit. de actio. ſecus obtinens annalem. Boer. deciſ. Burd. q. 196. Princeps, col. 1.

Quinto differunt,quia poſt quinquennalem non poteſt cedere bonis is, qui eam obtinuit. Secus poſt annalem. l.præcipimus,C.de temp.appell. Guid. Pap. conſ.124.q. 7. Bald.conſ.301.vol.5.

39 Diminui. Vide ſupra Augeri.

40 *Diminuere*, & non acquirere differunt. l.non fraudantur, ff. de reg. iur. l. ſi ſponſus, §. maritus, ff. de donat. inter vir,& vxor.

41 Directa,& vtilis actio differunt. Actio enim directa eſt, quandò aliquid directè petitur in ius,vt ex mandato depoſito; vel ex alijs huiuſmodi.Vtilis verò eſt quæ datur non ex iure aliquo directo; ſed vtiliter, & ex æquitate competit, vt ex ceſſione commodati depoſiti, vel huiuſmodi. Bald.in l.iuris gentium,num.3. verſ. hæc inſpectio, ff. de pact. & ex publiciana,de qua vtili notatur in l. actio, ff. de neg. geſt. & l. pen. ff. ſi quadrup. pauper. fec. dic. ſed ſunt eiuſdem effectus, & nil differunt, quò ad hoc. d. l. actio, ſed ad libellandum eſt neceſſe ſcire differentiam ſupradictam.

42 *Diſpenſatio*, & legitimatio differunt; quia diſpenſatio dicitur odioſa; legitimatio verò fauoralibis, notat Dec.conſ.260.num.3.

43 *Diſpoſitio*, & præſentatio differunt. gloſ.in Clem.vnica, in verbo diſpoſitionem, & ibi Card. in 1. oppo. de ſupp. negl. Prælat. c. cum in illis, §.1.de praben. & dign. in 6.

44 *Diſpoſitio* hominis, & legis differunt.

Pri-

Primo; quia durius agitur cum dispositione hominis, quàm legis. l. Celsus, ff. de recept. arbitr. vbi glos. Bar. in l. si insulam, in 8. oppos. num. 9. & ibidem Ias. nu. 27. & Ripa, num. 56. latè Gomes. §. item si quis in fraudem, num. 4. Instit. de actio, & Neuizz. in cons. 2. num. 39. qui propterea dicunt difficilius purgari moram conuentionalem, quàm legalem.

Secunda differentia est; quandò agitur de annullatione actus, nam lex fortius annullat, quàm homo, ita Bart. in d. l. si Insulam, vbi Ripa, num. 58. qui alios eiusdem sententiæ recenset, & hæc differentia declarat, atque limitat præcedentem.

Tertia differentia est; quod citatio facta ab homine non constituit citatum in mora, nisi facta sit precisè, & peremptoriè ad audiendum sententiam, glos. in Clem. sæpè in verb. ad id, ff. de verborum signif. secus est in citatione legis. l. sępè, ff. de appell. Ita docuit post alios. Ripa in d. l. si insulam, num. 59.

Quarta differẽtia est; quia dispositio hominis verificatur prima vice, nõ autẽ dispositio legis, qui a legis natura est, vt nõ pro vno actu tantũ; sed quoties opus erit, prouideat. Secus est in dispositione hominis. Si quis enim tenetur dispositione legis dotem constituere mulieri, vt pater filiæ iuxta l. qui liberos, ff. de ritu nupt. non sufficit, quòd eam semel dotauerit; sed tenetur totius, quoties opus erit. l. vlt. C. de dotis promis. Diuersum est, quandò tenetur dispositione hominis, vt in socio; qui conuẽtione societatis tenetur dotare filiam socij, sufficit enim tunc, quòd semel dotauerit. l. si socius pro filia, ff. pro socio. Ita declarant Bal. Ang. Imola, & Alex. in l. si cum dotem, §. 1. ff. pro socio, & alios refert Tiraquell. in l. boues, §. hoc sermone, limit. 9. num. 4. ff. de verborum signif. vbi plura alia commemorat exempla.

Quinta differẽtia est; quod generalis dispositio legis cõpræhendit omnes, & quoscũque casus. Non ita dispositio hominis. Ita declarat Ang. in l. sed & si quis, §. quæsitum in fine, ff. si quis

caut.

caut. & Iaſ. in l. actione, num. 9. in fine. C. de tranſact. cum dixerũt, quòd vbi in diſpoſitione hominis requiritur ſpecialis mentio alicuius actus, nun ſufficit; quòd fiat verbis generalibus, ſicuti in clauſulis renunciationum, derogationum, & ſimilibus; ſecus eſt; quandò eſt diſpoſitio legis.

Sexta differentia eſt; quòd in diſpoſitione legis: indefinita æquipollet vniuerſali; non ita in indefinita diſpoſitione hominis, ſicuti ſcribũt Decius in l. 1. num. 12. & ibidem Cagnol. num. 9. & manifeſtius Alciat. in lib. 3. Paradox. cap. 14. Verùm diſſentiunt alij multi, quos congerit. Didacus in lib. 1. variarum reſolut. cap. 13. numer. 9.

Septima differentia eſt; quòd in diſpoſitione legis ſub nomine filiorum continentur nepotes; non ita in diſpoſitione hominis. Alciat. in d. c. 14.

Octaua differẽtia eſt; quòd in diſpoſitione legis generalis ſermo recipit reſtrictionẽ de habilitate. l. vt gradatim, §. 1. ff. de muner. & honor. Non ita in diſpoſitione hominis, vt declarant Bald. in l. 1. col. 1. C. ſine, cenſ. & reliq. Alex. in l. ſi patroni, num. 15. ff. ad Trebell. Iaſ. in præludijs fœudorum, num. 49. & in l. 1. §. nunciatio, ff. de oper. noui nunc. Curtius Iunior in conſ. 1. num. 3. & Tiraquell. in tract. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 6. nu. 29.

Nona differentia eſt; quòd in diſpoſitione legis, Dominium ſine aliqua traditione transfertur; nõ in diſpoſitione hominis, ſicuti declarat Bart. in l. traditionibus, in prima lectura, in fine, C. de pactis, & ibidem Alex. in fin. Bald. Abb. & reliqui, in rub. extra de conſuetud. & Alex. in conſ. 1. col. 2. lib. 5.

Decima differẽtia eſt; quòd in diſpoſitione legis, conſideratur perſona intermedia. Non ſic in diſpoſitione hominis, vt docuit Bart. in l. 3. §. 1. ff. de legat. præſtan. quem ſecuti ſunt multi relati à Petra ſancta in ſingul. 74. qui ſcripſerunt, Prohibitum ſub pœna contrahere cum bannito, impunè cõtrahere cum filio banniti; qui eſt perſona intermedia.

Vnde-

Vndecima differentia est; quòd in legis dispositione admittitur compensatio ipsa à lege facta etiam contra debitum iuratum; non ita in compensatione hominis sicuti declarat Socin. in l. Iulianus, col. penult. vers. confirmatur hoc, ff. de condit. & demonstr.

Duodecima differẽtia est; quòd alimenta dispositione legis debita peti possunt etiã de præterito. Secus alimenta debita dispositione hominis, sicuti explicat Dec. in l. de alimentis, num. 5. in fin. C. de transact.

Decimatertia differentia est; quòd habens administrationem cum libera potestate à lege, potest transigere; non ita eam habens dispositione hominis. sic declarat Bart. in l. 1. in secunda lectura, in 3. opposit. ff. de offic. Procur. Cæsaris. dissentit tamen Ias. in l. si præses, num. 11. C. de transact.

Decimaquarta differentia est; quòd ista causa puta absentiæ litigandi, & similes excusant à pœna legali, non ita à pœna conuentionali. l. vlt. C. de in integr. restit. Corsettus in singul. in verbo pœna incipit licet, & Ias. in l. si quis id, quod num. 34. ff. de iurisdict. omn. Iudic.

Decimaquinta differentia est; quòd præscriptio legalis non currit contra Militem; secus verò conuentionalis. Corsett. in singul. in verbo præscriptio, incipit licet.

Decimasexta differentia est, quòd dispositio tacita, & ficta dicitur legis, non autem hominis. Dec. in l. cum quid, num. 4. ff. si cert. petat. & in l. semper in stipulationibus, num. 5. ff. de reg. Iur.

Decimaseptima differentia est; quòd obligatio proueniens ex dispositione legis est fortior illa; quæ descendit à dispositione hominis, ita Bald. in l. Frater à Fratre, in fine, ff. de cond. in deb. & alij congesti à Crauetta in consil. 11. num. 24.

Decimaottaua differentia est; quòd si debitum contractum est in scriptis partium conuentione, atque ita in dispositione hominis, solutio probari debet in scriptis, vel quinque testibus. l. testium, C. de testibus. Secus verò quandò debitum est dispositione

tione legis; quia tunc fieri pōtest probatio solutionis testimonio duorum testium, ita post Bart. in l. generaliter, C. de non numer. pecu. declarat Afflict. decis. 13. n. 23. in fin. & num. 26.

Decimanona differentia est; quòd in dispositione legis, quæ successionem defert agnatis proximioribus, filius ingreditur locum patris, vt concurrat cum patruo, sicuti quandò statutum admittit proximiores. Secus verò est in successione delata dispositione hominis, vt in fideicommisso relicto proximioribus, ita post Alex. & alios docuit Dec. in l. 1. num. 19. C. de secund. Nuptijs.

Vigesima differentia est; quòd difficilius admittitur interpretatio, & extensio in dispositione hominis, quàm in dispositione legis. Dec. in l. 1. n. 1. in fin. C. de transact. Crauetta, in cons. 118. numer. 22.

Vigesimaprima differentia est; quòd expressa renunciatio filij non nocet patri. l. vlt. in princ. C. de bonis, quæ liberis. Renunciatio tamen tacita proueniens ex dispositione legis patri præiudicat. Bart. in l. 1. in fin. C. qui admitti, & ibidem Dec. in 3. lectura, nu. 47. & Tiraquell. de legibus. Connub. in glos. 5. num. 49. & 50.

45 Dispositum, & disponens differunt, & non compatiuntur sub eodem genere. l. vlt. ff. de fund. Instruct.

46 Dissimulare, & remittere differunt. l. 2. §. si is, cuius, ff. de sepulc. viola. & ibi Alberi.

47 Districtus, est territorium, cui inest iurisdictio, & differt à comitatu; quia comitatus propriè est Ciuitatum, & districtus Dominorum. Gemin. in c. quoniam, vt Cleric. vel Monac. in 6. Hieronymus de Monte, in tract. de finibus regun. cap. 7. num. 6. alios citat.

48 Diuisionem, & partitionem differre, refert Bud. in annot. ad paud. fol. 25. ex Cicer. quem compendiosam paraphrasim de hac differentia tradidisse Trebatio amico suo dicit.

49 Diuisio differt à placito diuisionis; sicut permutatio differt à placito permutationis. Nam diuisio fit partibus

vltrò,

vltrò, citròq. permutatis. l. cum pater, §. hæreditatem, ff. de legat. 2. & ex ea datur actio præscriptis verbis. l. si fratres, C. comm. vtri Iud. l. licet. l. si familiæ, C. famil. ercis. l. 15. consequenter, §. idem querit. l. si filia, §. si pater, ff. eod. Ex placito verò diuisionis nõ datur actio. l. si diuisionem, C. eod. l. diuisionis, ff. de pactis. Sed exceptio. l. cum proponas 2. C. de pactis.

50 Diuortium, & repudium differunt; illud enim inter virum, & vxorem fieri dicitur; Repudium verò sponsę remitti videtur. l. inter 191. & l. inter stuprum, 101. §. diuortium, ff. de verb. signif. vbi Alciat.

51 Doctum, & peritum cum simile videatur. Tamen à Cicer. discretum est, vt sit peritum plus, quàm quod doctum de offic. lib. 3. Itaq. cum sint docti à peritis facilè distant sententia: spiegel.

Et Doctores legum Magistros appellari adnotatum est ab Alciato. Periti habentur, qui multa experti sunt, vocati ab antiquis iurisprudentes, quibus scilicet ab experto noti essent, atque ab obseruatione ritus patrij, leges, mores, consuetudines quique memoria tenerent, quæ in causa quoque in negocio, vel ancipiti, ac maximè dubio, vel oppido quam difficili quid à maioribus, vel iudicatum esset, vel constitutum, vel publicè etiam sancitum; Vnde, qui huiusmodi facultati dant operam legũ, at iuris periti dicuntur; eaq. cognitio appellatur à doctis pariter, atque indoctis peritia; teste Pontano de prudentia; lib. 4. Ad huiusmodi peritos legum, non ad leguleios tabulas forenses arbitror pertinere. l. iuris peritos, ff. de excus.

52 Dolus, & blanditiæ licet in nonnullis æquiparentur, differunt etiam. Nam in dolo est deceptio, in blanditijs non vtique. Afflict. de pace iur. fir. in fœudis, c. vnico, §. item sacram, 3. not. nu. 13. Item doli, & metus exceptio differunt. Vide infra Exceptio doli, & metus.

53 Dominium, & possessio differunt. Vide infra Possessio, & Dominium.

54 Donationis, & Præcarij

differentiam. Vide infra Precarium, & Donatio.

55 Donatio causa mortis, & omnium quæ causa mortis quis cœperit differunt; quia mortis causa donatur quod præsens præsenti dat; mortis causa capi verò intelligitur, quod non cadit in speciem donationis. l. inter mortis 37. ff. de mortis causa. donat.

56 Donatio causa mortis, & inter viuos causa capio differunt. Nam cum ea mente datur, vt statim accipientis fiat, nec donans velit aliquo casu ad se reuerti, dicitur inter viuos, quæ propriè est donatio. Cum verò sub conditione donatur, vt est donatio causa mortis; aut purè, sed ita vt sub certa cōditione donatio resoluatur est impropria. l. 1. ff. de donat. & Instit. de donat. in princ. Mortis causa capi intelligitur, quod non cadit in speciem donationis. d. l. inter mortis 37. ff. de mort. cauf. donat. sed propter mortem alicuius capiendi occasio obuenit. l. mortis 30. eod.

57 Donationis, & fœudi differentiam. Vide infra Fœudum; & Donatio.

58 Donare, & donationi consentire differunt. Nam qui donat rem in donatarium transfert, qui verò consentit donare non dicitur. Afflict. in fœudis de prohib. fœud. alie. 16. q. num. 48. arg. l. aliud, ff. de reg. iur.

59 Doni, & muneris differentiam: Vide infra Munus, & Donum.

60 Dos à Fisco differt in Priuilegijs. Illa enim regulariter est priuilegiata. Fiscus verò in casibus lege expressis. Socin. Iun. in l. 1. nu. 19. ff. solut. matr. quem ad hoc allegat Menoch. de præsūpt. lib. 2. præsumpt. 72. num. 4.

61 Dos à bonis paraphernalibus differt in multis.

Primò enim bona paraphernalia sunt ad ipsam dotē accessoria, & appendicia. l. cum pater, §. pater filiæ, ff. de legat. 2. Alex. cons. 27. col. penult. lib. 5. & in cons. 117. lib. 6. Berouus in cons. 47. num. 8. lib. 2. Curt. Iunior, in cons. 129. col. penult.

Secundò bonorū paraphernalium dominium non transit in virū; sed remanet apud vxorem; Dotaliū verò transit

l. si

l. si ego, §. dotis, ff. de iure dotium. l. vlt. C. de pactis conuentis. glos. in rubr. C. eod. Alciat. lib. 4. pareg. iuris, c. 13. & lib. 1. prætermissorum, in verbo antidota. Iaf. in l. maritus, num. 11. C. de Procuratoribus.

Tertio multa priuilegia cõcessa doti nõ concedũtur bonis paraphernalibus. gl. sing. in d. §. dotis, in verb. condici. ff. de iure dotium. Francisc. Cremens. in sing. 146. tu scis. Dec. in cons. 521. nu. 3. Socin. Iun. in cons. 83. num. 7. lib. . . Didac. lib. 1. variarum resolut. cap. 7. num. 1.

Quarto differunt ratione fructuum. Nam bonorum dotalium fructus vir lucratur propter onera matrimonij. l. pro oneribus, C. de iure dotium. l. dotis 8. ff. eod. bonorum verò paraphernalinm fructus non lucratur semper; sed certis in casibus, quemadmodum scribunt Doct. relati.

Quintò differunt; quia bona dotalia regulariter cõstante matrimonio repeti nõ possunt. l. si constante, ff. solut. matr. paraphernalia verò adhuc matrimonio cõstante possunt repeti. Bald. in l. vbi adhuc, col. penult. C. de iure dotium, & l. vlt. C. de pactis conuen. Ias. in cons. 197. col. 1. vers. secũdo, quod ista, lib. 2.

62 Dos, quæ restituitur post mortem viri, & illa, quæ ipso vergẽte ad inopiam restituitur, respectu probationis longe differunt. Nam illa requirit concludentem probationem, ista verò probationem per famam, quod vir dilapidat, vt notat Papien. in forma libell. quo vxor agit ad dotem. glos. in verb. vxor, num. 11. & 12.

63 Dos vera à putatiua in multis differre obseruaui; obseruatumq. inueni.

Primo enim differre obseruaui in actione; quia pro dote vera olim dabatur rei vxoriæ actio, seu actio de dote; in cuius locũ successit tacita stipulatio. vt legitur in l. vnica, in princ. C. de rei vxor. act. & in §. fuerat. Inst. de action. pro dote putatiua restituẽda; quę data est pro matrimonio inualido datur solum condictio ob causam; & condictio sine causa. l. 1. C. de condict. ob caus. l. fin. ff. de condict. sine

causa,

causa, & notatur in, l. si cum, §. fin.

Secundo differre obseruaui, quia licèt pro dote vera profectitia restituenda actio ex stipulatu sit communis Patri, & Filię, l. 2. §. 1. vbi Ias. & alij, ff. solut. matrimo. Tamen in dote putatiuà non erit communis condictio ob causam pro ipsa repetenda; Immo erit præcipua ipsius Patris, l. 1. C. de condict. ob. caus. arg. l. si pro te C. de dotis promis. Nam condictio ob causam, & similes condictiones dantur ex negocio gesto inter dantem, & recipentem. l. si non sortem, §. libertus. ff. de condict. in deb. prout est etiam de natura cōdictionis in debiti; immo multo magis in cōdictione ob causam; cum requirant factum explicandnm ab homine; vt per Bart. in l. is cui hæreditas. ff. de condict. in deb. cum ergo nullum negocium sit gestum inter maritum, & vxorem; nulla ideo potest esse inter Patrem, & filium communio pro dicta dote reperenda per condictionem ob casam, per iura supra allegata.

Ex hoc potest inferri tertio differre; quia licèt in dote vera, & profectitia filia postea effecta sui iuris morte Patris, vel emancipatione acquirat de dote vel ex stipulata actionem; & in ea reconsolidatur, l. vnica, §. videamus. C. de rei exor. act. Tamen sic non euenit in dote putatiua data pet Patrem pro matrimonio inualido; quod credabatur validum. Nam si Pater ignoranter dotauit, tunc soluto tali matrimonio putatiuo per mortem viri post mortem patris dotātis, repetitio dotis non pertinebit ad mulierem; sed ad hæredes sui patris per condictionem ob causam; ante mortem patris ad patrem ipsum, etiam si maritus putatiuus per stipulationem promisisset dotem restituere in casum soluti matrimonij; & sic inpersonaliter: quia intelligitur stipulata cui de iure. l. post dotem, ff. solut. matr. in 3. lect. glo. fatendum tamen est; quod in dictis casibus dicta dos intelligeretur reuersa ad patrem; vel eius hæredes, cum onere redotandi dictam mulierem; auth. sed quamuis. C. de dotis promis. & per Bart.

Bart. in d. l. post dotem.

Quarto differre inueni; quia maritus putatiuus; in huiusmodi putatiuæ dotis restitutione non habebit annum; prout habet maritus verus in dote vera quando dos consistit in rebus mobilibus. l. vnica, §. cum autem, & §. exactio. C. de rei vxor. act. & est glos. singularis in d. §. exactio, & probatur indistinctè per tex. in l. 1. C. de condict. ob. caus.

Quinto differre inueni; quia maritus in talis putatiuæ dotis restitutione conuenitur etiam vltra vires; in restitutione dotis verę non conuenitur nisi in quantum facere potest. c. 1. de donat. inter vir. & vxor. vbi Io. Andrea, & communiter omnes Doct. Quia dictum priuilegium fuit viro indultum ob reuerentiam maritalem, quæ durat etiam soluto matrimonio, propter matrimonij reliquias, & illius vinculi propter quod vir, & vxor dicuntur fuisse socij Diuinæ, & humanæ domus. l. Aduersus. C. de crimin. expil. hæredit; & etiam quia censentur fuisse vna caro, c. debitum de Bigamis, §. 1. Instit. de patre potest. l. alia, §. eleganter, ff. solut. matr. quæ ratio cessat quando nõ fuit inter eos, verum, & legitimum matrimonium; licet reputaretur verum, & pro hac opinione videtur casus in d. c. 1. vbi cum misterio, ibi, Papa mandat reddi mulieri totam dotem; quando matrimonium separatur ex aliqua legitima causa, & sic sinè aliqua diminutione; quia hoc importat illud verbum totum, vt per glos. in l. decem, ff. de fideicom. liber. quam pro nõ tab. allegat Bald. in auth. sed cum testator, C. ad l. falcid. & facit tex. in l. Iulia, in princ. ff. de legat. 3.

Sexto differre obseruatum inueni circa pactũ de lucrando totam dotem, vel eius partem si vxor prędecederet sinè filijs. Si enim postea contingat declarari tale matrimonium fuisse nulliter contractum ob aliquod iuris impedimentum, debet restitui dos tota per virum; nec est locus retentioni propter dictum pactũ de dote lucranda; quod secus est in dote vera data pro vero; & valido ma-

do matrimonio; vt est tex. in l. 1. C. de condict. ob caus. ex quo, ibi, Bart. infert idem esse in statuto de dote, vel eius parte lucranda per virum vxore sine filijs prædecedente; cum procedant à pari pactum, & statutum circa dictum lucrum, c. fin. de donat. inter vir, & vxor. Bart. & alij, in l. si ab hostibus, §. si vir, ff. solut. matr. & procedit non solum si tale matrimonium putatiuum fuit dissolutum inter coniuges viuētes per iudicium Ecclesiæ; sed etiam si post mortem mulieris postea detegatur talis nullitas; quæ poterit allegari per hæredes mulieris, contra virum volentem retinere dictam dotem propter pactum, vel statutum; propter generalitatem. d. l. 1. C. de condict. ob causam; hoc idē voluere Salycet. Imol. Paul. de Castro. & Rom. in l. si ante nuptius, ff. soluto matrimonio; quod procedit etiam si vir ignoranter illicitas nuptias cōtraxisset. quia d. l. 1. loquitur indistinctè, & probatur in d. c. 1. de donat. int. vir, & vxor. Si autem scienter vir, & mulier cnntraxissent tunc tota dos applicatur Fisco. l. qui contra, & in auth. ibi posita, C. de incestis. Nuptijs; sed scientia vnius alteri non nocet.

Septimo differre inueni; quia licet in dote vera non detur retentio propter impensas etiam in re dotali factas; sed necesse habeat vir, & sui agere actione negociorum gestorum pro illorū repetitione; vt est tex in l. vnica, §. sed nec ob impensas, C. de rei vxor act. tamen secus est in dote putatiua; quæ potest pro dictis impensis retineri. vt est tex. in l. si cum dotem, §. fin. cum seqq. ff. solut. matr.

Octauo vtique differre inueni respectu fructuum. Nam licet vir faciat fructus suos dotis veræ; quamuis onera matrimonij excedant; non tamen facit suos dotis putatiuæ; arg. à contrario sensu. l. Insulam, §. fructus, ff. solut. matr. vbi Bart.

Nono differre obseruatum inueni. Scilicet quando matrimonium esset nullum ratione seruilis conditionis mulieris; quæ habet dotem in re pertinente ad alium, & sic

quæ

quæ erat aliena; Nam licet maritus verus; qui rem alienam accepit ab vxore eam præscribat titulo dotis, ad commodum, etiam mulieris; adeo quod soluto matrimonio; vir talem rem sic ex præscriptione quæsitam teneatur restituere mulieri; vel eius hæredi, ac si à principio illam tāquam propriam mulieris accepisset. l. ponponius, §. in dote, ff. de acquir. poss. & notatur. in l. si alienam, ff. solut. matr. & in l. qui alienam, ff. de donat. caus. mor. Tamen non sic procedit in dote putatiuā mulieris seruilis conditionis, per tex. not. in l. proculus, vers. quod si vir, ff. de iure dotium.

Decimo differre inueni in eo, quod vir fructus veræ dotis etiā ante onera matrimonij, adeo facit suos; vt ex illis non fit necesse deducere expensas factas in dote. l. diuortio, §. impēdia, ff. solut. matr. & toto tit. ff. de impensis, tamen non sic est in dote putatiua, quia expensas, quas vir putatiuus fecit in ea, etiam ad perpetuam vtilitatem deducere, debet de dictis fructibus; sicut deducit quilibet bonæ fidei possessor, etiam si tantūdem onerum suscepit in persona vxoris putatiuæ, vt est casus singularis in l. Insulam, §. fructus, ff. solut. matr. & ibi glos. in verbo compensatio; & glos. in d. §. impendia, quæ assimilat talem virum putatiuū bonæ fidei possessori; qui licet fructus perceptos faciat suos, tamen si quas expensas, vel necessarias faciat in re ipsa; ipsas nō recuperat quatenus ascendant ad valorem fructuum perceptorum; sed quatenus excedant. l. sumptus, & l. emptor, ff. de rei vindic. l. super, C. de euict; quod forte potest limitari, procedere in expensis vtilibus; sed in necessarijs videtur posse dici; quod ipso iure extenuent dotem putatiuam, sicut veram. l. dotem per illicitum, ff. de ritu nuptiarum.

Vndecimo, differre inueni circa dispositionem l. in rebus, C. de iure dotium, vt non extendatur ad dotem putatiuam; quia si dominium putatiuæ dotis illico retransferretur in mulierem dissoluto tali putatiuo matri-

monio per mortem; vel sententiam, non posset dari pro ea repetenda condictio ob causam, vel sine causa; cum nulla condictio detur Domino, §. sic itaq. discretis. Instit. de actio. & l. 1. ff. de vsufr. & quemad. caue, & tamen pro tali dote putatiua rei uperanda non potest agi, nisi condictione ob causam; vel sine causa. l. 1. C. de condict. ob caus. l. fin. ff. de condict. sine causa. glos. in rubr. ff. solut. matr. & supra differentiam 1.

Duodecimo differre inueni; quia licet dos vera in mobilibus consumptis, non possit repeti in continenti soluto matrimonio; sed post annum. l. 1. §. exactio, C. de rei vxor. actione. Tamen non sic est in dote putatiua; quia potest in continenti repeti per ipsam mulierem; vel eius hæredes. glos. in d. §. **exactio contrariũ tenet. glos. in c. 3. de donat. inter virum, & vxor. sed Abb. ibi tenet, vt supra, & Io. Andr. in c. 2. eod.**

Decimotertio differre inueni; quia licet propter adulterium mulier amittat dotem veram, & applicetur viro. per tex. in l. consensu, C. de repud. Tamen non amittit putatiuam ob violatum putatiuum, & non verum matrimonium, vt expressim præsupponunt omnes. post glos. in c. plerumq. de donat. inter vir. & vxor. & id ea ratione; quia tunc non potest dici adulterium, ex quo verę non est vxor. l. si vxor. ff. adulter. & vbi non est verum matrimonium; sed putatiuum, ibi non cadit adulterium, vt ibi. & in l. serui, C. de adulter. Nisi cum sit lata sententia super amissione dotis propter adulterium, & postea repertum matrimonium inualidum; quia propter hoc non debet sententia lata super amissione dotis retractari. glos. in d. c. plerumq. de donat. inter vir. & vxor. cum qua transeunt, ibi communiter Doctor.

Decimoquarto differre obseruaui; quia vxor vera propria authoritate; & sine iudicio Ecclesiæ discendens à viro amittit dotem. l. fin. C. de repud. vxor verò putatiua non sic; maxime si ex causa impeditiua matrimo-

nium

nium discesserit propria authoritate, & sine iudicio Ecclesiæ; vt voluit. glos. not. in d. c. plerumq. cum qua transeunt omnes Doct. communiter ibi.

Decimoquinto differre inueni; quia constante matrimonio vero non potest interim præscribi contra dotem in præiudicium mulieris, nisi esset ante matrimonium prę scriptio incępta. l. si fundum, ff. de fund. dotal. l. in rebus, §. omnes, C. de iure dotium. Secus tamen est in dote putatiua; ea ratione, quia constante matrimonio vero mulier non potest agere pro iure suo, quod habet in ipsa dote, ex quo omne ius suum transtulit in virum; qui est factus perfecte Dominus rei dotalis. l. doce ancillam, C. de rei vendic. & sic succedit regula, quod impedito agere impedimento iuris non currit aliqua præscriptio. l. 1. in fine, C. de annali excep. Sed mulier, quando matrimoniũ non valuit, non transtulit ex tali titulo dotis nullo Dominium in virum ergo potest agere tanquam non impedita à marito, verum in contrarium facit; quia immo talis mulier transtulit dominium in virum putatiuum, licet ex falsa causa. l. 3. §. subtilius, ff. de condict. ob causam. Nam mulieri repetenti datur condictio ob causam, vel sine causa. l. 1. C. de condict. ob causam, & l. fin. ff. de condict. sine causa; ergo necessario non præsupponitur dominium esse apud talem virum. §. sic itaq. discretis. Instit. de actio. Aut ergo fundus non fuit traditus, & tunc non dicitur dotalis, & sic potest interim præscribi. d.l. si fundum, aut fuit traditus tali viro putatiuo, qui postea cecidit à possessione; & tunc ex quo mulier iam transtulit dominium, non potuit agere vendicando dictum fundum, ergo ibi nõ currit præscriptio. Prętcrea etiam in dote obtinet priuilegiũ prohibitionis alienationis per l. Iuliam, de fundo dota, ergo si non pteſt alienari; nec etiam prę scrib. d. l. si fundum. & l. alienationis, ff. de verb. signific. l. vbi lex, ff. de vsucapio. & ideo potest concludi, quod non currat pręscriptio in do-

te putatiua, constante tali putatiuo matrimonio inter ignorantes contracto; Secus si inter scientes, maxime quando mulier ipsa fuisset sciens. Item procedit durante tali matrimonio putatiuo; secus eo dissoluto de facto per mortem, vel per sententiam; quia tunc non est ratio quare duret tale priuilegiũ; licet non sic sit in dote vera. l. etiam, ff. de fundo dot. est tamen super prædictis cogitandum ex quo mulier putatiua semper habuit experiundi potestatem allegando matrimonium non tenere; & sic non videtur eadem ratio esse; quę est in dote vera; & sic quãdo matrimonium valuit saltem, quoad effectum præscriptionis mero iure currit, licet fuerit impedita impedimento facti; quia ignorando tale impedimentum; & reputando tale matrimonium valere; consequen er etiam cogitabat se non posse agere ad suam dotem contra tertium possessorem. Nam constat quod impedimentũ ignorantię etiam iustissimę non impedit cursum pręscriptionis. l. fin. C. de præscript. long. temp. l. 1. C. de vsucap. transf. Tamen tenendo hanc opinionem non denegaretur tali vxori putatiuæ beneficium restitutionis in integrum; ex clausula generali si quã mihi iusta causa esse videbitur de qua in l. 1. in fin. ff. ex quibus caus. maiores, quę iusta causa versatur etiam propter iustum errorem; seu ignorantiam facti. l. 2. ff. de in integ. restit. l. Attilicinus, ff. de seruit. rustic. pręd. & notat Bart. in l. 1. §. si quis autem, ff. de itin. actu priuato. glos. in l. 1. C. de patr. potest. & in l. si partem, §. 1. & in l. si sic, in princ. ff. quemad. seruis amit. Spec. in tit. de præscript. §. 1. vers. quid si colonus.

Decimosexto differre inueni; quia licet in dote vera soluto matrimonio fructus; vltimi anni veniant diuidendi inter virum, & vxorem; vel eius hęredes habita consideratione pro tẽpore, quo à principio fundus cœpit esse dotalis; & vir onera matrimonij subire; secundum quod traditur in l. diuortio, ff. solut. matr. & in l. vnica, §. sed nouissimi, C. de rei vxor.

vxor. act. Tamen non sic est in dote putatiua, data pro matrimonio; quod postea repertum fuit non valuisse; quia tenendo opinionem; quod vir putatiuus nō faciat fructus suos ratione putatiui matrimonij, & eius onerum, sed magis ratione eius bonæ fidei prout tenuit Bart. & à leg. supra in 10. differentia citati; ideo cessat iuris consulti dispositio; & eius consideratio circa fructus vltimi anni, de qua in d. l. diuortio. & ideo distracto tali matrimonio, vel per mortem, vel per sententiam ratione dicti impedimenti, incontinenti fructus illius anni sunt mulieris; & ipsi mulieri sunt integraliter restituendi quatenus excedāt expensas onerum dicti quasi matrimonij.

Decimoseptimo differre obseruatum inueni; quia licet post solutum matrimonium pro honore, & reuerentia maritali; & matrimonij reliquijs censeatur quodam respectu adhuc durare. l. fin. C. de bonis mater, & §. soluto. Auth. de nuptijs, & iura ideo non velint dari contra mulierem actionem, famosam furti, sed rerum amotarum. l. 1. & toto tit. ff. rerum amotarum. Tamen non sic volunt in vxore putatiua. l. si concubina, in princ. ff. rerū amotarum. ex quo tex. arguit. glos. quod non debetur, idem honor illi mulieri; quæ postea est, vel fuit vxor putatiua, sicut vxori veræ.

Ex hoc decimo octauo differre colligitur; quia licet hodie non sit permissa viro, vel eius hæredi contra mulierem dotem repetentem compensatio ob res amotas per vxorem per tex. in l. vnica, §. taceat, C. de rei vxor. act. glos. Bald. & alij in l. diuortio, §. ob donationes, & in l. rei iudicatæ, §. 1. ff. solut. matr. Tamen hoc non procederet in dote putatiua, & putatiua vxore, & vbi matrimonium apparet non fuisse legitime contractum; licet reputarent inter se coniuges etiam probabili errore ducti; vt propter res amotas possit obijci compensatio; videbatur enim dubium respectu rerum amotarum, vt contra talem vxorem putatiuam similiter non posset obijci dicta amotio per viam compensationis,

sationis, propter honorem quasi maritalem, & pudicitiam coniugalem; quę videtur fuisse inter eos. l. fin. §. videamus, ff. de donat. inter vir. & vxor. Tamen contrarium est dicendum; quia respectu rerum amotarum reputatur talis vxor putatiua, tanquam omnino extranea. d.l. si concubinam, & eadem ratione idem multo magis dicendum est in qualibet cōpensatione ex quacunque alia causa nisi de specie ad quantitatem opponatur, vel è contra. l. si conuenerit, ff. de pignor. act. Retentio tamen non caderet propter res amotas. l. si non sortem, §. si centum, ff de condict. indeb. l. fin. C. commodati.

Decimonouo differre generaliter obseruatum inueni; quia licet in aliquibus, & quidem multis mulier putatiua habeat priuilegia, quę dotibus veris, & legitimis vxoribus à iure indulta sūt: Tamen quoad alios effectus circa quos matrimonium verum specialem habet fauorem circa ipsam dotem, non est facienda extensio ad ipsum matrimonium putatiuū illegitime contractum etiam inter ignorantes. vt tradit Bart. per illum tex. in l. si concubina, in princ. ff. rerum amotarum. ex hoc infertur, quod licet per vinculum cōiugale vir succedat ab intestato vxori, & è contra deficientibus agnatis excluso Fisco. l. 1. ff. & C. vnde vir, & vxor; tamen non sic est in coniugibus putatiuis. d.l. 1. ff. vnde vir, & vxor; vnde etiam, quod tales putatiui coniuges in tali matrimonio sic bona fide contracto stetissent per longissimum tēpus, & inde nati filij iuris dispensatione essent effecti legitimi. iuxta tex. in l. qui in prouincia, §. Diuus, ff. de ritu nupt. æquitate canonicia aprobatum in c. penult. Qui filij sint legit. vbi Innoc. & Io. Andr. glos. in c. fin. eod. Tamen si alter dictorum cōiugum decederet ab intestato sine filij; & cognatis Fiscus excluderet vxorem putatiuam; & pro ea remanente inope cessaret dispositio. Auth. præterea, C. vnde vir, & vxor.

Vigesimo differre inueni; quia inter coniuges putatiuos,

nos, licet sit de ęquitate quadam prohibita donatio constante tali matrimonio puta tiuo, & nulliter contracto; sicuti est prohibita inter coniuges veros, licet non sic sit de rigore. l. 2. §. videamus. l. si volnntate, C. eod. Tamen illa non confirmatur inter cōiuges veros; vt probatur ibi, & est ibi glos. & in l. cum hic statutus, §. penult. in fin. eod. tit. quem adhoc pro notabili; & singulari allegauit Bal. in l. eam quam, C. de fideicommis, col. 8. vers. modo quæro nunquid ista lex habeat locum in contractibus.

Ex hoc vigesimoprimo differre notatur; quod retenta opinione, quod in dote vera non habeat locum compensatio, & maxime respectu rerum amotarum viro ab vxore, vel donatæ per virum vxori. l. vnica, §. taceat, C. de rei vxor. act. Tamen secus est in dote putatiua; cum donatio inter tales putatiuos coniuges sit penitus nulla, & infirma.

Vigesimosecundo differre obseruatum inueni; quia priuilegia data dotibus matrimonij fauore; vt habetur in l. 1. ff. solut. matr. & in alijs iuribus obtinent locū in matrimonio vero rato, seu confirmato ab Ecclesia; vt est matrimonium cōtractum inter Catholicæ Fidei personas; non sic in matrimonio cōtracto inter infideles, quia licet matrimoniū inter istas personas sit permissum; tamē non est ratum, & confirmatum ab Ecclesia. vt in c. quāto, & in c. gaudemus de diuor. & notatur in c. de infidelibus, de consanguin. & affinit. Hinc est quod huiusmodi matrimonium tanquā non ita tenax de facili potest dissolui etiam quoad vinculum; & ambobus viuentibus. d. c. gaudemus, & c. quanto. Et ideo dotes talium mulierum infidelium non gaudent priuilegio aliarum dotium mulierum; quarum matrimonia sunt vera; & rata ab Ecclesia. Auth. de dot. hære. & nul. non præst. vnde sumpta est auth. ita priuilegiū, C. de hære. vbi, idem dispo nitur si mulier in hæresim lapsa fuerit; quia tunc dotes huiusmodi mulierum nullo gaudent priuilegio, licet matrimoniū fuerit verū, ac etiā ra-

ratum, & firmum; & si dos data cœperit esse fauorabilis, & priuilegiata. Tamen proter prauitatẽ hæresis omne priuilegium perdit; hoc idem eadem ratione potest dici in viro infideli, vel hæretico; vt non habeat priuilegium ratione sui matrimonij; & ideo poterit conueniri insolidum, & sic vltra, quam facere potest, & incontinenti. glos. in d. auth. ita priuilegium, & in corpore, vnde sumitur. Sed si illa; quæ fuit infedelis ad Fidem transeat; vel hæretica pœnituerit tunc consequitur, & recuperat priuilegia in sua dote. glos. in d. auth. sufficit enim, quod mulier tempore quo vult vti priuilegio sit fidelis, & sic qualitas ortodoxæ Fidei sit tẽpore vsus priuilegij. arg. l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. & ita communiter tenent Doct. & maximè Canonistæ, post Io. Andr. in d. c. gaudemus. Sed quid si postquam mulier in hæresim est lapsa, & propter hoc factum diuortium, & matrimonium saltẽ, quoad thorum fuit separatum, & consequenter mulier dotem amisit; quia culpa sua diuortium factum fuit per tex. in l. Lucius, ff. solut. matr. & in l. consensu, C. de repud. & notant Doct. in c. fin. de conuer. coniug. vbi Abbas, cum tunc dicatur mulier incidere in fornicationem spiritualem, 28. q. 1. c. idolatriæ, & not. in d. c. fin. An mulier prædicta postea reuersa ad fidem dictam dotem recuperet, & videtur dubium, quia videtur ipso iure restituta, vt probat d. glos. in corpore, & in tex. ibi licebit autem eis melioris factis sententiæ, &c. & facit quod habetur. in l. 7. & fin. C. de sentent. passis. In contrarium facit, quod habetur, in l. Deo nobis, §. fin. ver. quod si forte, C. de Epis. & Cleric. Sed cum distinctione est hoc resoluendum. Aut enim in breui est reuersa, & tunc recuperat. arg. l. diuortium, ff. de diuor. & de pœnit. distinct. 3. c. diuortium. Aut ex interuallo, & tunc est iterum distinguendum, aut enim res est integra, quia vir interim dotem non alienauit, & recuperat. Aut res non est integra; quia alienauit, & tunc non recuperat in præiu-

præiudicium tertij per tex. in d. l. si.1. & in l. fin. C. de repud. hæred. & in l. quod si minor, §. sceuola, ff. de minor. c. quamuis de Epis. in 6. & in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber, & posthu.

64 Dotem dicere, & promittere differunt. Nam dicere est certis, ac solemnibus verbis sine stipulatione polliceri. Promittere cum stipulatione l. vlt. C. Theodos. de dote, & Vlpian. c. 6. Instit. & Caius Instit. 2. cap. 9. Cuiacius Notæ ad Tit. Vlpian. de dotib. c. 6.

65 Dubiũ, & ambiguũ. Vide supra Ambiguũ, & Dubium.

66 Dubium speculationis differt à dubio Practico, vt latè notat Couarruuias in 2. par. Epitome, 4. Decretalium, c. 7. num. 10.

67 Dubitatio, seu titubatio, ignorantia, error, & nescientia differunt. Nam qui dubitat, applicat animum suum ad plura, & nescit quid eligat. Ignorans est qui nihil scit; sed scire debet. Nescientia est cum scire non tenetur. Errat quãdo credit vnum, & est aliud. glo. in l. de statu 15. ff. de test. & qui test. fac. poss.

E

1 ECCLESIA, & Oratorium. Vide Oratorium, & Ecclesia.

2 Ecclesiastici, & Laici patronatus differentiam. Vide infra Patronatus Ecclesiastici, &c.

3 Edere, & reddere rationem differunt. Nam edere est rationes exhibere, & copiam describendi facere. l. 1. ff. de eden. Reddere verò est computare, & reliqua restituere. l. cum seruus, ff. de cond. & demonst. & l. boues, §. inter reddere, vbi Alciat. ff. de verb. sign.

4 Edictũ ab interdicto quid differat, tradit Bart. in l. 1. ff. de oper. noui. nũnc. Edictũ enim est nomen generis, interdictum speciei, §. constit. de iur. nat. gent. & ciuil. Item interdictum dicitur inter duos, edictum facit Prætor ex suo officio.

5 Edictum, & rescriptum differunt. Bar. in l. postquam, §. Imperator, ff. vt leg. nomi. caue. Edicto, quo quis non

vtitur pro se, non tenetur vti contra se. l. planè, ff. quod fals. tut. Auth.

6 Edictum si quis omissa causa testamenti, & Edictum vnde liberi differunt, qui enim succedit ab intestato per vnde liberi Edictũ, quasi annullat testamento adeo, vt ex eo tunc legata nõ debeantur; quod secus est si omissa causa testamenti ab intestato, vel alio modo hæreditatem possideat. l. qui autem 6. §. pen. & l. si filius 23. ff. si quis omiss. caus. testamen. Bart. in dictis ll. & in l. is, qui in potestate, num. 1. vers. aut est præteritus, ff. de legat. præst. cont. bon. posses. pet. Aegrotatio, & ægritudo sic differre, notat Cicero lib. 3. Tusch. vt ægrotatio in corpore; sic ægritudo in animo nomen habeat.

7 Electio, & præsentatio differunt. Primo, quia electio tribuit ius electo. glos. est in c. quanto. 63. distin. Præsentatio non vtiq. c. quod autem de iur. patro. ita declarat Abbas in c. 2. & in c. nobis, eod. & in c. authoritate de Instit. & plene. Fylin. in c. cum Bertoldus in 1. col. de re iudic. & quomodò, & quãdò electio tribuat ius electo, traditur etiam per d. Anton. & alios maximè per Franc. de Aret. in c. super his in 2. notab. de accusat. Secundò differunt; quia Electio fit à Collegio, vel à Capitulo. Præsentatio verò fit etiã à personis singularibus, ita Abb. in d. c. Authoritate. Tertia differentia est, quam sentit. Abb. in d. c. Authoritate; quod electio fit de Prælatis; Præsentatio verò fit de alijs; quod etiam probat tex. in c. nobis de iure patr. & tex. in c. cum in illis, §. 1. de præben. in 6. & declarat **Felyn. in c. in nostra in 32.** Corrrllario de rescriptis, vbi dicit, diligenter esse notandum, quod de iure communi in beneficijs minoribus, non proceditur per viam electionis; sed in dignitatibus sic. Quartò differunt, vt notat Abb. in c. 3. de iure patron. istæ differentiæ procedunt propriè loquendo; sed largè intelligendo. Præsentatio potest dici electio, vt probatur in d. c. 2. & in d. c. nobis. Io. Andr. in addi. ad Specul. in tit. de iure patro. c. fin.

c. fin. vbi Abb. & Imol. de conceſſ. præben.

Item electio dat ius in re, initiatur matrimonium cum electo, & Ecclesia; ſed Præſentatio non dat ius in re, ſed ad rem, ideſt ad Eccleſiam, ſiue beneficium obtinendum.

Item Epiſcopus poteſt ordinare finito tempore preſentandi inter patronos debentes præſentare abſque vlla præſentatione. Secus inter debentes eligere, vt per Io. Andr. in c. quoniam in 2. col. in fin. de iure patron. quem ad hoc allegat Cittad. de iure patron. par. 6. art. 3. num. 86. 87. & ſeqq. vbi dat alias differentias.

8 Eligere, & prouidere differunt. Io. And. in c. ſi compromiſſarius, num. 2. in fin. & 3. de electio. in 6.

9 Eligere, & promouere differunt. vt notat Abb. & cæteri Doctor. in c. omnipotens de accuſat. Item differt a conferre, & ab alijs modis prouidendi. c. cum in illis de præben. & dign. in 6. gloſ. in c. vnico de reſer. in prag. in verb. collationem. vt patet etiam ex diuerſitate titulorum de elect. & colla.

10 Emancipare, inter, & mancipare differentiam conſtituit. Voconi. in declarat. 161 num. 8. lib. 1. dum vult, quod emancipare ſit venditoris, mancipare verò emptoris, de hac re meminit Imperator, in §. præterea. Inſtit. quib. mod. ius patriæ poteſt. ſoluitur, & in §. ſed eas de bonorum poſſeſſ. & in §. 1. de teſtamen. nonnulla congerit. Io. Boſchi. in tract. de Iniuſtis Nuptijs, num. 31.

11 Emancipari, & in poteſtate conſtitui differentiam, Vide Filius Emancipatus.

12 Emphyteuta, & ſuperficiarius differunt. Nam ſuperficiarius, & ſolum, & meliorationes ſuas à Domino recognoſcit, certamq. ex hac cauſa poſſeſſionem præſtat. Emphyteuta verò plerumq. nihil pendit, nec meliorationes à Domino habere dicitur, niſi ſuperficiem quoq. conduxerit, imò finito contractu indiſtinctè eas auferre licet. Alciat. in l. bonorum 49. num. 6. ff. de verb. ſignif. Item cadens ab emphyteuſi dimittit D. Meliorationes. Secus in ſuperficiario,

ciario, & conductore ad longum tempus, si meliorationes possunt separari. Bal. in rubr. & l. 1. C. de iur. emphyt. & l. sed adde, §. si inquilinus, ff. loca. Ias. l. 1. nu. 45. C. de iur. emphyt.

13 Emphyteuta, & vsufructuarius differunt: quia ille habet vtile dominium; vsufructuarius verò solũ ius vtẽdi, & fruendi. Rodoan. de reb. Ecclef. non alien. q. 15. num. 6.

14 Emphyteutę, & Censuarij differentiam. Vide infra Censuarius, & Emphyteuta.

15 Emphyteutici contractus, censualis, superficiarij, & liuellarij differentiam. Vide supra Censualis contractus.

16 Emphyteusis, & liuellus differunt; quia illa datur perpetuò, vel vsque ad certas generationes; liuellus vsque ad annos triginta. Rodoan. de reb. Eccles. non alien. q. 2. c. 22. num. 6. sed Bart. in l. 1. C. de iur. emphyt. tenet non differre, contra quem firmat Rodoan. d. q. c. 15. per totum.

17 Emphyteusis, & locatio ad longum tempus in multis differre pariter, & conueniré, notant Dom. de Rota coram Illustrissimo Seraphino, decis. 174. par. 1. in vlt. loco impressis remissiuè.

18 Emptio, & permutatio differunt, quia emptor nisi fecerit nummos accipientis, tenetur ex vendito; Venditor enim sufficit ob euictionem se obligare, possessionem tradere, & purgari de dolo malo; Itaq. si res euicta non sit nihil debet. In permutatione verò si vtrumq. precium est vtriusque rem fieri oportet si merx neutrius, & ita in emptione, & vẽditione alius est emptor, alius venditor, in permutatione nõ item. l. 1. in princ. ff. de rer. permut. & l. 1. §. sed verior, ff. de contr. empt. Item in emptione, & vẽditione aliud est precium aliud merx. In permutatione vtrunque, aut precium, aut merx est. d. l. 1. vers. sed cum debeat, ff. de rer. permut. & d. §. verior, cui concordat Inst. de empt. & vend. §. item precium venditoris facere, venditor autem non habet necesse rem emptoris facere; In permutatione verò, aut vtriusque rem fieri oportet, si vtrumq. precium

sit, aut

sit, aut neutrius fieri potest, si vtrumq. merx sit. l. 1. §. multum differunt, ff. de rer. permut. & vide infra in verbo permutatio, & emptio.

Item emptio, & venditio solo perficitur consensu. Permutatio verò non, nisi re tradita. d. l. 1. §. Item emptio, ac venditio, ff. de rer. permut.

19 Emptoris hæreditatis, & hæredis differentiam. Vide infra Hæres, & Emptor.

20 Emptum à parato eo differt, quo species à genere. l. si quid, ff. de leg. 3.

21 Episcopus, & Corepiscopus differũt, quia Corepiscopis prohibita est Presbyterorum, Diaconorum & Virginum consecratio, constitutio altaris, & benedictio, vel vnctio, erectio altaris, consecratio ecclesiarum, impositio manuum fidelibus baptizatis, vel conuersis Hæreticis; Paracliti Spiritus sancti traditio. Chrismatis confectio, signatio frontium baptizatorum Chrismate, publica reconciliatio pœnitentis in Missa, & missio formatarum literarum. Episcopis verò omnia prædicta, & alia multa sunt permissa. c. quauis Corepiscopis. 68. distinction. 68.

22 Epistolæ decretalis. Vide supra Constitutio, decretalis Epistola.

23 Eradicatio differt ab excommunicatione. c. notandum. 24. q. 3. Illa est sine spe restitutionis perpetua exterminatio. Ista verò est disciplina nõ eradicans. Archid. c. quorundam de elect. in 6. & c. 1. de sent. excom. in 6. & c. nobis. 11. q. 3.

24 Error, & ignorantia differunt. Quia ille repugnat veritati; Ignorantia verò potest cum veritate concurrere, & ignorans pôtest de eo, quod ignorat in genere cogitare, non sic errans. Quia error cum veritate non concurrit. Dec. consl. 356. n. 11.

25 Erroris, dubitationis, ignorantiæ, & nescientiæ differentiam. Vide Dubitatio.

26 Erro, & fugitiuus differunt; quia fugitiuus eo animo recedit, vt nunquam reuertatur; Erro qui animo quandoque redeundi. l. quis sit, ff. de ædilict. edict. glos. 1. in rub. ff. de seruis fugit.

27 Esse in possessione, & possidere.

sidere. Vide Possidere, & esse in possessione.

28 Esse, & haberi differunt; quia esse significat veritatem. Haberi fictionem. notatur ex ijs, quæ dicunt Bal. in rubr. ff. circa finem, & Bar. in l. si is, qui pro emptore, ff. de vsucap. quos refert Afflict. de fœudis si de fœud. fuer. contr. inter Domin. & Agnat. c. mulier, §. naturarales filij, in 5. not. num. 13. 14. 15. & 16.

29 Et, & cum, quandò apponuntur inter res, quarum natura est, quòd vna alteri accedat differunt; quia Et coniungit principaliter; Cum verò accessoriè. Bart. in l. Titiæ textores, §. nihil, num. 1. ff. de leg. 1.

30 Euidens, & manifestum. Vide Manifestum, & Euidens.

31 Euocari, & vocari differunt. l. si eum seruum, §. fin. ff. de fideicom. liber.

32 Euocationis, & Appellationis differentiam. Vide supra Appellatio, & Euocatio.

33 Euocationis, & supplicationis eædem sunt differentiæ, quæ inter Euocationem, & Appellationem.

34 Ex bonis esse, & in bonis. Vide supra Bonis.

35 Exceptio differt ab officio Iudicis. Steph. de Federicis in tract. de interpræt. iuris, part. 2. num. 19.

36 Exceptio dominij, & proprietatis est diuersa ab exceptione de non iure petentis reuocationem attẽtatorum, vt ex multis concludit. Lancellot. de attenta. 3. part. cap. 14. De reo, & except. quæst. 1. num. 2. & sequentibus, & q. 10. num. 10. & 11. hanc differẽtiam clarius demonstrat.

37 Exceptio doli, & metus differunt; quia exceptio doli ex parte opponentis est in rem, ex parte eius, cui opponitur est in personam; sed exceptio metus ex vtraque parte est in rem. Item exceptio metus obijcitur etiam contra singularem successorem habentem causam onerosam, quæ tamen parentum obijci non potest. l. apud celsum, 4. §. Metus causa vbi Ang. ff. de doli mali, & metus except. & an differat à præscriptioni. Vide infra Præscriptio.

Excom-

38 Excommunicatio, & declaratio excommunicationis differunt;quia ab excommunicatione non poteſt appellari, à declaratione verò excommunicationis ſic. Lap. in Clem. ad concupiſcentes de ſequeſtr. poſſ. Rom.conſ. 482. num.9. fol.mihi 347.

39 Excommunicatio, & anathematizatio differunt, quia excommunicatio ſeparat à fraterna ſocietate, & vnione fidelium. Anathematizatio cum maiori ſolemnitate, c. debent. 11.q.3.ſeparat etiã à corpore Chriſti. 3. q. 4. c. vlt.& pœn.& eſt æternę mortis damnatio. 11. q.3. c.nemo Epiſcoporum, & 24.q.3. c.certum,& 11. q.3. c.onus & c. nihil ſic. & quid ab interdicto. Vide infra in verbo interdictum.

40 Exemplum, & exemplar ſic differunt. Bart. Authore in l. Sempronius,ff.de leg.2. quod exemplar eſt ſcriptura principalis; exemplum autem ſcriptura inde ab exemplari ſumpta, quam vulgus copiam vocat.

41 Exemplatio,& publicatio, infra Publicatio, & exemplatio.

42 Exercitus, cohors, ala,& legio differunt;vt notat Odofredus in l. quod ait Prætor, num.2.per totum, ff. de his, qui notan infam.

43 Exhæredare filios, & abdicare differunt. Exhæredamus enim, hoc eſt ſubmouemus ab hæreditate poſt mortem. Abdicamus viui. Alc. lib.2.Diſpunct.c.28.Schard. in verb. abdicamus filios.

44 Exhæredatio, & præteritio liberorum, & parentum differunt. Illa enim expreſſa, & cum cauſa ſolum valet. Præteritio verò etiam cum cauſa non valet. §. 1. Inſtit.de exhęred.liber.l.non putauit, §. non quæuis,ff.de bon. poſſ. contra tabul. & l. inter cætera, 30. ff. de lib. & poſthu. nominatim enim ſunt exhæredandi.

45 Exhibere, & ręſtituere. Vide Reſtituere,& exhibere.

46 Eximere, & rapere differentiam. Vide infra Rapere, & eximere differunt.

47 Exiſtimare, & velle differunt.l.fideicom.§.quicquid, ff. de leg. 3.

48 Expleri, & ſatiari hanc habent differentiam; expleri enim eſt tantummodo plenum

num esse; satiari verò supra modum, & abundantiam. Lucretius lib. 6. Deinde animi ingrata naturam pascere semper, atque explere bonis rebus; satiare nunquam. Cic. de Republ. lib. 6. Graues enim dominæ cogitationum libidines infinita quædam cogunt, atque imperant; quæ quia expleri, nec satiari vllo modo possunt ad omne facinus impellunt eos, qui illecebris suis incenduntur.

49 Expresse conditionis, & tacitæ differentiam. Vide supra Conditio expressa, & tacita.

50 Expromissoris, fideiussoris, mandatoris, & constitutoris differentiam. Vide infra Fideiussor, Mandator, Constitutor, & Expromissor.

51 Extrahere, & transire in terminis, in quibus loquitur Bar. in l. cętera, §. sed si quis, num. 4. ff. de leg. 1. differunt, vt notat ex eo Guid. Pap. sing. 494 num. 2.

52 Extraiudicialis, & iudicialis appellationis differentiam. Vide supra Appellatio iudicialis, & extraiudicialis.

53 Extraneus, & suus. Vide Hæres extraneus, & suus.

54 Extinguere inter, & opprimere interesse Cicero voluit de amicitia; vt sit maius opprimere, quam extinguere. Quamobrem primum danda opera est ne qua amicorum dissidia fiant, sin tale quid euenerit; vt extinctæ potius amicitię, quam oppressę videantur; quasi quod extinguitur possit renouari; quod opprimitur nō queat. Et de amore ratione extincto. Tassus lib. 16. cantil. 51. ita ait.

Non entra Amor à rinouar nel seno;
Che ragion congelò la fiamma antica.
V'entra pietate in quella vece almeno
Pur compagna d'Amor benche pudica.

55 Exultatio, & lætitia differunt. Nam illa est lætitia magna; quæ extrinsecus patet. Lætitia verò est gaudium intus latens secundum Isidorum.

Facere,

1 ACERE, profiteri, & confiteri differūt Card. in c. fideli, de sum. Trinit. in 6. & Alber. in l. vna, C. de confess.

2 Facere, & reficere differunt. Vide infra Reficere.

3 Facultas, & libertas differunt, infra Libertas.

4 Facultat, & ius. Vide Ius, & Facultas.

5 Falsa demonstratio, conditio, & causa differunt; quia falsa demonstratio nō nocet legato. Instit. de legat. §. huic, nec falsa causa, l. cum tale, §. falsam, ff. de cond. & demonst. conditione siue de futuro (quæ propriè dicitur conditio) nocet eiusdem defectus. l. qui heredi, §. fin. ff. de cond. & demonst. siue de præterito (quæ improprie dicitur) nocet. Instit. de leg. §. longe in fin. & glos. in l. si sic legatum, §. si mihi, vers. nam inter, in verb. demonstrationem, ff. de leg. 1.

6 Falsum, & simulatum differunt, notat Bald. in l. 1. num. 6. C. plus valet, quod agitur.

7 Fama, rumor, & notorium. Vide rumor, notorium, & fama.

8 Fama, rumor, & clamor differunt, quia fama certum habet authorem. Rumor verò incertum. Item fama procedit à maiori parte viciniæ, Rumor à minori, not. Io. And. in c. vestra, col. 18. vers. ad gradum de cohabit. Cleric. Item à clamore; quia fama est plurimorum. Clamor verò paucorum, notat Felyn. in c. qualiter ij, in princ. de accusat.

9 Fama, communis opinio, manifestum, & notorium differunt, quia fama, & communis opinio non habent originem à scientia certa; sed plerumq. à suspicione sola, & incerto authore, c. sanctum de consecr. distinct. 4. Manifestum verò, & notorium semper procedunt à scientia certa, nō dico vnius, vel duorum; sed totius Populi, vel maioris partis, Rota in nouis, de exceptio, decis. 6. aliàs 327. sub n. 3.

10 Familiaris, & domesticus, in quo differant, ponit Bald. in c. literis de Testi. & Felyn. in c. insinuante, in 3. col. ver. & quæ

& quæ differentia sit de off. de leg.

11 Faustum, & festum his intellectibus discernuntur; faustum enim quasi à fauendo dictum est, ac per hoc prosperum, & propitium. l. 1. C. publicæ letitiæ. lib. 12. Vnde contra infaustum minax, & improsperum. exemplo. l. 1. §. si inimicitię, ff. de his, quibus, vt indignis, & l. hunc prospectum, C. de metatis, l. 12. & l. consensu, in princ. C. de repudi. Festum verò solemniter lætum, & feriatum. Virg. lib. 6.

Festosq. dies de nomine Phebi. c. 1. de ferijs distinct. 3. in princ. de consecratio, & c. nulli Ciuium, ead. distinct.

12 Ferus, & ferox differunt; ferus enim est sæuus; ferox verò est fortis. Accius Tereo. Nouus nouo dabunt ad vena animo audaci in medium proripit se se ferox. Salustius de bello Iugurte. Ille animo feroci negat se toties fusum. Numidiam pertimescere. Virg. Aeneid. lib. 2.

Ferus omnia Iuppiter argos transtulit, Idem lib. 4.

Et frena ferox spumantia mandit.

13 Festinare, & properare veteres voluerunt habere distantiam. Cato oratione, quam de suis virtutibus scripsit, aliud est properare, aliud festinare, qui vnumquicquid mature transigit, is properat; qui multa simul incipit, nec perficit festinat, inde festina lente, idest mature propera; verum vtrorumq. verborum ratio sub hac significatione proxima est veritati; vt sit sæpe animum properare studiose, ad res aliquas contendentis, festinare corpore necessitatibus obsequentis. Virg. lib. 4. Aeneid.

Et medijs properas aquilonibus ire per altum. Idem lib. 2.

Festinate viri, nam quæ tam sera moratu segnities!

14 Feudum, & liuellus differunt. Nam in feudo iuratur, in liuello non; feudum datur amore. Liuellus mercede. In feudo nõ succedunt fœminæ. in liuello succedũt, & in alijs multis notatis per Felyn. in c. cæterum, col. 5. & sequent. in vers. non fallit de Iud.

15 Feudum, & donatio differunt;

runt; quia infeudans retinet directum dominium. Donás verò transfert omne ius in donatarium. Item in feudo iuratur fidelitas; in donatione non iuratur. Item pro feudo præstatur seruitium; pro donatione non. Item feudum non alienatur, res donata sic; vt notat And. in §. porrò, quæ sit prima cauf. benef. amitt. quem refert Afflict. ibi eod. §. prædictis, num. 12. 13. 14. 15. & 16. in feudis, d. c. vnico.

16 Feudem antiquum, & nouum, item hæreditarium, & ex pacto, & prouidentia differre, notat Clarus in §. feudum, quæst. 8. & 9. lib. 4. sentent.

17 Feudi, & Baroniæ differentiam. Vide supra Baronia, & feudum.

18 Feudi diuisiones plus sūt, vt refert Curtius iunior in tract. feud. part. 1. q. 8. in princ. quarum non nullas ibi enumerat; quas breuiter ordine recensebimus.

Prima diuisio feudi est in proprium, & improprium, vt habetur in d. q. 8. nu. 2. & 3. Proprij enim feudi septem notæ, seu proprietates enumerantur ab eodem Curtio, d. part. 1. q. 6. num. 7. Scilicet, quod sit sponte datum; & non coacte; quod dominium directū remaneat apud concedentem; Quod vtile dominium transeat in accipientem; Quod consistat in rebus immobilibus, vel quæ immobilium nomine continentur; Quod perpetuo transeat ad masculos descendentes; Quod fidelitas præstetur, & seruitium personale; Quod denique gratis concedatur, & libere sine interuentu pecuniæ, vel mercedis. Existis autem improprij feudi species facile colligi possunt; quas dinumerat Curtius, d. q. 8. num. 27. & sequent.

Secunda diuisio feudi est in regale, & non regale; de qua per Curt. in d. q. 8. num. 4. & 5.

Tertia diuisio est in nouum, & antiquum; seu paternum. Curt. d. q. 8. num. 6. & 7. quæ autem de feudo nouo dici solēt recipiunt hāc exceptionem. Nisi in inuestitura specialiter conuenerit; vt sit feudum antiquium; tunc enim nec definitio, nec

effectus noui feudi obtinet, controuertitur in d.q.8.n.8. & 9. & tandem approbatur, num.10. & 11. quibus accedit Ias. in conf. 1. lib. 3. & in vsibus feudorum, num. 90. Missing. obseruat. 84. cent. 4. Tiraquel. de retract. §. 32. glos. vnica, num. 31. & seqq. Dec. in conf. 185. col. 5. & in conf. 194. col. 2. Clarus. §. feudum, q. 8. vers. sed hic. Et nititur speciali iure; quo exceptio pacti conuenti contra regulas iuris communis, si modo ad publicam læsionem, vel in præiudicium aliorum quam paciscentium non tendat, defenditur. l. contractus, 23. vers. sed hæc ita, ff. de reg. iuris. l. in emptionibus 43. ff. de pactis. Actum autem præsumitur, quod in testamento continetur; nisi contrarium probetur; limitat tamen Curt. hanc exceptionem in prælato feudum nouum concedente cum distinctione de qua in d. q. 8. num. 12. cum sequent. Tiraquell. d. glos. vnica, num. 41. Sed si de feudo antiquo conuenerit, quod sit nouum non præiudicat filio paciscentis; nec agnatis nisi cõsenserint, Clarus, d. §. feudum, q. 8. vers. quarto nunc, & est text. in c. vnico. de eo qui finem fecit Agnato.

Quarta diuisio est in rectum, & non rectum, seu conditionatum. Curt. d. q. 8. n. 18. & 32.

Quinta diuisio feudi est in hæreditarium, & non hæreditarium, d. q. 8. num. 19. & sequent. Paris. in cons. 4. num. 27. lib. 1. Missing. obseru. 2. in princ. cent. 4.

Sexto diuiditur feudum in ligium, & non ligium. Curt. d. q. 8. num. 22. & quare dicatur ligium dicit ibi n. 24. videlicet quia plus liget vasallum, quam alia feuda; eius tres proprietates dinumerantur ibi, n. 22. & 23. Similiter quatuor effectus feudi ligij enumerantur, ibi num. 24. & sequent. qui effectus non mutantur, licet feudum ligium alio nomine appelletur. Tiraquell. de retract. §. 32. glos. 1. num. 35.

Septimo diuiditur feudũ in franchum, & non franchũ, d. q. 8. num. 27. & franchum id est, cum in inuestitura dicitur quod sit franchum, & quando vasallus non nisi ad serui-

seruitia; in inuestitura expressa tenetur. Clarus. in §. feudum. q. 12. & feudi proprietates enumerat. Curt. d. q. 8. num. 27. & sequent. effectus eiusdem enumerat, n. 29. & sequent. Ferrar. in vsibus feudorum, li. 2. c. 6. §. feudi franchi.

Octouo diuiditur feudũ in personale, & reale; Personale id dicitur; quod cum persona extinguitur; idq. duplex est, aut cũ vtriusq. persona extinguitur, tam dantis; quam accipientis; vt est feudum soldatæ, quæ species proponitur. in d. q. 8. n. 34. in c. 1. §. quis soldata tit. quis dicatur dux, aut cum alterius persona tantum puta accipientis; vt est feudum habitationis. Curt. d. q. 8. num. 33.

Nono diuiditur feudum in diuiduum, & in indiuiduum. Curt. in par. 4. n. 121. & seqq.

Decimo species, & nomina feudorum, ac vassallorum diuiduuntur, ac nominantur Dux de ducatu inuestitus; Marchio de Marchia inuestitus; Comes inuestitus de comitatu, Capitaneus inuestitus de plebe; vel plebis parte; valuasor inuestitus de beneficio à Capitaneo. Valuasinius; inuestitus à valuasore. Soldata plerumq. in solidorum donatione consistit; quandoq. autem in vino, & annona; c. 1. tit. quis dicatur Dux. Istis additur octaua species hoc est Baronum, de qua per Curt. part. 2. de feudis Laicorum, num. 3. Plura de speciebus, & nominibus vassallorum supra enumeratis, vide apud Zasiũ in vsibus feudorum, part. 5. c. 1. per tex. in c. 1. §. marchio; Ferrar. lib. 2. c. 1. §. ex quibus facile.

Ex istis tot resultant differentiæ quod sunt diuersa nomina, ac vocabula feudorũ; nam differentia vocabulorũ inducit differentiam rerum. l. si idem, C. de codicillis. l. nam natura, ff. de præscript. verbis.

19 Fictio, & coniectura. Vide Coniectura.

20 Fictio iuris differt à præsumptione; quia fictio iuris semper est contra veritatem, vt in iure post liminij, & c. præsumptio autem frequenter, intelligitur stare cum verita-

veritate, sicut sæpè fiat. ius enim fingit aliud, quàm est vt mulierem stipulatam, quę non ęst. l. vnica, in princ. C. de rei vxo. actio. Fingit natum, quod non est. l. qui in vtero, ff. de stat. hom. Fingit non esse natum, quod est natum. l. Titius testamento, §. Lucius, ff. de liber. & posth. Fingit viuere, quod non viuit, §. defuncti autem, vers. hi enim. Instit. de excus. tutor. Fingit non conceptum eum, qui mortuus nascitur. l. qui mortui, ff. de verb. signif. not. Azzo, in princ. summæ circa 10. prædicamento, & Goffr. in summa de præsumpt.

21 Fictio, præsumptio, & indicium differunt. Cyn. in l. siue possidetis, C. de probat. & in l. apud Trebatium, §. fin. ff. de aqu. plu. arcen. Fictio enim est in re certa contraria veritati pro veritate assumptio. Præsumptio verò est in re dubia. Bart. in l. non est verisimile, ff. quod met. caus. glos. in l. vnica, §. accedit in verb. præsumit, de rei vxor. actio.

22 Fideicommissum vniuersale, & legatum particulare differunt; quia hæres, cuius fidei est commissa hęreditas, cogitur ab vniuersale fideicommissario, adire; à legatario particulari nō cogitur. Bart. in l. 1. nu. 8. ff. de leg. 1. vbi dat rationem.

23 Fideicommissum vniuersale, & speciale differunt. Nam quamuis per omnia exæquata sint legata fideicommissis: l. 1. de legat. 1. l. 2. ff. comm. de legat. §. nostra, & §. sed non vsque. Instit. de legat. Tamen non sunt idem formaliter; sed virtualiter; quoniam exæquatio est diuersorum. Bald. in d. l. 1. in princ. ff. de legat. 1. sed inter fideicōmissum vniuersale, & speciale magna est differentia. Hæres enim inuitus authoritate S. Cons. Trebell. potest cogi à fideicommissario vniuersali, vt adeat hæreditatem, & ei restituat; sed enim à fideicommissario singulari cogi non potest, casus est in l. si quis omissa causa, ff. si quis omissa causa testam. ab intest. & l. cogi, §. generaliter, ff. ad Trebell. glos. in l. 1. ff. de leg. 1. & ibi Bart. num. 8. reddit rationem diuersitatis; quia fidei-

fideicõmissario vniuersali in totum restituitur hæreditas, & nullum commodum, neque incommodum remanet apud hæredem; sed fideicommissario singulari non debet hæreditas vniuersaliter resti tui; proinde esset iniquum; quod propter eum hæres esset obligatus oneribus hæreditarijs. l. apud Iulianum, §. Antistia. l. nã quod, §. vlt. ff. ad Trell. & infra substitutionum plures, &c. ver. fideicommissaria.

Secunda differentia est, quod ex fideicommisso vniuersali, deducitur quarta, quæ vulgo Trebellianica ap pellatur. l. mulier, §. vlt. ff. ad Trebell. Ex fideicommisso speciali deducitur falcidia. Si quidem legata, & fideicommissa singularia excedant dodratem. l. quod autem, in fin. ff. ad l. falcid. l. in testamento, la 2. C. de test. milita. Socin. in l. in quartam, num. 4. ff. ad l. falcid. & inter falcidiam, & Trebellianicam non modica est differentia. d. l. in quartam, & ibi latissimè Doctores.

24 Fideicommissa, & legata differunt, quia hæreditas per fideicommissum directis verbis in Codicillis relinqui pô potest, per legatum nõ vtiq. Instit. de Codicill. §. Codicillis, ibi directo autem.

25 Fideiubere, & fide sua promittere differunt. Fide sua reus principalis promittit, cùm ipse sua sponte spondet; fide aliena promittit cũ fideissorem, aut vadem, aut prædem præbet. At fide sua iubet, qui auctor, ac suasor est, vt alteri quid credatur.

26 Fiduciam contrahere, & fiduciam interponere differunt. Nam fiducia interponitur; cum semel tantum, atque ab vno accipitur, veluti (inquit Boetius) si quis tẽpus dubium timens. Amico potentiori fundum mancipet; vt ei cum tempus suspectum præterierit, reddat; vel cum pater ille filium suũ emptori adumbrato vendit, confisus ab eo continuo filiũ suum manumissum iri. Vel cum testator suam hæreditatem alicui ad tempus credit, confisus illam ab eo alteri nominato restitutum iri. Vnde fideicommissa aperta processere. At contrahi fiducia dicitur cum vicissim, ac mutuo inter-

interponitur, veluti cum post tertiam venditionem adumbratus emptor, ita patri suũ filium reuendit, vt eum pater continuo manumittat: l. 2. §. obijcitur, ff. ad Tertull. Nam si contrahere fiduciam nihil aliud esset, quam interponere, semper contrahenda fiducia emãcipatio celebrata fuisset. Nunc Iustinia. l. aperte testatur; emancipationes non contracta fiducia fieri posse; & si factæ olim fuissent, patrem filio suo intestato successurum non fuisse, §. vlt. Instit. de lept. agnat. succes. Nonnulli autem fiduciam interpretantur legem reuendendi venditioni adhibitam; quod vulgo pactum de retrouendendo dicitur: à quibus ideo dissentio; quia fiducia non est pactum; sed verus principalis contractus. Cuiacius est in ea opinione, quod fiducia sit redhabendi, aut reuendendi lex venditioni apposita, vt notat ad 3. lib. Instit. de legi. agnat. success. circa finem: Cic. lib. 3. offic. & in oratione pro Sexto Roscio, & pro Aulo Cæciana fiduciã accipit pro deposito; & in oratione pro l. Flacco accipit pro pignore.

Fiduciam inter, & pignus hoc interfuisse Isidorus, li. 5. Etymolg. c. 21. significat; quod pignus manente apud debitorem dominio nudam possessionem transfeet; per fiduciam verò res aliqua mutuæ pecuniæ gratia, vel mãcipabatur; vel in iure cedebatur. Quum tamen, vt verbum conueniat, sub ea lege factam fuisse mãcipationem necesse sit, vt solita pecunia redderetur, & restitueretur: eâq. ratione pignus à fiducia separatur apud Cic. li. 3. offic. & aliàs Tertull. in lib. de Idololatr. pignoribus fiduciari dixit. Cuiac. lib. 2. recept. sentent. Iul. Paul. tit. 13. & fiduciarius dicitur ille, in quem simulate aliquid ad tẽpus ea lege alienatur; vt vel nobis ipsis; vel ei quẽ nominauimus restituat. Hinc fiduciarius hæres, dicitur in l. Seius 46. & in l. 67, ff. ad S. Consl. Trebel. l. dedit dotem, ff. de collat. Dct. Tir. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. Hinc fiduciaria hæreditas, &c.

27 Fideiussor, & mandator, constitutor, & expressor differunt.

ferunt. Nam fideiussor obligationē præcedit, & sequitur. Inst. de fideius. §. fideissor. Mandator autem nunquam sequitur, sed semper præcedit obligationem. l. si verò non remunerandi, §. si post creditam, ff. mand. vbi glos. & glos. C. eod. super rubr. & Hostien. in summa eod. §. 1. & obligationem quasi trabali clauo confirmat toto tit. ff. de fideiuss. & mand. Constitutor non obligatur, nisi eū præcedat obligatio. l. 1. & 3. §. 1. cum alijs, ff. de constit. pecu. & l. 2. C. eod. Expromissor verò solus obligatur, fideiussor cum alio, & est reus principalis expromissor. Fideiussor verò accessorius. Item qui dat fideiussorem obligatus remanet, qui dat expromissorem liberatur. l. vt res 53. ff. de contrah. empt. & l. quid si 10. ff. de pign. actio. l. quod seruus, 56. ff. de pecul. l. 5. §. si pater, ff. de iur. dot. glos. in Auth. de fideius. §. si quis igitur in verb. fideiussore. Item aliquandò dicitur is, qui pro se, non etiam pro alio promittit. l. hoc iure §. si quis seruo, ff. de donat.

28 Filij in potestate constituti, & emancipati differunt. Nam emancipati non sunt in potestate patris, & sub omni conditione possunt à patre hæredes institui. In potestate constituti non possunt à patre sub omni conditione hæredes institui. Bart. & Bal. in l. si pater, in princ. C. de instit. & substit. & Bart. in l. suus quoque, num. 2. ff. de hæred. instit. & l. 3. §. si sub ea, ff. de contratabul. & in tract. meo de cond. part. 2. c. 1. q. 11. per totam, in fin.

29 Filius in potestate, & emācipatus, licet, quo ad exhæredationem paternam non differant, vt notatur infra pater legitimus, & naturalis ab adoptiuo, tamen inter se maximè differunt in hoc. Nam si filius emancipatus sit præteritus sine insertione causæ, testamentum etiam de iure ciuili est ipso iure nullum; si verò sit præteritus cum insertione causæ, valet testamentum mero iure; sed potest per bonorum possessionem contra tabulas impugnari, vt dicit, glos. quæ in hoc proposito reputatur singularis, in §. exhæredatos, in

verb. noluit, auth. de hæred. & falcid. quam dicit esse communiter approbatam. Iaf. in auth. ex causa post n. 8. vers. an autem quandò, C. de lib. preter. Crott. in repet. l. Gallus, §. & quid si tantùm, num. 102. Dec. in l. sicut certi, num. 17. C. de testam. Milit. & ibi Rimin. n. 4. Alex. ibidem, num. 14. dicit communem, & cons. 161. nu. 1. & 2. Si verò filius in potestate patris constitutus sit in testamento præteritus, siue præteritio facta sit cum insertione causæ, siue sine, semper testamentum est ipso iure nullum; vt dicit glos. in d. §. exhæredatos superius allegato, & est communis conclusio, vt ait Curt. Iun. in auth. ex causa, num. 37. & auth. non licet, num. 14. C. de liber præter. Hoc vltimum non procedit in Milite, in illo enim speciale est, vt possit filium cum causa præterire, & talis præteritio pro exhæredatione habetur; si verò præterit sine causa, etiã testamentum Militis annullatur. Iaf. in l. cum, vel in vtero, cum l. præcedenti, post num. 8. vers. quid tenendum, C. de test. Milit. & ibi Dec. num. 5. Rip. in l. centurio, post num. 42. ff. de vulg. substit. Vtilitas autem, quæ resultat ex hac cognitione. Scilicet, an competat ius dicendi nullum, vel bonorum possessio contra tabulas, posset esse maxima; quia ius dicendi nullum durat 30. annos, contra tabulas, autem per annum durat. Filij vocati in testamento; & tacite in conditione positi; ad effectum succedendi, & excludendi substitutum longe lateq. differunt. Doct. in l. cum auus; & in l. cum acutissimi, ff. de cond. & demonst. cum alijs citatis per nos, in tract. de condit. & demonst. part. 2. c. 1. q. 7. num. 14.

30 Finalis causæ, & impulsiuæ differentiam. Vide supra causa finalis, & impulsiua.

31 Finalis rationis, & impulsiuæ differentiam. Vide infra Ratio finalis, & impulsiua.

32 Fiscus ab Aerario differunt. Nam Populus Rom. suum habuit ærarium, habuit, & Princeps ærarium suum. Aerarium Populi ærarium saturni dicitur. Principis ærarium Fiscus vocatur. Patri-

Patrimonium Populi Rom. in ærarium Saturni, Principis in Fiscũ deferebatur, & hac ratione res, quæ in vsu publico sunt, ab ijs, quæ sunt in patrimonio Fisci visus est Papinianus distinxisse. l. 72. in fin. ff. de contr. empt. Item damnatorum bona, aut publicari, aut confiscari solent. Publicabantur quæ venalia publicè proscripta in Populi Rom. ærarium sectione redigebantur, cõfiscabantur quę ad priuatam Principis vtilitatem referebantur. l. 2. ff. ne quid in loco publ. & l. 3. §. 8. ff. de iur. Fisc.

33 Flagrare, & fragrare ita discernuntur; quod flagrare est incendi, & ardere. Fragrare verò olere, & in plurimis inuenitur ista discretio, & flagrans crimen dicitur veterum I. C. verbo, in quo. Quis depræhenditur, vt adnotauit Hegend. in l. ictus furtium, ff. de his qui notan. infam.

34 Forma, & figura differunt secũdum Cic. Nam formam integritatem speciei esse voluit, figuram formam nostrã, in lib. 1. de officijs. Principio corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem; quæ formam nostram, reliquamq. figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu.

35 Formalis, & causalis vsusfructus differentiam. Vidè infra vsusfructus causalis, & formalis.

36 Fors, & fortuna differunt. Fors enim est casus temporalis, Fortuna Dea ipsa. Accius Astinacte. Itera, in quibus partibus (namq. audire volo) si est, quem exopto, & quo captus modo, fortunane, an forte reperitur. Idem Andromeda. Multi, in quo mulier animo sibi mala auferre in malis; quibus natura praua magis, quàm fors, aut fortuna obfuit. Lucill. satyrarum, lib. 13. Cui parilem fortunę locum, fatumq. tulit Fors. Idem eod. aut forte omninò, ac fortuna vincere bello; si forte, ac temere omniò quid cursum ad honorem. Varro in Epistola ad Fusium. Dij quæso fors, fortuna quantis commoditatibus hunc diem. Dantes in Inferno, cantil. 7. fortunam generalem temporalium ministram appellat, ibi

Ordino general, ministra; e duce;
Che permutasse à tempo li ben vani;
Di gente in gente, e d'vno in altro sangue;
Oltre la difension de senni humani.

37 Forum Ecclesiasticum; contentiosum, & conscientiæ differunt. notat Felyn. in c. Canonum statu. nu. 41. vers. quibus rationibus de cõstit. Innoc. in c. sicut dignum, nu. 4. vers. sed tamen de homicid. volunt. vel casuali, & Fortunius Garc. in tract. de vlt. fine iuris Can. vel Ciuilis, num. 36. & de foro conscientiæ eiusq. suprema potestate placet hic ponere; quæ fideli carmine cecinit. Dantes in Purgatorio, cantilena 9.

Diuoto mi gettai à santi piedi:
Misericordia chiesi; che m'aprissi;
Ma pria nel petto tre fiate mi diedi.
Sette P. nella fronte mi descrisse
Col punton della spada; e fa che laui,
Quando sei dentro queste piaghe disse.
Cenere, ò terra, che secca si caui
D'vn color fora col suo vestimento
E di sotto da quel trasse duo chiaui,
L'vna era d'oro, e l'altra era d'argento;
Pria con la bianca, e poscia con la gialla
Fece alla porta sì, ch'i fui contento.
Quandunque l'vna d'esse chia ui falla,
Che non si volga dritta per la toppa,
Diss'egli a noi non s'apre questa calla.
Più cara è l'vna; ma l'altra vuol troppa
D'arte e d'ingegno auanti, che disserri,
Perche l'è quella, che'l nodo disgroppa.
Da Pier le tengo: e dissemi, ch'i erri
Anzi ad aprir; ch'à tener la serrata,
Pur che la gente à piedi mi s'atterri.
Poi pinse l'vscio alla porta sacrata.
Dicendo, intrate: ma facciou i accorti;
Che di fuor torna, chi'ndietro si guata, &c.

Fraus,

38 Fraus, dolus, & culpa differunt. In dolo tamen inest culpa; sed non è contra. l. liberti, & ibi Alber. C. de admin. Tutor. & in l. iure gentium, § dolo malo, ff. de pact. & in quo differat dolus à fraude, est glos. in d. l. iure gentium, §. sed si fraudandi vbi Bart. & in l. quod Nerua in princ. reper. ff. depositi.

39 Fraudis, & pœnæ differentiam. Vide infra Pœna, & Fraus.

40 Fructus, & vsufructus differunt. Nam fructus corpus est; quia cum dicimus vitulum fructus esse vaccæ, Frumenta, & vinum fructus prędiorum, corpus demonstramus; constat enim hæc eadem non rectè vsumfructum appellari, qui est ius alienis rebus vtendi, fruendi, salua rerum substantia, non corpus. l. vaccæ emptor. 43. ff. de euictio, & l. 1. ff. de vsufruct. & quemadmodum.

41 Fructus, & vsus differunt. Nam fructui, & vsus inest, vsui verò fructus deest, & fructus quidem sine vsu esse nō potest, vsus sine fructu potest, vt si tibi fructus deducto vsu legatus sit, inutile sit legatum, & si vsufructu legato fructus adimatur totum ademptum sit; sed si fructus sine vsu videatur cōstitutus; qui, & ab initio constitui potest; sed si fructu legato vsus adimatur, nulla sit ademptio. l. 14. §. 1. ff. de vsu, & habit.

4 Fructus, & vsuræ differunt. Non enim verum est, quod ait, tex. in l. vsuræ, ff. de vsuris; vsuras vicem fructuum obtinere; & ideò à fructibus non disgregari; quia ista sententia pertinet ad S. C. de petitione hæreditatis; nam in tribus plurimum inter se distant.

Male fidei possessor tenetur de fructibus percipiendis, non de vsuris. l. si nauis, ff. de rei vindicat. l. item veniunt, §. Papin. ff. de petit. hæred. Item nouatio obligationis non extinguit fructuū persecutionem, qui ante, vel post nouationē percepti sūt, extinguit tamen petitionem vsurarum. l. 4. ff. de vsuris; quia à tēpore nouationis voluntariæ vsuræ non currunt; Nam lite contestata currunt vsuræ; & hæc differentia inter nouationem voluntariā, & illam, quæ fit per litis contesta-

testationem. l. 18. de nouatio, ff. & l. lite, ff. de vsuris; Itaq. quod ait d. l. 4. §. vlt. ff. de actio. empt. non est perpetuum, vt dicit ibi text. in verbis Grecis; Nec enim locum habet in vsuris, aut in pœnis, aut in hypotecis, quæ etiam si in nouationem non venerit, tamen nouatione perimuntur. l. 15. & 18. & l. aliã, ff. de nouatio. nisi aliud cautum sit. l. 1. C. etiam ob Chirogra. pecu. sed ei regulæ tantùm locus est in fructibus, & partibus, & acquisitionibus seruorum. Præterea in iudicijs bonæ fidei vsuræ veniunt ex mora; Fructus etiam antę moram. l. videamus, §. penulti. ff. de vsuris; Et malæfidei possessor fructus perceptos ante moram controuersiam omnes restituit; vsuras solum post moram controuersiam. l. 1. C. de his, quibus vt indig. Quod quia idem obtinet in bonæ fidei possessore, mira quadã ratione Vlpianus adstringit in l. Item veniunt, §. cæterum, ff. de petit. hæred. vt illam discordiam prosternat, quæ est inter illam legem, & S. C. Adrianum de petit. hæred. Nam vult, legem tantùm locum habere in rebus hæreditarijs, quæ magis onerant, quàm augent hæreditatem, vt puta in sterilibus, aut tempore perituris, quas expediebat vendi, & quas nisi venderet, ei imputaretur; vnde in ea re hęc tantùm restat differentia inter bonæ fidei, & malæ fidei possessorem. Quod ille si res hæreditarias distraxerit post moram controuersiam, non aliter in petitionem hæreditatis ipsæ res veniant, & fructus earum, vel quanti in litem iuratum fuerit. d. l. Item, §. vlt. Quod plerumq. est immensum, & iniquum pretiũ; nisi fuerint res steriles, aut tempore periturę, quia res istæ non veniunt in petitionem hęreditatis, aut fructus earum; sed vel ęstimatio earum vera; sed pretium, quod ex venditione redactum est, cum vsuris, prout Actor elegerit. d. l. Item, §. quod si post. Malę autem fidei possessor siue ante, siue post moram cõtrouersiam bonorum res distraxerit, res ipsę veniunt, & fructus, vel quanti in litem iuratũ fuerit, nisi

fuerint

fuerint res parui emolumenti, non necessariæ, vel quæ seruari non possunt, quæ tempore sunt periture. l. nisi, §. Iulianus, ff. eod. Nam eæ res, & fructus earum nõ veniunt in petitionẽ hereditatis; sed si fuerint distractæ ante motam cõtrouersiam, venit earum vera æstimatio; si post motam controuersiam, vel æstimatio vera, vel pretia quanti venierunt cum vsuris arbitrio Actoris. d. §. cęterum.

43 Fulmen, fulgur, fulguritum his secernuntur intellectibus, est etiam fulmen telum ipsum, quod iacitur. Virg. Georg. lib. 1.

Ipse Pater media nimborum in nocte corusca
Fulmina molitur dextra:

44 Fulgur est ignis, qui coruscat fulmen; vnde, & fulgetra dicuntur, & fulgor. Virgil. lib. 4.

Maculosus, & auro.
Squãmam incendebat fulgor.

45 Fulguritum dicitur fulgore tactum, vel exustum; hinc est, quod dicitur fulminis ictu deusta armamenta, in l. nauis aduersa, ff. ad l. Rhodian. de iactu, hinc fulminare sententias, c. 1. de sentent. excommunic. in 6.

46 Fundus, possessio, ager, & prędium, differunt. Nam fundus est omne quicquid solo tenetur. Ager est si species fundi ad vsum hominis cõparatur. Possessio ab agro iuris proprietate distat, quicquid enim apprehendimus, cuius proprietas ad nos non pertinet, aut nec potest pertinere possessionem appellamus. Possessio ergo vsus, ager proprietas loci est. Prędium vtriusq. nomen generale est. l. 115. ff. de verb. signif.

47 Fur nocturnus differt à diurno, & acerbius punitur. l. itaq. §. 1. ff. ad l. Aquil. Exod. 22. c. ante facta de pœnis, distinct. 1. c. si perfodiens de homicid. & l. furẽ, ff. ad l. Cornel. de sicar. latè Iacob. Cuiac. lib. 18. obseru. c. 12. reddit rationem.

48 Furem non esse promittere, & furto noxaq. solutum differunt, qui enim seruum furem non esse dicit, præstare debet; quod furtum nunquam commiserit; qui furto noxaq. solutum dicit, sufficit, quod eo tempore, quo vendi-

venditur sit solutus, & liberatus. l. aliud est. 174. vbi Alciat. ff. de verb. signif.

Furor ab insania distare ostẽdit. Cic. lib. 3. Thusc. itaq. non est scriptum insanus, & furiosus esse incipit, insaniã enim censuerunt inconstantiam; idest sanitate vacantẽ, tamen posse tueri mediocritatem officiorum; & vitę communem cultum; atque vsitatum furorem esse rati sunt mentis ad omnia cęcitatem; quod cum maius esse videatur quam insania; Tamen eiusmodi est, vt furor in sapientem cadere possit; insania non possit.

49 Furti actio condictionis, & vindicationis rei furtiuę differẽtia est; quia furti actio pœnã legitimam petit. Condictio verò rem ipsam, & vna alteram non consumit, immò ei, cui furtum factum est, datur etiã vindicatio, & actio ad exhibendum. l. si pro, 7. §. 1. ff. de condict. furti. concordat l. si pignore. 56. §. cum furti, ff. de furt.

50 Furtum, & damnum differunt, Hipp. de Marsil. cons. 6. vbi latè, & pulchre distinguit.

51 Furtum, & plagium in quo differant, tradit Bart. in l. si abducta, ff. de furt.

52 Fustes, & flagella differunt. l. leuia, ff. de accusat. & l. melius, alias pedius, ff. de incend. ruin. & naufr. l. 1. §. 1. vers. si non magnę, eod. & l. seruorum, ff. de pœnis.

53 Futurum indicatiui differt à futuro subiunctiui. glos. in l. 1. §. si emancipato, & seq. ff. de coll. bonorum.

G

1 
Rammatice loqui, & Latine loqui, differunt. Nam grammatice, siue congrue loqui, est artem, ita custodire, vt nullum admittatur vitiũ; Latinè verò loqui est, vbi elocutionè lucescit oratio, & eleganter loquitur.

2 Grammaticus, & Grammatista differunt. Ille enim est grãmaticus, qui diligenter, acutè, scienterq. possit aut dicere, aut scribere, & Poetas ennarrare, Historicos, Oratores, Philosophos, Medi-

Medicos, & Iurisconsultos excutere Politia. in lamia. qui,& literatus dicitur; Grãmatista est,qui barbaris lite ris obstrepit, cui abusus pro vsu est, Grecis Latinam dat Aetimologiam, & totus est in nugis, qui,& Latine dicitur literator, & literædus, vt Cicero aulędos vocat,qui citharœdi esse non potuerũt, sic & sophus, & sophista differunt, vt infra sophus, & sophista.

3 Gratia concessa ex necessitate officij, differt à gratia concessa ex liberalitate, vt illa ante notitiam, & acceptationem eius, cui est concessa non possit reuocari.Hęc verò sic. Didac. lib. 3. variarum resolut.cap.16 nu. 1. vers.addit pręterea,& id cõstituit post Barr. Castr. Imo. & Abb. quos allegat, ibi sequitur Rota diuersorum coram Cantuccio decis.14. sub num.6. vers. non obstat,parte 2.

4 Gratiæ, & Iustitiæ rescriptorum differentiam. Vide infra Rescripta gratiæ,& Iustitiæ.

5 Grauari à Iudice,& habere Iudicem suspectum,differre; notat Andr. Barbat. in tract. de Cardin. Legatis de latere, in.3.q.num.30.

6 Graue delictum differre ab enormi, & grauissimo. l. sed nouo Iure, C. de Custo. reor.

7 Geminatio scripto facta differt à geminatione verbo prolata. Primo enim casu, quandò verba geminata scribuntur in aliqua lege,Canone, Bulla, rescripto, vel vltima voluntate denotant propositi firmitatem. Euerard. in loco à vi geminationis,nu. 1. & 16. 2.casu, talis geminatio nihil operatur, imò dicitur vnicus actus,seu simultaneus. Euerard. loco citato, num.16. in princ.

8 Generalis actionis,& specialis differentiam. Vide supra Actiones generales, & speciales.

9 Genitrix à matre hanc habet differentiam, quòd genitrix semper; quæ genuerit, nuncupatur. Mater verò aliquando pro nutrice ponitur. Virg. lib. 8.

Geminos huic vbera circum ludere pendentes
Pueros, & lambere matrem.

Plautus Menechmis, Ita for-

ma similis pueri, vt mater sua nō internosse posset, quæ mammā dabat, neque adeò mater ipsa, quæ illos pepererat.

10 Gerere, facere, agere subtili quadam differētia interdum distinguuntur. l licet. 58. ff. de verb. signif. & l. 2. ff. de curat. bono. plerumq. confunduntur. d. l. licet, & l. labeo. 19. ff. de verb. signif. & l. 2. §. gestum, ff. de municip. & l. 7. ff. de minor.

11 Gestores negociorum in tribus differunt, adsunt enim voluntarij, qui vltrò res absentis gerunt. Adsunt necessarij, qui obligatione officij administrant, vt curatores. Et quasi necessarij suspitione obligationis ad gerēdum accedunt, vt sunt homines liberi bona fide seruientes illis, à quibus aliquid agendum mandatur. l. atqui natura, §. si libero, C. de neg. gest.

12 Gustare, comedere, & bibere differunt. c. quod verò reprobi de pœnis distinct. 2. in princ. Archid. in c. Presbyter, distinct. 30.

13 Gutta, & stilla differunt. Nam gutta stat, stilla verò cadit. Ita respondit Palemon Vicentinus insignis grammaticus, cùm Romæ de harum dictionum differentia à quodam fuisset interrogatus.

H

1 ABERE, tenere, possidere in formula Aquiliana distinguūtur. l. 18. ff. de accept. Habere igitur propriè ad ius pertinet. Tenere ad factum. Possidere ad vtrunque arg. l. possessio 49. §. 1. ff. de acquir. poss. Nam habere est iure Dominij possidere. l. stipulatio. 38. §. habere, ff. de verb. oblig. l. 188. ff. de verb. signif. qua de causa seruus ibi tenere posse dicitur, habere, & possidere non posse. Hinc sibi habeto solēne verbum fuit in legatis per vindicationem; Itaq. si seruus stipuletur sibi habere licere; qnia ius his verbis significatur, stipulatio in serui persona non consistet, sed Domino stipulatus videbitur. l. quod dicitur. 130. ff. de verb.

verb. oblig. §. ſed cum factum intit. de ſtipul. ſeruorum. Item habere ad res incorporales, tenere ad corporales, poſſidere ad vtranque pertinet. Quapropter habere, & poſſidere ciuilis ſunt poſſeſſionis. Tenere naturalis; vnde ſibi habere ſæpe coniunctè legimus. l. pater. 38. §. quindecim, ff. de leg. 3.

2 Habere, & poſſidere differunt, habere enim poteſt fur nequam. Poſſidet nemo, niſi qui, aut relictæ, aut donatæ, aut emptæ rei Dominus eſt. Connan. lib. 3. cap. 10. num. 6.

3 Habere liberos, & habere ius trium liberorũ differunt. Nam hoc datur, & eſt priuilegio Principis impetrãdum ab illis, qui carent liberis, qui verò tres liberos habet, & ius trium liberorum habet. Item ius liberorum habet qui tres, aut habet, aut habuit, aut neque habet, neque habuit. Habet, cui ſuperſunt, habuit, qui amiſit. Neque habet, neque habuit qui beneficio Principis ius liberorum conſecutus eſt. Ferret. ad ſenat. Conſ. Tertull.

4 Habitatio licet effectu idẽ penè ſit legatum vſus, & habitationis. l. ſi habitatio, ff. de vſu, & habit. ſi cui tamen habitatio legata, ſiue aliquo modo conſtituta ſit; neque vſus videtur, neque vſusfructus; ſed quaſi proprium aliquod ius, §. ſed ſi cui, inſtit. de vſu, & habit. Ideò differt habitatio ab vſu, ſicut ſpecies à genere. Si quidem in habitatione vſus eſt, at non è contra in vſu ſemper habitatio. Vſus enim etiam in fundo eſſe poteſt, §. 1. Inſtit. de vſu, & habit. habitatio non niſi in ædibus, eod. §. habitationem autem habentibus propter rerum vtilitatem permiſſum eſt non ſolùm in ea degere, ſed etiam alijs locare. d. §. ſed ſi cui.

5 Habitationis, & aliorum fructuum diſſimilis eſt ratio, fructus enim colliguntur, & ijs collectis poſtea vtimur. Ideò ius percipiendi, vſus vendi non poteſt, aut donari; fructus autem percepti, & vendi, & donari poſſunt. Habitatio verò in ipſa perceptione conſumitur, & dum conſumitur percipitur, idest cum iure ſuo vtitur is, cui le-

gata est eodem temporis momento conficitur, vt non aliter alienari possit, quàm si ius eius habitandi alienaretur. Conna. lib. 4. cap. 5. num. 5.

6 Habitator, & hospes tantùm inter se differunt, quantùm interest inter domicilium habentem, & peregrinantem. l. 1. §. 7. ff. de his, qui effud. vel deiect. Ergo habitator est, qui residendi animo siue in suo, siue in conducto, siue in gratuito consistit. Hospes verò, qui temporis causa tantisper dũ in viam redeat, aut quiescendi, aut negocij expediendi gratia diuertit, & commoratur. Cic. de senect. commorandi eniam natura nobis diuersorium nõ habitandi dedit. Hoto.

7 Habitus ab affectione differre supra notatum est in verf. affectio, vt sit habitus affectione permanẽtior, hinc Areostus dixit.

Natura inclina al male, & vien à farsi
L'habito poi pio difficil' à mutarsi.

8 Habere in concubinatum mulierem, & habere in concubinatu differunt; In concubinatum enim ea dicitur haberi mulier, quæ ad concubendum loco iustæ vxoris ducitur. In concubinatu verò cum qua quotidiana consuetudo cuiq. est, sine vxoris titulo, sine matrimonio. Riccard. in l. nuptias, non concubitus, ff. de reg. iur.

9 Hæredum necessariorum, & extraneorum differentia hęc est. Necessarij hæredes non adeunt, nec adire dicuntur vsquam, sed existunt statim. l. 1. §. qui sunt, ff. si quis omiss. caus. testam. Extranei hæredes fiunt aditione. l. filius fam. ff. ad l. falcid. Necessarij existunt etiam ignorantes, & inuiti. Verum vt extraneo hærede scripto tutelæ, & cætera, quæ in testamento scripta sunt statim, atque hęres adierit, valent, ita necessario hærede scripto fateor tutelas statim, atque is hęres extiterit, quod contingit continuo à morte defuncti, valere; Nam, & libertates statim valent. l. sciẽdum, ff. de manum. Test. & substitutio pupillaris. l. si filius, qui patri, ff. de vulg. substit. l. filius, ff. de acq. hær.

Hęres,

9 Hæres, & emptor hęreditatis differunt; quia in hęredem transit omne ius, quod defunctus habuit. l. nihil aliud, ff. de verb. signif. & l. hæreditas, ff. de reg. iur. In emptorem hæreditatis solum modò res hæreditariæ, & in hæreditate contentæ.

10 Hęres, & successor in multis differre, notat And. Barb. in tract. de præst. Cardinalium, in 3. q. 1. part. num. 39.

11 Hæres suus, & extraneus quoad ius patronatus differunt; Nam in extraneum non transit. l. liberti, C. de oper. libert. In suum transit. in Clem. de verbor. signif. c. exiui de Paradiso, §. quia igitur. Alber. in l. cum hæredes. num. 4. ff. de acquir. vel amitt. poss. item quoad transmissionem hæreditatis non aditæ, quam suus ad quoscunque, & quandocunque transmittit. Extraneus intra annum tantum. Bart. in l. ex militari, §. si filius, num. 2. ff. de milit. testam.

12 Hæreditatis opulentis, & locupletis. Vide Opulens hęreditas.

13 Hęreditas, & legatum differunt. Nam primo hæreditas non nisi adeunti acquiritur; legata veeò ipso iure in legatarij Dominium transeunt. l. actio, ff. de furt. & l. magis, §. fundum, ff. de rebu. eorum. Alciat. in l. alienationis. 28. num. 14. ff. de verb. signif. Item 2. hæreditas repręsentat personam defuncti. l. hęreditas, ff. de acquir. rer. Dom. & l. mortuo, ff. de fideius. & l. non minus, ff. de hęred. Instit. legata non vtiq. Bart. in l. quæ conditio, num. 2. vers. sed legatum, ff. de cond. & demonstr. Item 3. est successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit tempore mortis. l. hæreditas. 62. ff. de reg. iur. & l. nihil. aliud 24. ff. de verb. signif. legatum enim est delibatio idest diminutio, & detractio hęreditatis. Item 4. hęreditas testamento datur. Codicillis non datur, §. Condicillis, Instit. de Codicill. & l. 2. C. eod. & l. 2. eod. & l. 2. in fin. ff. de iur. Codicill. & l. quidam cum testamentum, §. sed cum veteres, C. de necess. seru. hęred. instit. diuersum, obtinet in legatis. Hęc enim non solùm in testamento; sed in Codicillis ab intestato

ftato rectè relinquantur. l. ab inteftato. 16. ff. de iur. Codicill. l. fi quis cum 3. ff. eod. l. quia aut 6. ff. fi quis omiff. cauf. teftam. l. fin. §. huius, ff. de leg. 2. l. 2. ff. de fideicomm. libert. l. ex. part. 39. l. 1. ff. famil. ercif. l. ex teftamento, 29. C. de fideicomm. l. fin. in princ. C. quand. dies leg. ced. Item 5. hęreditas pro parte acquiri non poteft. l. 1. & 2. ff. de acquir. hęred. l. fi foluf. 80. eod. l. quidam elogio, §. fin. C. de iur. delib. l. vnica, §. in his itaque, C. de caduc. toll. l. teftam. 6. C. de impub. & alijs fubftit. fecus eft in legatis. Vnū enim fperni, alterum peti poteft. l. 2. ff. de leg. 2. Item 6. legata, & fideicommiffa adimi poffunt nuda voluntate. l. 3. §. fin. in princ. ff. de adimen; vel transferen. leg. Hęreditas teftamento data non nifi per pofterius teftamentum ritè perfectum rumpitur. l. 2. ff. de iniuft. rupt. irrit. fact. teft. l. hac confultiffima, §. fi quis autem, C. de teftam. §. ex eod. Inftit. quib. mód. teftam. infir. Item 7. legatum capitalibus, vel grauiffimis inimicitijs intercedentibus ademptum effe videtur. d. l. 3. §. fin. ibi, & fi quidem capitales, ff. de adim. leg. l. fi inimicitię, 9. in princ. ff. de his, quę vt indignis. Secus eft in hęreditate. l. ex, parte 22. ff. de adim. leg. Accur. d. l. ex parte per l. hac confultiffima, §. pen. & l. fancimus, & l. noftram, C. de teft. Item 8. hęreditas in teftamento data per Epiftolam, vel Codicillis adimi verbis directis non poteft. l. 4. C. de ijs, quib. vt indig. fecus in fideicommiffo, quod, & in Epiftola, vel libello, imò etiam nutu relinqui, & adimi poteft. l. & in Epiftola 22. C. de fideicomm. & l. nutu 21. ff. de leg. 3. quod fecus eft in hęreditate per fupradicta, & l. iubemus, §. fi enim talis, & §. quod fi non, & §. oportet, C. de teftam. Item 9. legatum rei alienę valet. l. vnum ex familia 77. §. fi rem, ff. de leg. 2. l. non dubium 14. §. fin. ff. de leg. 3. l. cum alienam 10. C. de leg. §. non folum. Inftit. eod. Inftitutio autem hęredis in re aliena nullius eft momenti. l. fin. in fi. C. de hęred. inftit. Item 10. diffe-

differunt, quia teſtator inſtituendo ſeruum proprium, videtur ei relinquere libertatem. Secus eſt ſi ei legatum relinquat. l.pen.in prin. C. de neceſſ. ſer. hæred. Inſtit.Item 11.Inſtitutio initio purè facta, deinde ſub conditione repetita prior,& pura valet.l.ſi te ſolum 27.verſ. ſed ſi hæredem, ff.de hæred. inſtit. l. fin. §. Titius, ff. de vulg. & pup. Aliud obtinet in legato; Nam quod purè dare hæres iuſſus eſt,quodue purè legatum eſt, cum id ex interuallo ſub conditione legatum eſt, poſterius valet. l. non ad ea 89. in princ. ff. de cond. & demonſt. Nam in legatis nouiſſima conditio ſpectanda eſt. l. quod traditum 87. ff. de eod. Item 12. conditio appoſita inſtitutioni ſemper trahitur retro ad tempus mortis teſtatoris. Nam hæres quandocunque adeundo hæreditatem iam tunc à morte ſucceſſiſſe defuncto intelligitur. l. hæres 14. ff. de acquir. vel amitt. hæred. l.omnis 180. ff. de reg.iur.ſecus in legato. Nam conditio appoſita in legato quandocunque veniat, non trahitur retro. l. 1. §. ſerui, ff.ad ſyllan.niſi in inſtitutionibus conditio appoſita traheretur retro, eueniret, vt pro parte quis teſtatus pro parte inteſtatus decederet, quod eſt contra iuris regulas. l. ius noſtrum, ff. de reg. iur. Iaſ.in l.ſi pater, C.de inſtit. & ſubſtit. ſub cond.fac. Item 13. non minus quoque diſcernuntur hęreditas,& legatū quò ad ſubſtitutiones; ſubſtitutio vulgaris facta in hæreditate in vnum caſum compræhendit etiam alios. l. cum proponas, C. de hæred.inſtit.ſecus eſt in ſubſtitutione vulgari facta in legatis. Hæc enim ex ſola voluntate teſtatoris dependet. l. pater ſeuerinam. 101. ff. de cond.& demon.14.ſic etiam ſi filio impuberi exhæredato ſubſtitutus datus ſit,& ob hoc legatum, vel fideicommiſſum relictum, ſubſtitutus nullo legato, nulloue fideicommiſſo prægrauari poteſt, nec ſe ipſam rem,quā pupillo legauit à ſubſtituto eius, vel legare, vel fideicommittere voluit. l. cum quidam, 24.in fin.C.de legat. Diuerſum eſt ſi is, qui duos filios impu-

impuberes habeat, alterum hæredem instituit, alterum exhęredauit, deinde exhæredatum instituto substituit, ac postea exhæredato Mæuium, & ab eo legauit,& exhæredatus substitutus fratri impuberi extitit hæres,deinde impubes decissit, cum iudicio patris: facultates paternę per causam hæreditariam ex substitutione ad Męuium perueniant, potest dici legata ab eo relicta præstanda esse, habita ratione legis falcidiæ in his bonis,quæ tẽpore mortis reliquerit. l.qui fundum solum,87. §. qui filios duos, ff ad l. falcid. Diuersum itaq. ius statuitur in priori casu ab exhęredato pupillo. legatum solum relictũ est legati titulo. In posteriori ex causa hæreditaria. Item 15. distant in eo quoque, quod in casu exhęredationis, & pręteritionis potior causa legatorum habetur, quàm institutionis. Ex causa exhęredationis, vel pręteritionis irritum redditur tẽstamentum quantum ad institutiones,cętera hoc est legata, & fideicommissa manent. auth. ex causa, C. de lib. pręter. Item 16. differunt,quia sicuti etiam respectu aditionis, & transmissionis separantur. Hęres institutus disponens de hęreditate sibi relicta ex sola animi destinatione hęreditatem adire intelligitur, eamq. trasmittit. l. si auia 6. C.de iur. delib. In legato diuersum est, si quis enim rem sibi legatam ignorans adhuc legauerit, postea cognouerit ad se pertinere, legatum valebit, quia vbi legatarius non repudiauit retro ipsius fuisse videtur res, ex qua hęreditas adita est,si verò repudiauerit retro videtur res repudiata fuisse hęredis.l.seruum 44. §. si quis rem, ff. de leg. 1. & l. si fundum 81. §.si titius eod. Item 17. quia incapax hęres institutus, si grauatus fuerit restituere hęreditatem, nõ cogitur adire. l. sed, & si alios, 9. in fin. & seq. ff. ad Senatus Cons. Trebell. Accur. in l. tamquam, in ver. coguntur, vers. item quęritur, C. de fideicomm. secus est in legato, quod incapaci relictum est, vt alteri id restituat. Quantumuis enim incapax sit acceptare

tamen

tamen legatum cogitur, vt restituat. l. legatarius, 27. ff. de excus. Tutor. l. cum ei. 42. ff. de leg. 2. vbi Accurs. Item 18. aditione hæredis confirmatur testamentum, sicut si nemo subijt hæreditatẽ omnis ius testamenti soluitur. l. si nemo. 141. ff. de reg. iur. & l. si nemo. 9. ff. de testam. tute. diuersum est in legatis; Acceptatio enim legatorum testamentum non confirmat. auth. ex causa de liber. præt. Item 19. hæreditas nisi fuerit adita, nõ transmittitur. l. vnica, §. in nouissimo, C. de caduc. tollen. & l. quoniam, & l. antiquioribus, C. de iur. delib. secus est in legato, quod antequam acceptetur transmittitur. d. l. vnica, §. 1. & ibi glos. in verbo cedere, in fin. C. de caduc. toll. nam hæreditas antequam adeatur in bonis nostris non est. l. precia rerum. 63. §. 1. ff. ad l. falcid. l. si iussu, 45. ff. de furt. quod enim nostrum non est, nec transmitti potest, cũ nemo plus iuris, &c. l. nemo plus, ff. de reg. iur. legatum autem statim acquiritur, antequam acceptetur. l. cum pater. 77. §. surdo, vel muto, ff. de leg. 2. l. si fundum. 81. §. si Titius, ff. de leg. 1. l. fin. C. quand. dies leg. ced. nisi sub conditione relictum sit, & ipsa pendente is, cui est relictum decesserit. l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Senat. Consl. Trebell. & l. cum pater, §. hæreditatem, ff. de leg. 2. Ang. in l. is, cui sub num. 42. nu. 2. ff. de actio. & oblig. & infra successio vniuersalis, & singularis. 7. differ. ver. quamen in re. Item 20. non minus discrepant legata ab hæreditate quò ad falcidiã. De legatis enim detrahitur falcidia, C. & ff. ad l. falcid. sicut etiam fideicommissa, propter Sen. Consl. Trebell. secernuntur ab hæreditate, C. & ff. ad Senatus Consul. Trebell. Quemadmodum similiter de institutione in rem certam idem obtinuit. Quotiens enim inter omnes hæredes testator successionẽ suam diuidit, ac singulos certis possessionibus cum mancipijs, quæ in eisdem sunt constituta, iubet esse contentos, voluntati eius (salua l. falcidiæ authoritate) obtemperandum esse, manifestum

est.

est. l. 10. C. famil. ercisc. & ibi glos. de qua institutione ad certas res, vel ex certis rebus. Vlpian. in l. ex facto. 35. §. vnde scio, ff. de hæred. instit. Item insignis est differentia ex rescripto Diui Adriani, qui consultus rescripsit hęreditatis appellatione, neque legata, neque fideicommissa contineri. l. si Titius. 96. in fin. ff. de leg. 3. Item in eo etiam pugnant, quia hæres potest propria authoritate apprehendere hæreditatem, in qua est institutus. Diuersum est in legatario, qui si occupat propria authoritate cōmittit in l. non dubium, C. de legat. Itemq. in edictum Quorum bonorum de qua, re singulariter Accurs. in d. l. non dubium, & ibi Ias. Rip. in c. sæpe, num. 93. extra de restit. spol. Menoch. remed. 5. recup. poss. num. 211. in quęst. An Constitutio Valentiniani sub l. si quis in tantam, C. vnde vi locum habeat contra legatarium, vel fideicommissarium, qui res legatas, vel fideicommissas occupauit? Vltimò diffident quoq. hæredes, & legatarij eo quod constitutio Iustiniani in l. fin. C. de edict. Diui Adrian. toll. competit hæredibus institutis in testamento non cancellato, non vitiato in aliqua formæ suę parte. legatarijs autem minimè. glos. in d. l. fin. in princ. & ibi Zuccard. & cæteri.

14 Hæreditas delata, & adita differunt; quia delata dicitur ante voluntatem acquirendi, vel adeundi. l. delata, ff. de verb. sign. Adita autem nō ante dicitur, quàm acquisita est, vel animo, vel facto. l. pro hærede, ff. de acquir. hęred. Item delata hæreditas repudiari potest toto titulo, C. de repud. hæred. l. legatum, ff. de leg. 1. Adita non vtiq. l. 1. §. decretalis, ff. de success. edict. l. Titia. 34. §. Lucia, Titia, ff. de leg. 2. Item hęreditatis, & bonorum differentiam. Vide supra Bona, & hęreditas.

15 Hęreditatis aditionem, & cretionem differre notatur ex eo, quia hęreditatem adire est suscipere ex testamento, vel ab intestato, & quasi aditum in eam ferre. l. filius, §. penult. ff. de lib. & posthu. aditus est ad hęre- ditatem

ditatem; ideſt adiri hereditas poteſt. Cernere autem eſt quaſi decernere ſe hæredem eſſe velle. l. 15. qui heres, §. penult. ff. de acquir. hered. antequam heres inſtitutus decernat de hereditate. l. pupillus, eod. neque ſcire, neque decernere talis ætas poteſt. Reſpicit ad formam cretionis. Cernito cum ſcieris. Vterq. actus legitimus eſt, & ideò purè fit. l. actus, ff. de reg. iuris, & ſupra cernere.

16 Hypothecæ, & pignoris differentiam. Vide infra Pignus, & Hypotheca differũt, & pignus dicitur à pugno. Hypotheca verò per conſenſum contrahitur. l. ſi plures, §. pignus, ff. de verb. oblig. & Hypotheca poteſt retineri, ſicut pignus, & ideò quantum ad ius hypothecariæ actionis non differunt, nec per conſequens quantum ad caſum retentionis. l. res, §. vlt. ff. de pignoribus, §. item ſeruiana inſtit. de actionibus. Petrus de Bellapert. in l. pignus, num. 18. C. etiam ob chirogra.

17 Homagium, & fidelitas differunt in eo; quòd homagium eſt de his, quę pertinent ad temporalia, & ideò pro ſpiritualibus indignum. Specul. de feudo, §. nunc de homagio. Fidelitas verò pro ſpiritualibus pręſtatur; quia Prælati benè pręſtant fidelitatem, vt in c. antiqua de priuileg.

18 Horrendum, & horridum plurimam habent diuerſitatem, eſt enim horrendum tetrum, & euitabile. Virg. Aeneid. lib. 3.

Concilium horrendum.

Horridum plerumq. extans, & prominens. Virg. lib. 4. *Et glacie riget horrida barba.* Plautus Pſeudulo, Papillarum horridularũ appreſſiunculę. Accius Medea. Vt triſtis turbinum tolleret hiemes mare cùm horret fluctibus. Lucilius ſatyrarum lib. 16. & hi, quos diuitię producunt, & caput vngunt horridulum. Cicer. de repub. libro 1. ſed vt ille, qui nauigat, cum ſubito mare cœpit horreſcere, & de repub. lib. 4. horum in ſeueritatem dicitur in horruiſſe primum Ciuitas. Varro epiſt. ad Cęſarem. Intere à propè ad occidentem ſolem

horroſcit mare. Siſenna hiſt. lib. 3. Subito mare ſubhorrere, cecosq. fluctus in ſe prouoluere.

I

1 
ACTVRA & damnum differunt. Lucas de Penn. tradit in l. fin. nu. 13. C. de cond in pub. hom. lib. 10. Nam iacturam ſcienter, & vltrò patimur, ff. ad l. Rhod. de iact. Damnum verò nobis inſcientibus fit. c. in primis, 11. q. 1. & l. 1. ff. ad l. Aquil. Archid. in c. quia ſępè de elect. in 6. in 2. col.

2 Illata ab inuectis quò diſtent, vide l. & ſi non inducta, C. in quib. cauſ. pign. tacite contrah.

3 Immiſſi, & proiecti differentiam. Vide infra Proiectum, &c.

4 Imperium merum, & mixtum differunt; quia merum Imperium eſt habere gladij poteſtatem ad animaduertendum in facinoraſos homines; quod etiam poteſtas appellatur. Mixtum verò eſt, cui etiam iuriſdictio ineſt, quę in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit, & in iudicis dandi licentia. l. Imperium 3. ff. de iuriſd. omn. iud.

5 Impoſſibile differt à falſo; quia impoſſibile non conuenit naturalibus. Falſum verò ſic. l. Menia, ff. de hęred. inſt.

6 Impulſiuę cauſę, & finalis differentiam. vide ſupra Cauſa finalis, & impulſiua.

7 Impulſiuę, & finalis rationis differentiam. Vide infra Ratio finalis, & impulſiua.

8 Impunè differt à licitè. Dec. conſ. 619. num. 1.

9 In bonis eſſe, & ex bonis. Vide ſupra Bonis.

10 Incidens, & emergens differunt. Nam emergens reſpicit proceſſum; Incidens factum, & merita cauſę. Abb. in c. 1. num. 17. de ordin. cognit. Bald. l. 1. num. 8. Salic. num. 10. C. de ordin. iudic. Iaſ. in l. quod iuſſit, nu. 35. Alex. num. 6. ff. de re iudic. Menoch. de arbitr. lib. 1. quęſt. 45.

11 Incorporalia, quę rei non adhęrent, & quę rei adhærent differunt; in illis etiam vſus eſt ſubſtantia poſſonis, pro quibus datur iudicium poſ-

possessorium, in alijs verò quę rei non adhærent, non vtique, nisi probentur actus possessorij, vt notant Domini de Rota, coram Cotta, decis. 221. num. 5. par. 1. in impressis remissiuè.

12 In, & De prępositiones differunt. Archid. c. ne captandę de concess. præben. in 6. & c. si pro Clericis de præben. in 6.

13 In diem, & ex die, & ad diem, differunt. l. 1. §. pen. ff. quando dies legat. vsufruct. ced. l. 9. §. vlt. & l. 34. ff. de hæred. instit. l. 4. ff. de seruit. Ex die enim promitti dicitur cum ex die incipit obligatio. Ad diem cùm in diem ita confertur, vt finiatur veluti vsque ad Calendas Martias dare spōdes. l. 44. ff. de oblig. & actio. similitee ex die, & ad diem constitui dicuntur seruitutes, quę ita cōstituuntur, vt vel à tēpore incipiant, vel tempore finiantur. Ad diem pro in diem accipitur. in l. 77. ff. de verb. oblig. & in l. 5. ff. de peric. & commod. rei venditę.

14 Indignatio, & dedignatio differunt; quia indignatio cō muniter, & proprie assumitur in bonam partem, & ex bono zelo. Dedignatio verò in malam partē, & ex malo zelo, vt est tex. & glos. & ibi Archid. & Gemin. in c. vera iustitia, 45. distinct. Bart. Bllen. in tract. de charit. subsid. q. 44. in fin.

15 Indignus, & non dignus differunt. l. qui indignus, ff. de Senat.

16 Inducere, inscribere, circumducere, & cancellare. Vide Cancellare, & inducere, &c.

17 Infamia, & infamatio differunt, vt notat glos. in c. cō munes, 7. q. 1. & l. apud labeonem ibi infamandi causa, ff. de in iurijs.

18 Infecti damni actionis, & aliarum actionum differentiam. Vide supra Damni infecti action. &c.

19 Ignorantię, & erroris differentiam. Vide supra Error, Ignorantia. Item Nescientię. Vide infra Nescire.

20 Ignoscere, & concedere quemadmodum inter se distent ostendit. Cicer. ad Cęsarem Iuniorem, lib. 1. dum dicit, quod mihi, & Philippo vacationem das, bis gaudeo. Nam, & pręteritis ignoscis,

scis, & concedis futura, & licet concedere pro dare. l. vxorem, §. 1. ff. de legat. 3. pro remitte. l. omnium, C. de vectig. & commis. & pro alijs vsurpetur, attamen vim secundum naturam contractus, cui adiungitur accipere, affirmat Bald. in l. non ambigitur, in fine, ff. de legibus. Verùm enim vero quandò pro permittere accipitur temporarium est. glos. in l. ad eum, in verb. portionibus, ff. de donationibus.

21 Inhabilis simpliciter, & sine certa solemnitate ad aliquid peragendum differunt. Gabriellius in cons. 1. sub num. 5. lib. 1.

22 Iniuria à contumelia hoc differt; quia iniuria leuior res est. Pacu. Peribęa. Patior facilè iniuriam, si est vacua à contumelia. Cæci. Fallacia. Facilè erumnam ferre possunt: si malè abest iniuria, etiam iniuriam nisi contra cōstant contumeliæ. Hinc est, quod iniuriam atrocem quasi contumeliam accipiemus, secundum ea, quę notat Scardus in suo dictionario in verbo iniuriam atrocem. Item iniuria ex eo dicta est, quod non iure fiat. Nam generaliter iniuria dicitur omne, quod non iure fit. l. 1. ff. de iniurijs. Contumelia vero dicta est à contemnendo. l. 1. ff. de iniurijs, & famos. libell. quod, & cōprobat Seneca de tranquill. vitæ, 11. part. Specialiter verò alias dicitur contumelia; alias culpa, alias iniquitas, & iniustitia; & fit aut re, aut verbis; & infertur, aut in corpus, aut ad dignitatem, & infamiam pertinet; & patitur, aut per semeptipsum, aut per alias personas. l. 1. per totam, ff. de iniurijs, §. patitur, instit. eodem titul. vbi enumerātur personæ per quas iniuriam quisque patitur.

23 Iniuriarum actio, & actio. l. Aquiliæ differunt; quia in actione iniuriarum agitur de ipsa cœde, vel veneno, vt vindicetur, non vt damnum sarciatur. In actione. l. Aquiliæ principaliter agitur de damno, quod Domino datum est. l. prętor, 7. §. si dicatur ibi quid ergo de lege Aquilia dicemus, cui concordat l. item apud 15. §. si quis seruo, ff. de iniur. l.

quo,

quo, §. consultum, in fin. eodem, & vide Rancor.

24 Inquilinus, & Colonus differunt. Nam Inquilinus in ędibus, Colonus in agro speciali significatione intelligitur. l. ne pignoris, ff. de acq. possess. Deinde ea, quæ in prædia Vrbana sunt illata, pignori esse creduntur etiam Domino ignorante. In rusticis verò non aliter obligantur, quàm à sciente Domino fuerint illatæ à Colono. l. eo iure vtimur, ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacit. & l. certi iuris, C. de locato, & conducto. Item si Inquilinus conductam Domum, vel eius partem rursus alij locauerit, quod fieri potest, nisi aliud conuenerit. l. nemo prohibetur, C. eod. tunc res sequentis conductoris domino sunt obligatæ. l. solutum, §. solutam, ff. de pigno. actio. Sin autem Colonus locauerit alij fundum conductum, res posterioris conductoris Domino non obligantur, nec competit seruiana, sed fructus in causa pignoris manent. l. si in lege, §. si Coloni, ff. de locat.

25 Inquisitio ex officio, & ad instantiam partis differunt. In illa enim inquisitus cogendus est ad interrogata respõdere veritatẽ cum iuramento. In ista non est cogendus iurare. c. cum dilectus de calumniat.

26 Institutio, & ordinatio differunt, Archid. in c. cum illis de præben. in 6.

27 Institutio, collatio, & præsentatio differunt, secundum Dec. cons. 224. num. 5. Abbas in c. authoritatem de instit. & Dyn. in c. institutio de reg. iur. in 6. & vide infra in verbo institutio, & collatio.

28 Institutio, & collatio differunt. Proprie autem sumitur pro translatione iuris nõ libera à superiore facta, quãdo scilicet præsentatus per patronum instituitur; nam ibi transfertur ius plenum, cum patronus nullum ius spirituale transtulerit; sed est illa translatio non libera; quia superior velit, nolit, tenetur illud ius conferre in præsentatum, ex quo est idoneus. Collatio verò est iuris translatio libera, quia habens collationem beneficij non tenetur conferre isti, vel illi;

illi; sed liberè, cui vult, confert, dummodò sit idoneus. c. relatum de præben. & dignit. & ibi Abbas. Ideò ius instituendi, & confirmandi transit in Capitulum, Sede vacante. c. 1. de instit. in 6. c. cũ olim de maior. & obed. sed ius liberè conferendi nõ transit in Capitulum, si Collatio spectabat ad solum Episcopum. c. vnico. ne sede vacan. lib. 6. alio modo dicitur institutio, & capitur pro collatione libera. c. ex frequentibus de instit. Item capitur institutio pro institutione authorizabili, quæ fit quoad curam Populi tãtùm, vt si Collatio beneficij spectat ad inferiorem à cura Populi non exempti ad Episcopum, vt in c. 1. de Cappell. mo. in 6. quandoque institutio capitur pro inductione in possessionem, & ista spectat ad Archidiaconum de iure communi, nam post translatum beneficium Archidiaconus habet inducere illum in possessionem corporalem. c. ad hæc, & c. vt nostrum, de offic. Archid.

Institutio differt à confirmatione, vt notat Abbas in c. nobis de iure patro. in 6. vbi dicit, quod propriè loquendo differunt. Nam confirmatio fit de electo à Collegio, & superior dicitur confirmare quasi simul firmare; quia per electionem iam fuit translatum ius; sed per institutionem transfertur plenum ius, vt dixi supra.

Institutio differt ab admissione, vt notat Archid. in c. 1. de instit. in 6. vbi dicit, quod admittere idẽ est quod recipere, & examinare, instituere verò est approbare, & confirmare, vt notat Rochus in suo tract. de iure patron. in princ. 7. quæst.

Institutio in quo etiam differat à collatione, & præsentatione dicit tex. & Doct. in c. cum in illis, §. cum autem de præbendis. in 6.

Item quid differat institutio ab inuestitura, vide per Abb. post alios in rubr. de iure patro. & in c. authoritate, & in c. 2. de consuetud.

28 Institutio conditionalis, & quę fit in diem differunt, vt latè ostendit Imola in l. hæreditas ex die, col. 4. nu. 8. ff. de hęredibus instit. Nam institutio sub conditione valet.

let. Institutio in diem certum non vtiq. & rationem optimam assignat ibi Imola in vers. vlterius pro declaratione, sequitur eum Surdus in cons. 439. sub num. 32. propè finem lib. 3.

30 Instituere, & substituere. Vide Substituere.

31 Institoria, & exercitoria differunt. Nam institoria latius se habet; quia est multiplex ad summam etiam Reipub.& nauim exercitium pertinet. Arist. lib.7. Polit. c. 5. Fulgo. in l. 1. in princ. ff. de exercit. Excercitoria ad vnicum ferè negocium spectat Ianuen. decis.14.nu. 107. & 110.

32 Institor,& procurator differunt; quia is, qui quæstuariæ negociationi præfectus est, Institor dicitur, qui verò negocio cuipiam nó quæstuario præficitur, Procurator potius appellatur. l.5. §. 3. ff. de instit. actio.

33 Instructum ab instrumento differt, vt totum à parte. Nam instructi nomine non modo, quæ fundo necessaria sunt, continentur; Verùm etiam quæ præterea testator habuit, quibus suum fundum instruxit. Instrumenti verò ea dumtaxat, sine quibus fundus dici instructus nó potest. l.12.§.15. ff.de fund. instr. & instru. leg.

34 Instrumentum publicum à priuato differt, & à forense. Nam publicum instrumentum opus est, quod duobus testibus inscribatur, aliàs non dicitur publicum, §. sed,& si instrumenta. Auth. de fid. instrum. Priuatum instrumentum non requirit inscriptos testes, sed sufficit, quod deponant, siue quod sint inscripti, d. §. sed & si.

Item reguleriter testes nó tenentur se subscribere in publico instrumento; sed sufficit, quod eos inscribat tabellio, nisi mulier in d. instrumento fideiubeat. In priuato verò opus est, quod se subscribant, vbi excedit libras quinquaginta, tunc tres debent subscribere.

Item instrumentum priuatum vbi negatur, non valet, nisi de eo testes deponant. §. si quis vult. Auth. de fide instrum. secus publicum instrumentum late Petrus de Bellapertica in repetit. l.cóparationes, 9. num.22.& sequenti-

quentibus, C. de fid. instrumen.

Item instrumentum publicum dicitur à tabellione cõfectum. Forense confectum à iudice. §. vlt. Auth. de tebellio. l. non enim aliter, ff. de adoptionibus.

Item instrumentum publicum habet inscriptionẽ duorum testium. d. §. sed, & si instrumenta, aliàs non valet. Forense valet, licet non sint testes inscripti. l. in donatiobus, C. de donationibus.

Item priuatũ dicitur quod à manu priuata est factum. Forense quod est factum à Iudice. d. l. in donationibus, & priuato non creditur sine depositione testium. Forensi creditur, §. 1. & 2. Auth. de fide instrum. & Petrus de Bellapertica in d. l. comparationes, 9. num. 23. & 24. C. de fide instrumentorum.

35 Instrumenti oblatio, & tenor differunt. Nam oblatio intentionem fundantis se in instrumento non probat. Tenor verò probat. Item oblatio instrumenti est de actis iudicij. Tenor verò de actis causæ, & litis. c. cum in iure vbi glos. in verbo iniungo vers. & nulla de offic. & potest. Iud. de leg. vbi Innoc. & Host.

36 Interdictum de liberis exhibendis, & de liberis ducendis, differunt, quia interdictum de liberis exhibendis est exhibitorium, & ad exhibitionem pertinet. Interdictum de liberis ducendis est ductorium, & ad ductionem pertinet, & illud huius est præparatorium, quo magis enim quis duci possit exhibendus est. l. deinde 3. §. 1. ff. de liber. exhiben.

37 Interdictum vti possidetis, & vnde vi differunt, quia illud appellatur interdictum possessionis retinendæ, quod restituit vi amissam possessionem, hoc tuetur, ne amittatur possessio, nam illud possessorem oppugnat, hoc tuetur, & proponitur post interdictum, vnde vi. l. 1. §. est hoc igitur ibi, & consequenter, ff. vti possid.

38 Interdictum vti possidetis, & aliarum actionum differunt, quia interdictum, quod est vti possidetis possessorem prædij tuetur. Actio enim nunquam vltro possessori datur, quippè cùm ei sufficiat, quod

quòd possideat. l. 1. §. interdictum, ff. vti possid.

39 Interdictum vtrubi, & vti possidetis differunt; quia illo de rerum mobilium, hoc immobilium possessione contenditur, sublata illa antiqua differentia temporis possessionis, §. sed interdicto, instit. de interd. l. vnica, §. hoc interdictũ, ff. vtrubi. Menoch. de retinen. poss. 2. remd. n. 6. & 7. 11. & 12. testãtur omnẽ differentiam esse sublatam.

40 Interdictum de itinere, actuq. priuato, & actio confessoria differunt; quia in interdicto de facto tantùm quæritur, hæc est de quasi possessione seruitutis. In actione verò confessoria de iure quæritur, hoc est, an actor seruitutem habeat iure impositam, propterea interdictum possessorio. Actio consforia petitorio iudicio subijcitur. l. 2. §. hoc interdicto, ff. de itin. actuq. priuat.

41 Interdictum de itinere, actuq. priuato, & de itinere actuq. reficiendo differũt; quia ilio vti omnes possunt, quò hoc anno vsi sunt; hoc autem vti potest tantùm ab eo, qui hoc anno vsus est, & ius sibi esse reficiendi docet. l. 3. §. hoc autem, ff. de itin. actuq. priu.

42 Interdictum ne quid in via, vel itinere publico fiat, & restitutorium differunt; quia illud est prohibitorium; hoc restitutorium. l. 2. §. hoc interdictum ex eadem, ff. ne quid in loco publ.

43 Interdictum de damno in turba dato, & vi bonorum raptorum, differunt; quia illud requirit; quòd dolo malo damnum datum sit, absq. eo quod turbam non cocgerit, sed ad clamorem eius, vel dicta, vel misericordiam turba contracta est, vel si alius contraxit, & ipse ex turba fuit. In vi bonorum raptorum interdicto requiritur, quòd dãnum dolo malo hominibus coactis datum, vel raptum sit, etiam quòd homines non cocgerit. Item illud dupli, hoc quadrupli pœna comminatur. Item illud intra annum tribuit facultatem experiendi in duplum post annum in simplum. Item loquitur de damuo dato, & amisso, hoc de rapto. l. prætor ait, la 2. §. eritq. differentia.

44 Interdictum quorum bonorum, & petitio hæreditatis differunt origine, illud enim prætorium est; illa verò est iuris ciuilis. l. 1. & l. item veniunt, §. præter hæc, ff. de pet. hæred. & l. vlt. C. eod. ex quo, vt inquit Bart. in l. 1. num. 7. C. quor. bono. alia sequitur differentia; quòd petitio hæreditatis directa hæredi de iure Ciuili conceditur; vtilis de iure prætorio, quem bonorum possessorem appellamus. Hoc verò interdictum è contra. Nam directum hęredi de iure prætorio. Vtile de iure Ciuili hæredi competit. Item differunt natura; quia petitio hæreditatis est bonę fidei l. vlt. C. de petit. hæredi. §. actionum, instit. de actio. Interdictum verò stricti iuris.

Item differunt in modo proponendi. Nam in petitione hæreditatis, quæ proprietatem respicit, petit hæres se hæredem declarari. l. licet, ff. de pet. hæred. In hoc interdicto petit actor possessionem sibi tradi, atque ita possessorem constitui. l. 1. ff. quorum bonorum.

Item differunt in modo probandi. Nam in petitione hereditatis probationes plenæ requirūtur, vt notat gloss. in l. 1. & ibi Bart. num. 10. C. quor. bonor. In hoc enim interdicto summaria, & minus plena videatur sufficere. Bart. in l. 2. num. 2. ff. eod. & in l. 1. num. 10. C. eod. & in l. 2. §. vlt. ff. vbi in rē actio. Ruy. cons. 106. nu. 18. lib. 5. Gozzad. cons. 12. num. 11. cons. 50. num. 2. & 5. & cons. 92. num. 2. Paris. cons. 10. num. 32. lib. 2. Alcia. respons. 389. num. 5. Bello. cons. 35. num. 6. & Bero. cons. 42. nu. 46. lib. 3.

Item differūt effectu; quia petitio hæreditatis ad corporalia, & ad incorporalia. Interdictum verò ad corporalia tantum dirigitur. l. 2. ff. quor. bono. Bart. d. l. 1. num. 10. C. eod.

Item differunt, quia à sententia lata in petitione hęreditatis appellare licet. In interdicto non, cum sit prohibita. Rip. in l. 2. num. 10. ff. eod. Marant. in praxi. iudic. part. 6. princ. num. 9. Beninten. concl. 79. num. 6. Pedem. decis. 25. num. 9.

Inter-

45 Interdictum quorū bonorum, & quorū legatorū differūt; quia illud cōceditur illi, cui ex prætoris edicto bonorū possessio data est aduersus possidentem pro hærede, vel pro possessore, vt ab eo consequatur possessionem illorū bonorum, quæ testatoris, in cuius bonis successit, mortis suæ tempore fuerunt. l. 1. ff. quor. bon. & §. adipiscendæ, instit. de interdict. & cum vniuersale sit in vniuersum pro possessione bonorum omnium conceditur. Interdictum verò quorum legatorum, quod singulare est bonorum possessori conceditur aduersus quemuis, qui legatorum nomine, sine hæredis voluntate rem hæreditariam occupauit iur. alleg.

46 Interdictum vnde vi, & quod vi, aut clam differunt. Nam vnde vi datur pro violentia carente consensu tantùm. Quod vi, aut clam pro vi compulsiua, & carente consensu. Ang. l. 1. num. 1. ff. quod vi, aut clam. Item, & actio quod metus causa, quæ pariter datur pro vi cōpulsiua. Alber. in d. l. 2. ff. eod. ad eò differt ab interdicto.

47 Interdictum vnde vi differt à remedio prodito in materia attentatorum, quia in ea non requiritur probatio tituli etiam colorati, sed sufficit probare solùm statū. In interdicto vnde vi sic. Rota in nouis de restit. spoliat. decis. 2. alias. 13. num. 3. in addit.

Item in materia attentatorum retractabuntur sententię censurarum, quæ aliàs valent, licet essent iniustæ. In interdicto vnde vi non ...

Item prosequenti via attentatorum non obstabit excommunicationis exceptio; quę aliàs obstaret agenti possessorio recuperandæ.

Item, quia quandò agitur per viam attentatorum, sufficit quædam summaria informatio ex mero, & puro Iudicis officio. Si verò agitur possessorio oportet litem cōtestari, & ordinario iure procedi. Rota vbi supra sub nu. 3. vers. alia differentia ponitur.

48 Interdictum, & cessatio differunt. Nam per interdicta prohibetur administratio sacramentorum paucis exceptis, quod tamen non fit per

per cessationem, in qua solùm cessatur à Diuinorum solemnitate. Oldendor.

49 Interdictum saluianum, & actio seruiana differunt; quia illud de sola possessione interponitur, in actione seruiana de rei proprietate agitur. Papien. in forma libelli pro hypoth. actio. vers. sub eadem num. 9. Zasius in §. item seruiana, num. 40. instit. de actio. qui alios refert. Datur, & seruiana ad auocãdam nudam possessionem. l. si cum venditor, in princ. ff. de euict. ob id Baldui. c. 41. col. 1. ausus fuit dicere illud iudicium possessorium, quod petitorium dicere tutius est ex supradictis. Item differunt; quia interdictum hoc ad rerum vniuersalium possessionem pertinet, illa etiam ad singularium. Hottoma. in §. interdictum quoque instit. de interdict.

Item differunt, quoniam hoc interdictum directum aduersus Colonos possessores datur. Actio verò seruiana aduersus alios; qui rem quæsiuerunt, redditur. l. Paulus, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. ita Bart. & alij in l. vlt. ff. de saluian. interd. & in specie. Papien. citato loco. Neguf. in tract. de pign. & hypoth. part. 8. memb. 1. num. 8. vers. seruiana tamen, & Hottom. in comment. ver. iuris, in verbo interdictum saluianum, & in d. §. interdictum, quoque instit. de interd. & Papien. in forma libelli in actio. hypoth. glos. sub eadem obligatione, n. 8.

50 Interdictum saluianum, & actio hypothecaria differunt; quia hoc interdictum possessorium est, & in eo de sola possessione contenditur. Actione verò hypothecaria possessio auocatur ratione iuris hypothecæ. l. si cùm venditor, in princ. ff. de euict. quamobrem iudicium, quod eius causa mouetur petitorium dicitur. l. pignoris, ff. de pignor. quemadmodum, & de rei vendicatione dicimus, quæ & si iudicium petitorium continet, aliquandò tamen possessionem, aliquandò detentationem ratione Dominij auocat. l. officium, ff. de rei vendic. glos. in l. 1. & ibi Bart. num. 2. C. de præc. & salu. interd. idem Bart. in l. 1. num. 3. in fin. ff. eod.

eod. Neguſ. in tract. de pign. 1. memb. part. 8. num. 2.

Item differunt; quia hoc interdictũ principaliter fuit inuentũ fauore locatoris cõtra conductorem prædij ruſtici, pro adipiſcenda ſcilicet poſſeſſione rerũ inuectarum in prædio tacitè obligatarum pro penſione locati prædij. Quo circa directum hoc interdictum redditur locatori contra condutorem prædij vrbani. Actio autem hypothecaria directa etiam aduerſus tertium poſſeſſorẽ conceditur. ita Bart. in l. vlt. ff. de ſalu. interd. & Neguſ. præcitato loco, num. 5.

Item differunt; quia hoc interdictum ſaluianũ ſolùm requirit, quòd locator probet ſolam poſſeſſionem Coloni, vel inquilini illarum rerum, quæ illatæ, vel inuectæ ab illis fuerunt in conducto prædio. Bart. in l. 1. num. 3. ff. de ſalu. interd. & in l. 1. num. 2. C. eod. Caſtr. in l. rem alienam ad fin. ff. de pignor. actio. Aret. in §. Item ſeruiana, num. 9. Iaſ. num. 89. Gomeſ. numer. 35. Zaſ. num. 31. inſtit. de actio. Socin. ſen. conſ. 112. num. 6. lib. 4. Cepoll. caut. 81. Corn. conſ. 11. num. 3. lib. 3. Grat. conſ. 119. n. 7. lib. 2. Papien. in forma libelli pro actio. hypoth. verſ. ſub eodem, nu. 8. Actio verò hypothecaria efficaciores probationes aliquandò ſuper Dominio, aliquandò ſuper poſſeſſione requirit, vt fuſiſſimè explicarunt Ang. Aret. in §. item ſeruiana, nu. 8. inſtit. de actio. Afflict. deciſ. 383. num. 2. & 3. & Neguſ. d. tract. part. 8. memb. 3. num. 6. gloſ. Bart. & Sali. in l. 1. C. de præcar. ſalu. interd. & Bart. in l. 1. numur. 3. ff. eod. Socin. Sen. d. conſ. 112. num. 6. lib. 4. & Neguſ. d. part. 8. memb. 1. num. 6. & Papien. in forma libelli in action. hypoth. glo. in verbo ſub eadem obligatione bonorum, num. 8.

51 Interdictum de vi, & vi armata, & actio, quod metus cauſa differunt. Nam interdictum non ſemper damnum proſequitur. Actio, quod metus cauſa ſic. Petrus de Bellapertica, in l. 1. §. ſi fundus, num. 3. ff. de vi, & vi armata.

52 Interdictum differt ab excommunicatione, vel ſuſpenſione. Nam excommunica-

tur,

tur, vel suspenditur persona. Interdicitur verò locus, Regnum, Prouincia, Castrum, Ecclesia, Villa, Ciuitas, Communitas, Clerus, vel Populus. Lancell. instit. Canon. de Ecclesiastico interd. per totum, c. si sententia. 16. de sent. excomm. in 6. c. si Ciuitas. 17. & c. quia periculosum. 4. eod. tit. in 6. Nicol. Plouius in tract. de interd. Eccles. num. 3. in princ. Secundò; quia communicans cum excommunicato incidit in maiorem excommunicationem, non sic in alijs. Tertiò interdictum relaxatur ad tempus; secus in alijs. Quartò, quia propriè loquendo excommunicatio, & suspensio concernunt hominem, vt proprium obiectum, interdictum verò locum, vt dictum est in prima differētia. Quintò, quia in absolutione ab excommunicatione requiritur certa forma, de qua supra in verbo. Absoluere, & reuocare; quæ non requiritur in interdicto, & alijs, immò nudo verbo ab alijs fit absolutio. Sextò, quia ab excommunicatione peti potest absolutio ad cautelam. Secus in generali interdicto loci. ita Io. de Lignano, in tabula remissoria, quam fecit super tractatu de Ecclesiast. interdict. ver. differunt 1. &c.

53 Interdum differt à plerisq. Ias. in l. iuris gentium, S. prętor ait, n. 1. & seq. ff. de pact.

54 Interesse singulare, & cōmune differunt. Nam singulare consideratur eo ipso, quòd mora committitur, & includitur in hoc lucrum cessans, & damnum emergens. Interesse commune amplectitur interesse quanti plurimi valuit res à die moræ. Dec. & Doct. in l. vinum, ff. si cert. pet. Ianuen. decis. 9. num. 17.

55 Intra terminum, & in termino differunt. Nam qui tenetur comparere intra terminum, sufficit, quòd compareat in quacunque parte termini; qui verò in termino, in fine tantùm termini potest legitimè comparere, nec sufficit ante comparere. Dec. in c. personas, num. 35. de appell. vbi Franc. & Felyn. Cassad. decis. 8. num. 5. eod. tit.

56 Interrogationes de quibus per Specul. de interrogationibus, num. 4. & Bald. in c.

in c. dudum, il 2. num 5. de elect. & in l. 1. & toto tit. ff. de interrogat. actio. differũt à positionibus. Nam illæ fiũt circa præparatoria iudicij; istæ verò circa negociũ principale post litem contestatã ad merita causæ. Bald. vbi supra. Bart. in d. l. 1. num. 1. ff. de interrog. ait Oldrad. cons. 205. Neuiz. cons. 5. Afflict. decis. 7. Menoch. casu 51. num. 2. de arbitr. Ceph. cons. 206. num. 12. Vrsillus ad Afflictum vbi supra.

Interrogationes à positionibus differunt in multis.

Primo interrogans nihil firmat, nec fatetur; secus ponens. Bart. in l. 1. num. 11. ff. de interrogat. actio. & in l. 2. §. quod obseruari, num. 64. & sequent. C. de iureiur. propter calumni. vbi Curt. num. 47. & 48. Castr. in cons. 157. num. 20. lib. 2. Orian. in c. quoniam, contra c. 6. de respon. extra de probat. Alex. in cons. 71. nu. 4. lib. 7. Neuiz. cons. 5. num. 6. & 14. Vrsill. ad Afflictum, decis. 7. num. 10. & 11.

Secunda differẽtia est, quia interrogationes fiũt ante litem contestatam; & ad præparatoria iudicij. Positiones autem post, & ad merita causæ. Orianus, vbi supra Neuiz. d. cons. 5. num. 4. & 7. Curt. d. §. quod obseruari, num. 49. Vrsillus vbi supra, num. 10.

Tertio differunt; quia interrogationes fiunt interrogatiue; positiones autem positiue. Neuiza, d. cons. 5. num. 7. Papiensis, de positionibus, num. 4. & 5. Odofr. in tract. de positionibus, nu. 1. & seqq.

Quarto differunt; quia interrogationi criminosæ quis regulariter non tenetur respondere, nisi ex mero officio Iudicis interrogetur; Secus est in positione criminosa, cui nemo indistincte respondere tenetur. Neuiz. d. cons. 5. num. 68. Osaschus, decis. 66. num. 11. & num. 2.

Quinto differunt; quia ponens tenetur iurare positiones veras; interrogans non vtiq. Ias. in l. Iudices, in fin. C. de iudicijs.

Sexto differunt; quia interrogationes fiunt à Iudice aliquando parte instante, aliquando non; sed ex mero officio. Positiones autẽ sem-

pei fiunt à partibus per allegata supra, in 4. different. Orian. d. c. 6. in princ.

Septimo differunt; quia non respondens interrogationibus habetur pro negante; non respondens positionibus pro confesso, Bald. in l. 1. num. 83. C. de confessis. Curt. vbi supra, num. 4.

Octauo differunt, quia interrogationes fuerunt inuentæ à iure scripto, de quo in d. l. 1. & toto tit. ff. de interrogat. actio. Positiones autem à consuetudine Asinius, in sua praxi, §. 19. c. 24. num. 7. & 8.

Nono differunt ab interrogatorijs quæ dantur super articulis; quia dantur post litem contestatam, & post articulos productos, interrogationes autem ante, & postea vbicunque æquitas id suadeat. l. vbicunque, ff. de interrogat. act. Specul. eod. tit. num. 7. & ibi addentes littera A. Roman. cons. 249. Neuiz. d. cons. 5. num. 14. & seqq. Cephal. in cons. 260. num. 7. lib. 2. Menoch. cas. 50. num. 13. de arbitr.

57 Innuere, & annuere hoc distant; quod innuere est facie significare. Terent. Adel. Annuere quin pugnus continuò in mala hæreat, non innueram, verum in istam partem potius peccato tamen. Annuere est concedere. Virg. lib. 10.

Annuit his Iuno, & mentem lætata retorsit.

Cicer. in Hortensio. Quod cùm vterque nostrû annuisset, omnesq. ad id tempus, quod erat dictû postero die venissemus. Positum est aliquandò annuere pro innuere. Plautus Asinar. Neque illa vlli homini nutet, nictet, annuat. & de verbo annuere meminit I. C. in l. 1. §. si quis ita interroget, & de verborum oblig. & in l. nutu, ff. de legal. 3. & in l. & in epistola de fideicōmis. Card. Mant. lib. 6. tit. 1. num. 18. de coniecturis.

58 Inuidia, & inuidentia. Cic. lib. 3. Thus. Posset etiam in misericordiam, posset in inuidiam, non dixi in inuidentiam; quæ tum est cum inuidentur, ab inuidendo autē inuidia rectè dici potest, vt fugiamus ambiguum nomen inuidiæ, & lib. 4. vt ægritudini inuidentia; vtendum, est enim

est enim docendi causa verbo minus vsitato, quoniam inuidentia non in eo, qui inuidet solum dicitur; sed etiã in eo, cui inuidetur.

Illix, & illex, hoc discernuntur, quod illix ab illiciendo dicatur, illex verò à quo lex non seruetur. Plaut. pænul. Qui malæ rei ante fuimus illices, idem Persa. In iure illex, hoc est viuens sine lege, sine iure labes populi. Innocens, & innocuum hoc distant, quod sit innocens nõ nocens, & innocuum illæsum. Virg. lib. 10.

& sedere carinæ
Omnes innocuæ.

59 Iracundus, & iratus, ebrius, & ebriosus amator, & amans; quid inter se distent. Cicer. discreuit, lib. 4. Thus. Aliud iracundum esse, aliud iratum, vt differt anxietas, ab angore, neque enim omnes anxij qui anguntur, inter ebrietatem, & ebriositatem hoc interest, quod aliud est amatorem esse, aliud amantem.

60 Iteneris seruitutis actus, & viæ differentiam. Vide infra Seruitus itineris.

61 Iubere, & fideiubere differunt. l. 1. §. quid ergo, ff. quod iussu facit contra. l. si filium, §. an filius, ff. de verborum oblig.

62 Iudex vt priuatus, & vt Iudex procedens differt; nam primo casu spoliat, & spoliatus est ante omnia restituendus. l. meminerint, C. vnde vi secundo casu; & si nulliter procedat tamen non intrat spolium. Crauet. in cons. 302. nu. 3. & seqq. Menoch. de recuper. remed. 8. nu. 20. & seqq.

63 Iudex ordinarius differt in multis à Iudice delegato, & primo respectu creationis. Nam ordinarius cõstituitur à Principe, Papa, Imperatore, vel Rege, Populo, Lege, vel consuetudine. Delegatus verò ab omnibus prædictis; & à quolibet ordinario, vt notat glos. in l. & quia, ff. de iurisd. omn. iud. Item à delegato Principis. l. à Iudice, C. de iud.

Itẽ à delegato ad vniuersitatem causarum. l. 1. §. ab eo, & ibi Bart. & Doct. ff. quis & à quo appel.

Secundo differunt, quia ordinarius habet propriam iurisdictionem, & suo iure il-

R 2 lam

lam exequitur, l. more maiorum, ff. de iurisd. omn. iud. Delegatus verò habet iurisdictionem iure alieno, & nihil habet proprium, sed habet solum vsum alienæ iurisdictionis, scilicet delegantis. l. 1. §. qui mandatam, & l. si prætor, ff. de offic. eius, & l. solet, ff. de iurisd. omniũ iud. & l. & quia, eod. tit.

Tertio differũt; quia ordinarius potest regulariter delegare d. l. more maiorum, & l. cognitio, §. cum propriam, ff. de offic. eius, c. cum Episcopus de off. ord. lib. 6. Delegatus verò subdelegare nullo modo potest, vt d. l. more maiorum, & l. à Iudice, C. de iud. & l. final. ff. de offic. eius etiam de consensu partium, secundum Bald. in c. cum Bert. col. 3. vers. quæro vtrum, & c. 1. in fin. de reiud. & Ias. in d. l. à Iudice, col. 2.

Fallit in delegato Principis, quia potest subdelegare, vt d. l. à Iudice, C. de Iud. & c. pastoralis, & c. venerabilis, de offic. deleg. & c. si duo, de off. deleg. lib. 6. & notat Abbas, in c. si pro debilitate, de offic. delegat. & est tex. in l. 1. in fin. C. qui pro sua iurisd. vbi Bald. in 6. not. dicit quid etiam causas meri Imperij delegare potest de cuius dicti veritate, vide Alex. in l. 1. col. antepen. & pen. de offic. eius, vbi de hoc examinat plenũ articulum, multas alias fallentias, vide per Ias. in d. l. à Iudice, vbi plene attingit hanc materiam.

Quarto differunt; quia ab ordinario substituto non appellatur ad substituentẽ eum, & quando sumus in Vicario, alioq. Locũtenente ordinario; sed appellatur ad eum, ad quẽ appellatur si substitutus pronuntiasset. l. 1. §. 1. & ibi Bart. ff. quis, & à quo appell. & Bart. in l. precipimus, in princ. C. de appell. & tex. in c. Romana, & ibi glos. & doct. de appel. lib. 6. & in c. non putamus, de cons. lib. 6. sed à delegato appellatur ad dilegantem, vt in locis præallegatis, controuertitur apud Fachineum, lib. 1. controuersiarum iuris c. 78. per totum. Quid autem si appellatur à subdelegato in casu in quo causa subdelegari potest? an sit appellandũ ad primum delegantem omisso medio;

medio; vel ad medium subdelegantem. Dic quod de iure ciuili à delegato Principis potest appellari ad subdelegantem. l. 1. in fin. C. qui pro sua iurisd. & habetur per Bart. in d. l. 1. ff. qui, & à quo appell. sed de iure Canonico debet appellari ad Principem delegantē omisso medio, c. si duo, de offic. deleg. lib. 6. sed indelegatis ab inferiore à Principe, indistinctè appellatur ad primum delegantem; & potest sumi exemplum in subdelegato à delegato ad Vniuersitatem causarum, qui potest subdelegare, secundum Bart. in d. l. 1. §. 1. quia quo ad hoc æquiparatur ordinario, secundum Bald. in l. si vt proponis, la 1. C. quomodo, & quando Iud. & Bald. in l. fin. C. de Iud. & glos. in c. cum causa, de appellat. & tota ista est opinio Bart. in d. l. 1. §. 1. qui facit duas differentias vna inter ius Canonicum, & Ciuile, vt supra retuli, & aliam inter delegatum à Principe; & ab inferiore; sed ista opin. Doct. communiter non tenetur, & veritas est, quod non debent fieri prædictæ differentiæ; sed solum sit differentia, aut delegatus subdelegat totam causam, aut partem sibi reseruat; primo casu in distinctè, tàm de iure Canonico, quàm Ciuile appellatur ad primum delegātem, tex. est, in c. super quæstione, § porrò, & ibi glos. & Abb. de off. deleg. & in d. l. 1. §. 1. ff. quis, & à quo appell.

Secundo casu appellatur ad subdelegantem, ita loquitur. in d. l. 1. in fin. C. qui pro sua iurisdictione, & probatur, ibi, dū dicit causas iudicandas, &c. Vnde sola pronuntiatio, videtur delegata, & non tota causa, istam conclusionem, tanquam veriorem tenet Philip. in c. cum dilecti, lo 3. col. 3. in princ. & etiam Abb. & communiter Doct. ibi, & in d. §. porrò, & cum ista opinione pertranseo contra Bart.

Quinto differunt; quia delegatus non potest absoluere ab obseruationi iudicij ante litem contestatam; nec facere præceptum diffinitiuum; secus in ordinario, ita tenet Bald. in l. si reus, in 1. lect. in fin. col. 1. ff. de procur.

Sexto differunt; quia ordinarius

dinarius dicitur habere iurisdictionem fauorabilē delegatus verò odiosam. glos. est in c. 1. in vers. processus prope fin. de rescriptis, lib. 6. & hanc etiam differentiam ponit. Alex. in l. 1. ff. de damno infect. & in l. 1. col. 15. ff. de offic. eius.

Septimo differunt; quia quando sunt plures Iudices ordinarij potest vnus, sine alio ab initio cognoscere, & sententiare. l. 1. ff. de off. eius & l. Pomponius, aliàs incipit si vni, & ibi Bar. ff. de re iud. Ratio est, quia quilibet habet officium insolidum. l. Imperator, ff. ad mancip. secus est in delegatis; quia si vnus sine alio procedit, processus est nullus. l. duo. ex tribus, ff. de re iud. & c. causam, el primo, & c. cum causam, de off. deleg. adeo, quod si etiā est proferēda interlocutoria non potest vnus, sine alio eā proferre, secundum Abb. in d. cap. causam, in 3. not. & Bart. in d.l. si vni.

Quod fallit, quando in commissione esset apposita clausula, quod si omnes, & c. vel alia similis; verum tunc debent requiri prius collegæ aliàs sine requisitione, & declararione, quod non possunt interuenire; non possunt alij soli procedere tex. est, & ibi, Abb. & Felyn. in c. prudentiam, in princ. de offic. deleg. in delegatis autem ad vniuersitatem causarū est idem, quod in ordinarijs, secundū Bar. in d.l. si vni, & ibi etiam glos. Alex. dicit hanc esse communem opin. licet Abb. in d. c. causam tenuerit contrarium, & male: secundum eum.

Quid autem in arbitris? dic idem, quod in delegatis. l. si in tres, ff. de arb.

Octauo differūt; quia iurisdictio ordinarij potest prorogari; cuius prorogationis ratione potest inducere extra territorium. l. si conuenerit, ff. de iurisdict. omn. Iudic. & l. 1. & 2. ff. de iud. sed iurisdictio delegati non potest prorogari, nec potest cognoscere delegatus, nisi inter personas contentas rescripto delegatorio, c. P. & G. de off. deleg. & l. priuatorum, C. de iurisd. omn. Iudici.

Nono differunt; quia in pluribus delegatis vno mortuo expirat officiū omnium; adeo

adeo quod vlterius ex illa delegatione cognoscere non possunt, cap. penult. de offic. deleg. secus in pluribus ordinarijs, vt notat Abb. in d.c. penult. dum refert se ad ea; quod dixit in c. prudētiam, in prin. eod. tit. vbi hoc dixit in 4. col. & glos. in c. vt officium de hæretic. li. 6. & Bar. in l. 1. §. si plures, ff. de exer. & ad hoc potes adducere omnia ea, quæ dixi supra in octaua differentia, & idem diximus in pluribus arbitris, quod in delegatis, vt d. cap. penult.

Decimo differunt; quia in dubio appellatione iurisdictionis intelligimus de ordinaria non de delegata, secundum Abb. in c. penult. vers. quæro an Vicarius, & c. 1. de offic. Vic. & Alex. in rubr. ff. de iurisdict. omn. Iudic.

Vndecimo differunt, quia coram Iudice ordinario, quia non potest cognoscere, nisi de certa summa non fit coaceruatio plurimum summarum diuersis actionibus in eodem libello cumulatarum ad impediendam suam iurisdictionem. l. si idem, cum eod. in princ. ff. de iurisd. omn. Iudic. secus coram delegato. Hanc differentiam posuit Ias. in d. l. si idem cum eo in 1. not. Ratio est quia delegata iurisdictio derogat ordinariæ, cap. studuisti, de offic. leg. & c. tamen, de off. deleg. Ergo debet restringi pro conseruanda iurisdictione ordinaria, & sic debet fieri coaceruatio. l. si plures. §. fin. ff. de pac. alias esset in odium ordinarij; quod fieri non debet, secundum Bar. in d. l. si idem cum eo in princ. Item quia iurisdictio delegata est odiosa ergo restringenda, c. odia de reg. iur. lib. 6. & l. cum quidam, ff. de liberis, & posthumis, & dixi supra in 8. differentia.

Duodecimo differūt; quia sentētia lata per ordinarium contra ius litigatoris valet, & transit in rem iudicatam; si non appellatur; vt habetur in c. cum inter de re iud. & in l. cum probatis, & ibi per Alex. & Doct. ff. de re iudic. secus si est lata per delegatum, ita tenet Host. in c. fin. de præb. & in c. 1. de off. deleg. lib. 6. & Old. in cons. 8. col. 1. & Barb. in additio ad Abb. in c. cum dilata de re-

script.

fcript. in additio, quæ incipit ordo iuris, &c. poft medium.

Decimotertio differunt; quia proceffus contumaciæ punitiuus per delegatum factus contra citatum non cõparentem; fi in veritate ille non erat delegatus. non valet quamuis fuiffet dubium; fecus fi fiat per ordinarium, qui in veritate non fit ordinarius. dummodo poffit effe; quia bene valet, ita dicit Abbas in cap. præterea, col. pen, de dil.

Decimoquarto differunt; quia ordinarius poteft reuocare fententiam fecundi decreti, fed delegatus non. Iftam differentiã ponit Alex. in l. quod iuffit, col. 6. ff. de re iudic. referens ita tenere Innocent. in cap. confultationibus, de offic. deleg.

Decimoquinto differunt; quia delegatus poteft in totum recufari vt fofpectus, vt remoueatur; fed ordinarius non. fed datur fibi adiunctus fecundum Bart. & Doctor. in l. apertiffimi, C. de iud. nifi effet delegatus ad vniuerfitatem caufarum; quia tunc fimiliter debet fibi dari adiunctus. glof. eft nota in l. fin. glof. 1. C. de iud. & quod dixi in delegato procedit etiam in delegato Principis; fecundum Abbat. in c. fuper quæftionum, §. quem vero, de offic. deleg. & hoc eft de iure Ciuili, de iure vero Canonico, tàm ordinarius, quã delegatus poteft in totum recufari. c. fi quis contra Clericum, vbi Abb. & Doct. de foro competenti, & idem Abb. in c. cum fpeciali, in 1. notab. de appell. dummod. caufa legitima inferatur; & probetur; alias recufatio non admittitur, vt dicit Abb. ibidem, & in d. §. quem vero, & eft tex. in c. 2. requiritur de appell. fecus eft de iure Ciuili; quia non oportet inferere caufam fufpicionis, fecundum Bart. in d. l. apertiffimi, & glof. in l. quia poterat, ff. ad Trebell. & glof. in l. item fi fufpectus, ff. de procur. & Iaf. plenè, in d. l. apertiffimi; & quæ fint iftæ iuftæ caufæ recufandi Iudicem fufpectum tangit. Specul. in tit. de iud. deleg. §. fuper eft.

Hodie autẽ in Regno feruatur ius Canonicum ex difpofitio-

ſpoſitione Regiæ Pragmaticæ quæ incipit. Item ſi contingat; per quam diſponitur; quod tàm ordinarius, quàm delegatus poteſt recuſari, vt ſuſpectus, vt remoueatur in totum, & debet allegari, & probari iuxta cauſa ſuſpicionis coram Diœceſano loci; ſeu eius Vicario, vt ibi habetur.

Decimoſexto differunt; quia ordinarius poſtquam eſt recuſatus, vt ſuſpectus, poteſt cauſam alteri delegare. c. ſi quis contra Clericum de foro compet. & c. cum ſpeciale, & ibi Abb. & Philip. de appell. delegatus verò recuſatus non poteſt cauſam committere. c. Iudex ab Apoſtolica, de offic. deleg. lib. 6. Cum diſtinctione tamen, de qua ibi ſupra, aut nondum eſt propoſita recuſatio, & poteſt committere, aut eſt propoſita, ſed nondum fuit pronunciatum ſuper ea, & tunc non poteſt committere, niſi de conſenſu partium. Aut eſt pronunciatum; & tunc etiam de conſenſu partium non poteſt cõmittere; quia poſt pronunciationem deſijt eſſet Iudex, vt d. c. Iudex ab Apoſtolica, & loquor de delegato Principis, quia in eo cadit hoc dubium; nam delegatus ab inferiore ſine dubio, non poteſt ſubdelegare, vt ſupra dixi in tertia differentia.

Decimoſeptimo differunt; quia ordinarius poteſt delegare totam cauſam; & ſententiam ſibi reſeruare, dummodo audiat interim causã, ſcilicet in principio, ideſt in litis conteſtatione in medio, & in fine, C. de iud. auth. ad hæc. delegatus verò, hoc facere non poteſt, nam aut totam cauſam committere debet, aut nihil. vt not. gloſ. in d. auth. ad hęc, in verſ. delegatus, vnde non poteſt ſententiam ſibi reſeruare; etiam ſi eſſet delegatus Principis, & hoc de iure Ciuili, ſecus de iure Canonico, quia poteſt ſibi reſeruare ſententiã. c. ſuper 9. in princ. de offic. deleg. & prædictam differentiã ponit Barr. in l. nec quidquam, §. vbi decretum, col. 3. ff. de offic. Procur. dum ponit differentiam inter decretum, & ſententiam; & Alex. in rub. ff. de offic. eius, col. 2.

Decimo octauo differunt; quia ordinarius poteſt ſuam ſentẽtiam exequi delegatus vero non; imò ſua ſententia mandatur executioni per ordinarium. l. à diuo Pio, in princ. & ibi gloſ. & Bart. ff. de re iudic. & hoc procedit in delegato ab inferiore à Principe, vt eſt tex. etiam in l. properandum, §. ſin autem reus iuncta, gloſ. in verſ. ad maiorem, C. de iud. & tenet Alex. in d. l. à diuo Pio, col. 3. & 4. & Abb. in c. ſi quis contra Clericum, col. fin. de foro compet. ſecus in delegato Principis; quia, tàm iure Ciuili, quam Canonico, poteſt ſententiam exequi, ſecundum Alex. in d. l. à diuo Pio, col. 2. & Abb. in d. cap. ſi quis contra Clericum, col. penult. & c. ſignificaſti, de off. deleg. quam ſententiam poteſt exequi infra annum tantum, & non vltra c. quærenti, de offic. deleg. Item poteſt delegatus à Principe cõmittere ordinario executionem ſuæ ſententiæ, vt d. c. ſignificaſti, & c. ſanè, eod. tit. & tenetur ordinarius ſibi obedire etiam ſi iniuſta ſit ſententia, tex. eſt in c. paſt. §. quia vero, de offic. deleg. & not. in d. §. ſanè, & d. c. ſignificaſti. Item prædicta de delegato inferiore à Principe procedunt de iure Ciuili, ſecus de iure Canonico; quia ſi delegatus habebat poteſtatem delegandi, poteſt etiam delegatus exequi, ſecũdum Abb. in d. c. ſi quis contra Clericum, col. penul. & fin. & ratio eſt; quia executio, eſt mixti Imperij; & de iure Canonico delegãtur, ea; quæ ſunt mixti Imperij, ſecundum gloſ. in c. quod, ſedes, de offic. ord. & Bart. in l. nec quidquam, §. vbi decretum, ff. de offic. proconſ. licet ſecus ſit de iure Ciuili; vt habetur in l. iubere cauere, ff. de iuriſd. omn. Iud. & in l. 1. ff. de offic. eius.

Decimonono differunt; quia ordinarius poteſt ampliare; & minuere tempus, quod datur ex cauſa. l. 2. ff. de re iud. ſed delegatus non: quia ex quo ipſe non exequitur ſententiam ſuam; vt modo dixi in præcedenti differentia, non poteſt imponere legem ſuperiori exequenti, ſcilicet ordinario delegan ti, c. ex inſinuatione de appell.

pell. hanc differentiam posuit. Bart. in d. l. 2. in 1. q.

Vigesima differentia est; quia appellatione magistratus non venit delegatus, sed tantum ordinarius, secundum Paul. de Castr. quem sequitur Alex. in l. cum qui, ff. de iur. omn. iud. quod facit, secũdum eum, pro interpraetandis statutis loquentibus de Magistratu, vt non comprehendant delegatum, pro quo est tex. in l. properandum, in princ. in vers. siue magistrantib. &c. C. de Iud.

Vigesimoprimo differunt; quia ordinarius debet delegare causam suo subdito; quem potest compellere ad acceptandum. c. post, & ibi Abb. in princ. & in c. quod sedes, de offic. ord. & l. 1. C. qui pro sua iurisd. non subdito inuito non potest causam delegare; sed volente tantũ, secundum Bart. in d. l. 1. vbi ita limitat dictam legem, & Abb. in d. c. pastoralis, in 4. not. ita intelligitur, tex. in l. & si praetor, ff. de off. eius; sed delegatus à Principe, potest causã sub delegare cuicunque etiam suo superiori, & non subdito etiam inuito. Vnde si delegatus Papae est minimus Clericus potest causam subdelegare Archiepiscopo etiam inuito, c. pastoralis, in princ. & ibi Abb. in penult. not. & c. sanè quia de offic. deleg. Verum circa hoc scias, quod delegatus Papae, debet subdelegare causas illis personis, quibus delegat Papa, scilicet in dignitate constitutis, per c. statutum, de rescript. lib. 6. alias subdelegatio non valet; & processus factus esset ipso iure nullus, ita tenet Abb. in d. c. pastoralis, in fin. illius princip. de offic. deleg. & Alex. in cons. 77. col. 2. in 2. vol.

Vigesimosecundo differũt; quia ordinarius si protulit sententiam nullam; potest, & iterum de causa cognoscere; & sententiare. l. si praeses, C. quomodo, & quando Iud. & l. 1. C. de sent. & l. si accusationibus, C. de accus. & Bart. in l. Iudex, post quã, ff. de re iud. delegatus vero, qui nulliter pronunciauit, nõ potest vlterius de causa cognoscere. l. si vt proponis, C. quomodo, & quando Iud. etiam si sit delegatus à Principe,

cipe, secundum Bald. in d.l. si vt proponis,col.2.& Alex. plenè,in rub. ff.de offic.eius, col.2. nisi esset delegatus ad Vniuersitatem causarum; quia habetur,vt ordinarius. Bald.in d. l. si vt proponis, & Felyn. in c. in literis, col. 1. de offic. deleg. & de prædictis, an quando; & qualiter procedant in delegato, vide plenè, per Felyn. in c. qualiter,& quando,el 1.col. antepen. & pen. de accus. & qualiter procedant; in ordinario,quod possit iterato cognoscere; vide Abb. in d.c. in literis, & Bart. in d. l. Iudex, postquam de re iudic. Quo autem ad reuocandam interlocutoriam; non est differentia inter ordinarium, & delegatum; quia vterque potest eam reuocare, secundum glos. in d. l.quod iussit, ff.de re iud. & ibi etiã Alex. in 1. col. & est tex. in c.cum cessante,& ibi Abb.in 2.not. de appell.quod limita,vt infra proxima differentia.

Vigesimotertio differunt; quia ordinarius si pronunciat se non Iudicem, vel iurisdictionem non habere, potest hanc suam interlocutoriam reuocare, secundum Bald. in l.si præses per illum tex. C. quomodo, & quando Iud. secus in delegato, quia talem interlocutoriam non reuocat. c. significantibus, & ibi Abb. & doct. de off. deleg. hanc differentiam in terminis ponit Lud. Rom. in cons. 358. in fin. & Barb. in add.ad Abb. in d.c.significantibus,quibus adde Bartol. in repet. l. 2. col. 3. ff. si qui in ius voca.non ier. & in d.l. quod iussit, ff. de re iud.

Vigesimoquarto differũt; quia ordinarius potest delegare vnum articulum, causæ iurisdictionalem, vt est glos. in cap. super quæstionum, vers. quicunque,de offic.deleg.quia si potest totam causam multo magis vnum articulum. delegatus vero, non potest etiam vnum articulũ iurisdictionalẽ sub delegare, secundum Abb. in d.c. super quæstionum, in princ. super d. glos. in vers. quicunque; sed articulum non iurisdictionalem potest subdelegare,ita tenet Alex. in l. more, col. 5. ff. de iur. omn. iud. licet Bart. ibi contrarium teneat, & male, quia communiter

muniter reprobatur, secundum Abb. in d.c.super quæstionum; fallit in delegato ad vniuersitatem causarum; quia illæ æquiparatur ordinario; vt pluries dictum est supra, secundum Abb. in d. c. super quæstionum, col. 4. Non tamen potest subdelegare vniuersam suam delegationem, vt not. Host. in tit. de offic.deleg. §. quis possit; quem sequitur Alex. in l. à Iudice, C.de Iud. quia etiam ordinarius non posset totam suam iurisdictionem delegare in consulto Principe. l.penult. & ibi not. ff. de offic. præsid. Quis autem dicatur delegatus ad vniuersitatem causarum, vide Ias. in d.l. à Iudice, secundo fallit in delegato Principis; vt d.c. super quæstionum, & ibi Abb. in 4. col.

Vigesimequinto differũt; quia ordinarius potest aliquem citare per ædicta, & idem in delegato Principis. tex. est in auth. qui semel, C.quomodo, & quando Iud. & in §. omne in auth.de litig. sed delegatus inferioris hoc facere nõ potest, vt not. in d.auth. qui semel, in vers. delegatis, & ibi etiam Bart. vers. venio ad secundam, & c.& Bart. in extrauag. ad reprimendam, in vers. prædictum, & Bart. in l. plerique, ff. de in ius vocan.

Vigesimosexto differunt; quia delegatus inferioris à Principe, non potest citare aliquem realiter, scilicet capiendo ipsum de persona, sed ordinarius sic, & delegatus à Principe: ita tenet Bar. Alex. & communiter Doct. in l.2.ff. de iur.omn.Iud. cõtra glo. ibi siue ante lit.contest. siue post, & idem Bart. in l. plerique, ff. de in ius, voc. & quod dixi in delegato Principis, vt sit idẽ, quod in ordinario, ista est communis conclusio quã tenet Bart. in d.auth. qui semel, C.quomodo, & quãdo iud. & Alex. in d.l.2. col.3. & de prædictis, est tex. cum glos. in l. consentaneum, C. quomodo, & quando Iud.

Vigesimoseptimo differunt, quia delegatus citans, debet citare cum inserto tenore suæ delegationis, alias sibi non creditur, nisi doceat de commissione; & copiam faciat, c. cum in iure; & ibi Abb.

Abb. & Felyn. de off. deleg. & in c. præterea de dilat. & Bart. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ier, sed ordinarius hoc facere non tenetur; sed sufficit, quod mandet Nuncio, vt aliquem citet solo verbo, sine literis, tex. est in c. cum dilecti, ibi viua voce, & c. de do. & cont. & Specul. in tit. de cit. §. sequitur, vers. vtrum, & est ratio, quia semper præsumitur pro iurisdictione ordinaria, secus pro delegata, ita dicit Abb. in d. c. cum in iure, col. pen.

Vigesimo octauo differũt; quia iurisdictio ordinarij nõ expirat per mortem superioris cõstituentis ipsum, etiam re integra, secundum Host. in c. quoniam Abb. de off. deleg. & Abb. in cap. relatum, eod. tit. & est tex. in l. & quia, ff. de iurisd. omn. Iud. & est etiam tex. clarus, in c. legatos, in fin. de offic. leg. lib. 6. Iurisdictio delegati extinguitur morte delegantis. d. l. & quia, & d. c. relatum, & c. gratum, & c. licet vndiq. de off. deleg. & in c. fin. de offic. leg. Dicitur autem res integra, quando nondum est facta citatio, & ista est communis opinio; quam tenent Bart. & Doct. in d. l. & quia per, d. c. gratum, & d. c. fin. & not. Abb. in d. c. relatum; quod procedit etiã in delegato Principis, per prædicta iura, & not. glos. in verb. principaliter, in d. l. & quia; & in tantum extinguitur iurisdictio morte mandantis; quod etiam de consensu partium, non posset delegatus procedere, & glos. est in c. cum venissent, in verbo agerit, de test. Item procedit, etiam si delegatus ignoret delegantem esse mortuum, secũdum Bart. in d. l. & quia, col. 2. Item procedit etiam in delegato ad vniuersitatem causarum, nã quoad hoc æquiparatur ordinario: est enim necesse, vt saltem vna causa sit cœpta coram eo; vt res desinat esse integra, secundum Bart. in d. l. & quia, vers. quæro, quid si plures, quem, ibi sequitur Alex. & communiter Mod. & Abbas in d. cap. relatum; illud autem; quod dixi in delegato Principis, limita multis modis, vt per Ias. in d. l. & quia, col. 4. Item illud, quod dixi

dixi in ordinario, limita non procedere quando vna iurisdictio ordinaria, cohæret alteri ordinariæ, vt accessoria, sicut dicimus in Vicario, qui est ordinarius, & tamen eius iurisdictio finitur morte Episcopi alterius constituentis, secundum Alex. in d.l.& quia, col.1.& Host. in d. c. quoniam Abbas, & Abb. in cap. penult. de offic. Vicar. tunc enim iurisdictio deuoluitur ad capitulum, vacante Sede, c. 2. extra ne Sede vac.

Vigesimonono differunt; quia Iudex ordinarius, etiam minimus potest delegare causam cum potestate subdelegandi, vt est glos. in c. is, cui de offic. deleg. lib. 6. & Bart. in l. mora,& ibi etiã Alex. in 5.& 6. col. ff. de iurisd.omn.iud. vbi dicit hanc esse communem opinionẽ; & Felyn. in c.super quæstionũ, §.si vero, vers. fallit quarto, & c. de off. deleg. Secus in delegato etiam Principis, secundum Alex. in rub. ff. de off. eius, col. 3. & glos. in c. super quæstionum, §. porrò, vers. transfert totam, de off. deleg. hanc differentiam, sentit Bald. in l. à Iudice, & ibi Sal.& communiter Doct. C. de Iud. & Abb. in c. cum Bertoldus, de re iud.& Bart. in l. solet, ff. de iur. omn. iud. & Alex. in cons. 157. col. 3. in 2. vol. vbi dicit hanc communem opin. & Ias. in l. 1. col. 8. ff. de off. eius. Prædicta limita, nisi delegatus subdelegaret sciente, & patiente ordinario, quia tunc potest, secundum Alex. in præalleg. cons. 157. & Ias. in d.l. à Iudice, col. 3. in 4. limita.

Trigesimo differunt; quia quilibet ordinarius habens merũ, & mixtum Imperium, potest suam sententiam dubiam interpretari, & etiam sententiam sui delegati, sed delegatus hoc facere non potest, secundum Bart. in l. ab executione, vers. veniamus ad secundam partem, & c. ff. de appell. & Alex. in rub. de off. eius, col. 2.

Trigesimoprimo differũt; quia ordinarius potest condemnare victum victori ad expensas reseruata, sibi taxatione. l. terminato, C. de fruct.& lir. expen.& ibi Bar. & Bald. Se delegatus hanc reser-

reseruationum facere nõ potest; & si fecerit est nulla, vnde delegans potest postea taxare, ita dicit Bart.in l.ab executore, col. pen. ff. de appell. & Bart. in d.l.terminato, quod tamen intellige procedere in tali delegato; qui non potest sententiam exequi, de quo dixi supra 18. differentia; secus si potest exequi, ita dicit Bart.in locis præalleg.

Trigesimosecundo differunt; quia ordinarius potest cognoscere de causis meri,& mixti Imperij. Intellige tamen de ordinario illustri spectabili, vel clarissimo leg.illicitas. §. qui vniuersas,ff.de offic. præs. de quibus habetur per glos.& moder. in l.1. ff.de off.eius, quia infimi magistratus, prout sunt defensores Ciuitatum non habent huiusmodi causas,nisi modicam coertionem. l.Magistratibus, ff. de iur. omn. Iud. & in auth. de defens. Ciuit. §. apud. Verum hodie omnes Magistratus municipales, qui Capitanei appellantur cognoscunt de causis meri, & mixti Imperij; quia æquiparantur presidibus, vt not. glos. in l. fin. in vers. id est, C. de præscrip. long. temporis, quod fuit inductum per pacem Constantiæ, secundũ Bal. in tit. de pace Const.in vers.criminalibus,&Io.And. in addit. Spec. in tit. de iur. omn. Iud. col. 1. & Ang. in l. 1. §. solent, ff. quan. app. sit, sed delegatus non cognoscit de causis meri, & mixti Imperij, quia talia delegari non possunt. l. 1. in princ. ff. de offic. eius, & l. iubere cauere, ff. de iur. omn. Iud. & l. 2. C. de ped. Iud. & l. nec quidquam, §.vbi decretum,ff. de off.procons.secundum vnum intellectum. Item prædicta intellige, de mero Imperio,maximo maiori,magno,& paruo. De minori autem, & minimo bene cognoscit delegatus, secundum Bart.in l.Imperiũ,col.3.& 4. de iurisd.omn.Iud.fallit hoc ratione absentiæ,vel infirmitatis, quia tunc ordinarius delegat merum,& mixtum Imperium; vt d. l. 1. vers. huius rei,& ibi Bar.&Alex. ff. de offic. eius, nisi quando veniret pena mortis, vel abscissionis membri; quia delegatus non potest huiusmodi

causas

causas delegare; vt in auth. de collat. §. ad hoc prohibemus. Item fallit in Principe, qui potest huiusmodi causas delegare. l. fin. C. vbi Sen. vel Clarif. & Bart. in d. l. 1. in 2. q. ff. de offic. eius. Item fallit in causa restitutionis in integrum; quæ licet sit mixti Imperij. l. ea quæ, §. 1. & ibi not. ff. ad municip. tamen delegari potest. l. fin. C. vbi, & apud quem. Item fallit de iure Canonico, secũdum quòd omnes causæ meri, & mixti Imperij delegantur. c. quod sedes, & ibi glos. de offic. ord. & glos. in Clem. 1. de offic. deleg. & Alex. in cons. 106. col. pen. in 2. vol. Item fallit in delegato Principis, qui potest huiusmodi causas subdelegare; secundum glos. & Bald. in l. vnica, C. qui pro sua iur. & Bar. in d. l. 1. in 3. q. quamuis, ibi Alex. & alij contrarium teneant, tamen ista est magis communis opin. quam reassumpsit, ibi Ias. in d. l. 1. col. 19. & Abb. in c. venerabilis, de offic. deleg. Quod limita nisi electa esset industria personæ. l. inter artifices, ff. de sol. & l. nemo, ff. de duobus reis, quod quomodo cognoscatur, vide Abb. in c. fin. de offic. deleg. & Ias. in l. à Iudice, C. de Iudic. Item limita, nisi esset facta delegatio de aliquibus casibus reseruatis Principi; quia tunc non subdelegat, vt not. Alex. in d. l. 1. col. fin. ff. de offic. eius; & Bald. in l. gesta, C. de re iudic.

Trigesimotertio differũt; quia eximẽs vocatum in ius coram delegato; non tenetur edicto, ne quis eum, &c. l. 3. §. si quis, ff. ne quis eum, & Bald. in rubr. extra de offic. deleg. col. 1. Secus si coram ordinario, vt in toto illo tit. & inst. de act. §. pœnales; & ibi per mod. & prædicta procedunt, etiam in delegato Principis, secundum Alex. in rub. de offic. eius, col. 2.

Trigesimoquarto differũt; quia Capitulũ Sede vacãte, succedit in iurisdictione ordinarij. c. 1. de maior. & obed. lib. 6. & c. 2. ne Sede vac. & not. in c. 2. ne præla. Vic. suas; non tamen succedit in iurisdictione delegata, secundum Card. in Clem. 1. vers. duo, in 8. q. de hære.

Gem. in d. c. 2. de maio. & obed. lib.6. & Io. And. in c. cum olim, col.pen. de maio. & obed. & habetur in c. ad abolendam de hær.

Trigesimoquinto differũt; quia delegatus Papæ non potest demandare potestatem absoluendi ab excommunicatione, nec prædicandi, nec prouidendi ecclesijs de Prę latis. c. is cui, de offic. del. lib. 6. & tamen ordinarius, hæc omnia demandare potest; vt habetur in c. inter cętera, & fin. de off. ord. & c. causam, de elect. & c. fin. de offic. deleg.

Trigesimosexto differunt; quia ordinarius potest libere instituere præsentatum in ecclesia per patronos. c. ex frequentibus, de instit. secus in delegato quando coram eo vertitur, quæstio inter patronos de iure præsentandi, & ipse fuit delegatus à Papa, vt ordinet ecclesiam; & prouideat de Rectore; quia potest tantum iudicare, quis sit instituendus, & Episcopus diocœsanus habebit ponere ipsum in ecclesia, & instituere; sed ipse delegatus instituere non potest. c. super eo, & ibi Abb. de offic. deleg.

Trigesimoseptimo differunt, quia ordinarius potest imponere maiores mulctas. l. eos, C. de modo mulcta, & Alex. in rubr. ff. de off. eius, col. 2. in fin. Delegatus vero licet possit mulctas imponere. c. pastoralis, & c. de causis, de offic. deleg. non tamen potest excedere summam sex aureorum, si est de personis Illustribus spectabilibus, vel clarissimus; si vero est de minoribus, non potest excedere tres aureos. l. 2. de sportu. & Host. in d. c. de causis, & procedit hoc etiam in delegato Principis; vt ibidem dicit Alex. Scias tamen quod hodie dispositio. d. l. eos, C. de modo mulcta, non est in vsu, & Iudices de facto eam non seruant; sed imponunt mulctas ad eorũ arbitrium, ita dixit Spec. in tit. de sent. prola. §. species, vers. sed nũquid titulus, &c. & Alex. in cons. 35. in 2. vol. col. pen. & Ias. in l. 3. §. quid prætor, in fin. ff. ne quis eum.

Trigesimo octauo differunt; quia si delegans excommunicetur, non per hoc suspenditur iurisdictio delegati,

gati;secundum glos. &Innoc. in c. licet, de offic. deleg. & Specul. in tit. de iud. del. §. restat, vers. quid super duobus,& c.secus est in Vicario; qui habet iurisdictionem ordinariam, vt supra dixi, & tamen excommunicato Episcopo suspenditur iurisdictio Vicarij, cap. Romana, de offic. Vic. lib.6. vide tamen Abb. in d. c.licet, qui non tenet indistincte illud, quod dixi de delegante excommunicato, nam distinguit prout in delegãte mortuo, aut fuit excommunicatus re integra, aut non. Illud tamen, quod dixi de Vicario, non intelligas procedere in quolibet ordinario, vt per Abb. in d. c. licet, col.fin. quia iurisdictio ordinarij non, finitur morte constituentis multo, minus finitur excommunicatione.

Trigesimonono differunt; quia ordinarius potest delegare causam, cum clausula appellatione remota; quod intellige de tali ordinario; qui habeat supremam potestatẽ prout est Princeps,quia solus Princeps vtitur ista clausula in delegationibus. vt est glos. in c. super quæstionũ, in princ. in vers. prouocationis,de offic.deleg. & glos. in c.quod transactionẽ, in glos. mag. in fin. de offic. deleg. & tex. in l.1. in fin.ff. à quibus appell.non licet, & Specul. in tit. de delegato,§. nunc ostendendum, vers. 14. sed delegatus Principis, non potest causam subdelegare, appellatione remota. tex. est in d. c. super quæstionum,§. nos autem, de offic.deleg. & Abb. in d. c. super quæstionum,§.si vero,in 2. not.Scias tamen quod ista clausula nõ operatur prẹiudicium tertij; quia non impedit tertium appellare, tex. est, & ibi Abb. in c. super eo, de offic.deleg.

Quadragesimo differunt; quia quando cõmittitur ordinario per superiorem aliqua causa, quæ spectabat ad eius iurisdictionem censetur eius iurisdictio excitata; adeo quod non per hoc efficitur delegatus; sed remaneat ordinarius; etiam in illa causa;& illa commissio appellatur iussus, & non delegatio tex.est,in auth. vt nulli iud.§.& hoc vero iubemus propter quem,ita tenẽt Bart.

& Doct. in l. more, ff. de iurif. omn. iud. & Felyn. plene, in c. licet, de offic. ord. secus est, quando fit commissio alicui; qui non erat ordinarius in illa causa; quia ille censetur mere delegatus; vt in toto tit. de off. deleg. illud autem, quod dixi in ordinario, limita, nisi in commissione effet in aliquo alterata eius iurisdictio; quia censetur tũc delegatus, & nõ dicitur tunc iurisdictio excitata, secundum Felyn. in d. cap. licet, vbi plene de hoc.

Hæc omnia in occurrenti materia de officio eius scolaris Collegi Pisis, dum audiebam Guerrinum Soaccium, ibi matutinis horis ordinarium legentem.

64 Iudicia publica, & alia iudicia differunt; nam publica, neque per actiones ordinantur, nec omninò quicquã simile habẽt cum cæteris iudicijs, magnaq. diuersitas eorum est; & in instituendis, & in exercendis, §. publica iudicia. Instit. de pub. iud. l. ordo. 8. ff. eod. Cuiacius, lib. 8. obseruat. c. 33.

65 Iudicia publica, & priuata differunt. Nam priuata sunt, in quibus iniuria, quæ homini priuato illata est vindicatur. Publica in quibus, quæ Reipub. Plato, lib. 6. de legib. Iacobus Cuiacius, lib. 8. obseruat, cap. 33. per totum.

66 Iura suitatis habere, & suũ esse. Vide infra Suum esse, & Iura suitatis habere.

67 Iuramentum de veritate dicenda differt à iuramento calumniæ. c. præsentium de testib. in 6. vbi Host. & à simplici loquæla, notatur tripliciter differre in c. debitore, de iureiur.

68 Iuramentum confirmatorium, & assertorium differunt. Nam ex iuramento cõfirmatorio oritur actio, ex simplici assertorio nõ oritur. Fortunius Gracia, in tract. de vlt. fine, iuris Canonici, & Ciuil. num. 315. & 316.

69 Iurare, promittere, & satisdare differre remissiuè, notatur in addit. ad Tholos. decis. 63. num. 2. fol. mihi 442.

70 Iurgium, & lis hanc habeant differentiam, quod iurgium leuior res est; si quidẽ inter beneuolos, aut propinquos dissentio, vel concertatio iurgium dicitur, inter ini-

ter inimicos dissentio lis appellatur. Cic. de Repub. lib. 4. Admiror, nec rerũ solum, sed verborum etiam elegantiam. Si iurgant (inquit) beneuolorum concertatio, non lis inimicorum iurgium dicitur, & in sequenti. Iurgare igitur, lex putat inter se vicinos, non litigare, hinc iurgare quasi de iure agere, & contendere, & iurgium quasi iuris agium. c. forus, §. iurgium, de verb. signific. Festus, lib. 9. Iurgiũ iuris actio appellat, & iurgium à diuortio. l. C. separat in l. quod si non diuortium, ff. de iure dotium pro iracundia non durante.

71 Iurisiurandi species multæ sunt. Nam aliud iuramentum calumniæ nuncupatur, de quo in rubr. C. de iureiurando propter calumniam dando, & in l. rem non nouam, 12. §. patroni, C. de iudicijs, & in §. Admonendi instit. de pęna temere litigantium; Aliud litis decisorium, de quo tex. in l. 1. ff. de iureiur. in l. 2. in l. qui iurasse, 26. §. fin. cum l. sequenti, ff. eod. & de eius effectu, & priuilegis multa tradit post alios, Seraphinus, de priuilegijs iuramenti priuilegio. 102. per totum, & formam qua iurandum est tradit tex. in l. ait prætor, 3. §. fin. cum legibus sequenti, ff. de iureiurando. Aliud suppletorium. de quo Bart. & Doct. in l. admouendi, ff. de iureiurand. & latissime Seraphinus, vbi supra. Priuil. 33. per totum. Aliud in litem, de quo in l. 1. & toto tit. ff. & C. de in litem iurando; & in litem, aliud est super interesse singulari; aliud super interesse affectionis; aliud super interesse communi, secundum Paulum de Castro. Ias. & alios in rubr. ff. de in litem iurando. Corsettus, in tract. de iureiur. in 5. euidentiali, num. 13. Item aliud nuncupatur voluntarium; aliud necessariũ, aliud iudiciale, toto tit. ff. & C. de iureiurando, siue volũtario, &c. Item aliud nuncupatur iuramẽtum fidelitatis, quod præstatur à vassallo, de aliquo feudo inuestito. c. vlt. per quos fiat inuestitura. c. est, & alia. Quæ fuit prima causa beneficij amittendi. Curt. Iun. in tract. feudali, part. 4. num. 58. c. vnico.

Quid

& Doct. in l. more, ff. de iurisf. omn. iud. & Felyn. plene, in c. licet, de offic. ord. secus est, quando fit commissio alicui; qui non erat ordinarius in illa causa; quia ille censetur mere delegatus; vt in toto tit. de off. deleg. illud autem, quod dixi in ordinario, limita, nisi in commissione effet in aliquo alterata eius iurisdictio; quia censetur tũc delegatus, & nõ dicitur tunc iurisdictio excitata, secundum Felyn. in d. cap. licet, vbi plene de hoc.

Hæc omnia in occurrenti materia de officio eius scolaris Collegi Pisis, dum audiebam Guerrinum Soaccium, ibi matutinis horis ordinarium legentem.

64 Iudicia publica, & alia iudicia differunt; nam publica, neque per actiones ordinantur, nec omninò quicquã simile habẽt cum cæteris iudicijs, magnaq. diuersitas eorum est; & in instituendis, & in exercendis, §. publica iudicia. Instit. de pub. iud. l. ordo. 8. ff. eod. Cuiacius, lib. 8. obseruat. c. 33.

65 Iudicia publica, & priuata differunt. Nam priuata sunt, in quibus iniuria, quæ homini priuato illata est vindicatur. Publica in quibus, quæ Reipub. Plato, lib. 6. de legib. Iacobus Cuiacius, lib. 8. obseruat, cap. 33. per totum.

66 Iura suitatis habere, & suũ esse. Vide infra Suum esse, & Iura suitatis habere.

67 Iuramentum de veritate dicenda differt à iuramento calumniæ. c. præsentium de testib. in 6. vbi Host. & à simplici loquæla, notatur tripliciter differre in c. debitore, de iureiur.

68 Iuramentum confirmatorium, & assertorium differunt. Nam ex iuramento cõfirmatorio oritur actio, ex simplici assertorio nõ oritur. Fortunius Gracia, in tract. de vlt. fine, iuris Canonici, & Ciuil. num. 315. & 316.

69 Iurare, promittere, & satisdare differre remissiuè, notatur in addit. ad Tholos. decis. 63. num. 2. fol. mihi 442.

70 Iurgium, & lis hanc habeant differentiam, quod iurgium leuior res est; si quidẽ inter beneuolos, aut propinquos dissentio, vel concertatio iurgium dicitur, inter ini-

ter inimicos dissentio lis appellatur. Cic. de Repub.lib. 4. Admiror, nec rerũ solum, sed verborum etiam elegantiam. Si iurgant (inquit) beneuolorum concertatio, non lis inimicorum iurgium dicitur, & in sequenti. Iurgare igitur, lex putat inter se vicinos, non litigare, hinc iurgare quasi de iure agere, & contendere, & iurgium quasi iuris agium. c. forus, §. iurgium, de verb. signific. Festus, lib. 9. Iurgiũ iuris actio appellat, & iurgium à diuortio. I. C. separat in l. quod si non diuortium, ff. de iure dotium pro iracundia non durante.

71 Iurisiurandi species multæ sunt. Nam aliud iuramentum calumniæ nuncupatur, de quo in rubr. C. de iureiurando propter calumniam dando, & in l. rem non nouam, 12. §. patroni, C. de iudicijs, & in §. Admonendi instit. de pęna temere litigantium; Aliud litis decisorium, de quo tex. in l. 1. ff. de iureiur. in l. 2. in l. qui iurasse, 26. §. fin. cum l. sequenti, ff. eod. & de eius effectu, & priuilegis multa tradit post alios, Seraphinus, de priuilegijs iuramenti priuilegio. 102. per totum, & formam qua iurandum est tradit tex. in l. ait prætor, 3. §. fin. cum legibus sequenti, ff. de iureiurando: Aliud suppletorium. de quo Bart. & Doct. in l. admouendi, ff. de iureiurand. & latissime Seraphinus, vbi supra. Priuil. 33. per totum. Aliud in litem, de quo in l. 1. & toto tit. ff. & C. de in litem iurando; & in litem, aliud est super interesse singulari; aliud super interesse affectionis; aliud super interesse communi, secundum Paulum de Castro. Ias. & alios in rubr. ff. de in litem iurando. Corsettus, in tract. de iureiur. in 5. euidentiali, num. 13. Item aliud nuncupatur voluntarium; aliud necessariũ, aliud iudiciale, toto tit. ff. & C. de iureiurando, siue volũtario, &c. Item aliud nuncupatur iuramẽtum fidelitatis, quod præstatur à vassallo, de aliquo feudo inuestito. c. vlt. per quos fiat inuestitura. c. est, & alia. Quæ fuit prima causa beneficij amittendi. Curt. Iun. in tract. feudali, part. 4. num. 58. c. vnico.

Quid præcedere debeat, vbi Bald. & eius forma proponitur in c. vnico, tit. qualiter iurare debeat vassalus Domi. fidel. & in c. 1. de forma fidelitatis, & in c. 1. tit. de noua forma fidelitatis, & istud iuramentum operatur multos effectus; vt patet in locis supra citatis, & apud Afflictum, in decis. 24. in decis. 265. & in decis. 307. Seraph. de Priuil. iuramenti, priuileg. 173. & est tot, & tanti effectus, vt reperiatur translatum ad comparatiuum fidei amantiũ, ab Areosto, ita.

So ben ch'à nuouo Principe giurata
Di questa non fu mai la maggior fede.

Item aliud, quod præstari solet ab illis, qui ordinantur magistratus, & officia publica suscipiunt; cuius forma proponitur, in l. sãcimus. 6. C. ad l. Iul. repetun. & in §. sic igitur. Auth. vt Iudices sine quoquo suffragio, & §. 1. per totum. Auth. iusiurandum, quod præstatur ab hijs &c.

Verum etsi plures adsint iuramentorum species particulari nomine designatæ; tamen illę sub tribus principalibus, & vt melius dicam generalissimis generibus compræhenduntur, scilicet sub iuramento assertorio, sub promissorio, & sub confirmatorio.

Iuramentum assertorium est vbicunque, quis iureiurando asserit, aliquid esse de præsenti, vel fuisse de præterito; quia asserere aliquid de futuro esset temerariũ; quia de futuris contingentibus nõ est determinata veritas, teste Arist. in Periarm. & in rethorica, & facit tex. cum glos. in §. sub conditione. Instit. de verb. obl. & in l. si putator. Ad l. Aquil. & de hoc iuramento loquitur, vt quidam aiunt, tex. in c. fin. de iureiur. Et est duplex iudiciale, & extra iudiciale; iudiciale est iuramẽtum testis. l. iurisiurandi, C. de testibus. c. tuas, & c. nuper, eod. & pariter ipsius partis. glos. in rubr. de transact. extraiudiciale, vero est quando minor iurat se maiorem, tot. tit. Si minor, se maiorẽ dixerit.

Iuramẽtum promissorium est, quando aliquid iuratur; veluti

veluti dare æquum, vel facere domum; & hoc iuramentum semper est seruandum, si seruari possit absq. dispendio æternæ salutis. c. debitores, de iureiur. c. veniens, & c. quinta vallis, eod. & hoc est, aut necessarium, aut voluntarium; necessarium; vt in prætorijs stipulationibus. Auth. offeratur, C. de litis contest. & l. omnes, C. de Episc. & Cler. voluntarium est illud, quod inter contrahentes præstatur, de quo, in d. c. fin. de iureiur.

Iuramentum confirmatorium est illud, per quod iurans confirmat, quod promisit, se obseruaturum, vt in Auth. sacramenta puberum, C. si aduer. vendit. c. cũ contingat, de iureiur. & hoc iuramentum intelligitur semper confirmare, quod in actu requiritur cõfirmabile. l. fin. ff. qui satisd. coga. Calcan. in cons. 25. col. 14. in fin. & de istis tribus generibus iuramenti, tradit Hostien. in summa de iureiur. Bart. in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. Ias. in l. admonendi, & alij omnes, ff. de iureiurãdo, & in l. si quis maior, C. de trãsact.

Et sicut in genere, & in specie differunt nomine; ita differunt forma, & effectu; vt dixi in Proemio. Differentia enim vocabulorum, quibus denominãtur inducit, & eorundem iuramentorum differentiam, iuxta tex. in l. si idem, C. de Codicillis, & in l. nam natura, ff. de præscriptis verbis, & infra in verbo substitutionum, plures, ibi Compendiosa alia in fine.

72 Iuuentus, iuuenta, & iuuentilitas differunt. Nam iuuentus iuuenes sunt; iuuenta ætas ipsa; iuuentilitas tempus iuuentutis. Virg. lib. 3.

Et patiens operis paruoq. assueta Iuuentus.

Idem, eod.

Interea superat gregibus dum læta Iuuentus.

Solue mares.

Salustius Catilinæ bello. ibiq. iuuentutem suam exercuit. Idem Catilina. Scio fuisse nonnullos, qui ita existimarent iuuentutem, quæ domum Catilinæ frequentabant. Varro Titosne, Quam dereliquit multi cupita iuuentilitas.

73 Ius, & leges differunt. Nam eadem est differentia, quæ

quæ est artis, & præcepti, vt enim aliæ artes consistunt in præceptis, ita, & ius ars boni, & æqui habet sua, in quibus consistit præcepta, quas leges vocant.

Ex istis præceptis generalissima quidem hæc sunt. Honestè viuere, neminem lædere, suum cuique tribuere, §. iuris. Instit. de Iust. & iur. l. iustitia, ff. eod. specialia plurima partim naturalia, partim Ciuilia; quæ generali nomine leges appellantur. c. ius generale, distinct. 1.

Item ius, & leges differunt quemadmodum effectus, & causa, nam ius alia significatione sumptum effectus est legis. Vnde actio, iter, actus, via iuris appellatione continentur, & sunt legis effectus, quamuis autem hæc sit iuris legumq. differentia, tamen ius pro lege per metonymiã solet accipi, continens scilicet pro contento, vel effectus pro causa aut è contra, quemadmodum, & Pomponius interpretatur. iure, 1. lege in l. 2. §. ita in Ciuitate, ff. de orig. iur.

Item ius, & leges differũt, quemadmodũ genus; & species, nam ius est genus; lex vero iuris, species dicitur c. ius generale, in princ. dist. 1.

74 Ius à constitutionibus sæpè separatur. l. falsa, ff. de cond. & demonst. l. 4. §. contra, ff. de doli, except. quia multa constitutiones benignè, aut seuerè contra ius introduxerunt, ius veteres leges appellamus, aut plebiscita, aut edicta, aut iurisconsultorum authoritates. Iure liberis damnatorum nõ seruantur libertorum iura. Constitutionibus seruanrur, iure ad tempus ordine motus ex crimine famoso, etiam post tempus infamis manet. Constitutionibus post tempus labes pudoris eluitur; Eodem genere multæ aliæ leges, quæ inter se pugnare videntur in concordiam adduci possunt. Hanc quoque differentiam iuris, & constitutionum belle comprobat, quod de Macrino Capitulinus scribit fuisse eum in iure non incallidum, adeò, vt statuisset omnia rescripta veterum Principum tollere, vt iure, non rescriptis ageretur, longè alia mens fuit Calligulæ, qui de iuriscõsultis, quasi

ſcientiæ eorum omnem vſum à bolitutus ſępè iactauit ſe effecturum, ne quid præter ſe, ideſt præter id, quod ipſe conſtituiſſet reſpondere poſſent.

75 Ius, & æquitas differunt. Nam quod ius in vniuerſum ſtatuit velut cenſor tetricus, & inflexibilis futuris ſemel negocijs conſulit, honeſtatis elementa producit vniuerſalia, & Theſes Catholicas ſeueritatis acrimoniæ plenas, à quibus nè latum vnguem deflectere, aut declinare ſinit. Aequitas autem appoſitè comparatur eleganti ſutoris officinæ, in qua multiplices calceorum, & pedum formulæ reperiuntur, quæ tamet ſi non congruunt omni pedi ſingulæ, viſo tamen, & cominus inſpecto pede Gigantis, aut pueri, aut illius circunſtantia ſpectata diligenter, cõformis aliquis calceus inuenietur, & Giganti, & puero conſentaneus.

76 Ius naturale, gentium, & Ciuile differunt; quia ius naturale omnium animantium eſt commune; Ius gentium, & Ciuile non vtiq. Item ius naturale eſt immutabile, ius gentium, & ciuile eſt mutationibus ſubiectum. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciui. §. ſed naturalia, & l. conſtitutiones, 4. ff de conſtit. Princ. & l. de quibus. 32. §. fin. ff. de legi. & l. eas obligationes. 8. ff. de capit. minut. & §. fin. Inſtit. de legit. adgn. tutel. & l. iura. 8. ff. de reg. iur. & l. 2. ff. de vſufr. earum rerum; quæ vſu cenſu.

Item differunt ius gentiũ, & ius naturale; quia illud ſolis hominibus eſt commune; non omnibus animantibus. l. 1. §. fin. de iuſt. & iur. Ius verò Ciuile, à iure gentium differt. Primo, quia proprium eſt ſuæ Ciuitatis. Secundo eſt mutabile. Tertio eſt naturale, & gentium iure poſterius, §. ſingulorum. Inſtit. de rer. diuiſ. Quarto, ex vnaquaque Ciuitate appellatur, §. ſed ius quidem Ciuile. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuili. Ius naturale, non vtiq. nec vtiq. gentium, iuribus ſupra allegatis, diſtinct. 5. in princ. §. naturale, & c. vlt. §. naturale ergò, diſt. 5.

77 Ius in re, & ius ad rem differunt. Nam ius in re eſt ius quæſitum de præſenti, & ius

& ius ad rem est ius quęrendum,cui facilius,quàm quęsito derogatur, notat Dec. conf. 147.n.4.

78 Ius ex acceptatione expectantis, & ius electi, seu præsentati differunt, notant remissiuè Domini de Rota corā Acchille de Grassis,decis. 279. aliàs 16. de præben. & dign. num.4.

79 Ius Canonicum à Ciuile in multis differre, notāt Hyeron. Zanet. & Prosd. de Comitibus Galuani, & Io. Baptista à sancto Blasio de differentijs inter ius Canonicum, & Ciuile.

80 Ius, & facultas differunt. Nam ius est præscriptibile, facultas non. l. apud Iulianum, §. si quis, ff. de leg. 1. est tamen ius quærendi. Bar. in l.viam publicam, ff.de via publica,& est communis doctrina, in l. cum potissimum, ff. de præscript. 30. vel 40. anno, & vide Bart. in l. 1. ff. de cond. ex leg.

81 Iustitia differt à iure;quia Iustitiæ Author est Deus. l. sed, & si restituatur, §.fin. ff. de iud. & l. cum ad præsens, & l. sequenti, ff. si cert. peta. Iuris, autem Author est homo; vt Imperator.

82 Iustitiæ, & gratiæ rescriptorum differentiam. Vide infra Rescripta gratiæ, & Iustitiæ.

83 Ius dicere,& iudicare differunt, vt notat Duaren. disput. lib.1. c.53.

84 Ius ordinarium, & antiquum differre à nouo, & extraordinario in materia alienationis rerum Ecclesiastica. rum, notat Ant. de Pret. in tract. de iurisdict. Episcop. Defens. c. 5. per totum, & num. 12.

85 Ius Patronatus Ecclesiasticus,à Seculari differt. Primo in pœnitentia. Quia si Laicus præsentauit vnum, & non fuit admissus, vel etiam in suspenso detentus, potest pœnitere, & alium præsentare, posteriorem enim pręsentando, videtur primum reuocare argumento. c. non iniustè, vers. quod fieri potest de Procur. & l. si quis, §.fin.ff. de procur.non tamen omninò reuocatur, quia locus est gratificationi.c.quod autem Consul. de iure patr. l. sicut aliàs, ff. de relig. & sumpt. funerum. l. fin. ff. de nouat. l. stichum, §.fin. & l.

decem,

decem, ff. de pecul. l. summa, ff. depositi, l. ei, apud quem, ff. locati. Tamen Episcopus, qui malitiosè nõ admittit primum, tenetur ei competenti beneficio prouidere. c. Pastoralis, in fine, de iure patr. & præsumitur contra Episcopũ, nisi aliud probet contra regulam. l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat. & hoc ideò, quia quilibet præsumitur dignus, & bonus, nisi probetur contrarium. c. vnico, de seru. in ord. fa. & c. vlt. de præsumpt. & sic dolus Episcopi per præsumptionem probatur. c. suscitata, de restit. in integr. l. dolum, C. de dolo. l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re milit. Hæc aut variatio competit Laico duplici ratione. Vna quia in casu isto locus est pœnitentiæ sicuti habetur. per Hostien. 2. q. 3. c. si quis iratus, & c. si quem pœnituerit.

Alia quia præsentato non acquiritur ius in re antequã, per Diocesanum fuerit approbatus. c. quod autem, de iure patron. secundum Goffr. sed, & nonnunquam variantem admittit Prætor. l. nonnunquam, ff. de Collatio. Ecclesiasticus autem, ex quo semel præsentauit pęnitere non potest, quousque super prima præsentatione fuerit pronunciatum. c. cum autem, & c. Pastoralis, de iure patr. sic in electione. c. ex parte tua, de Arbitr. in ipso igitur variatio reprobatur; quia multa licent Laicis, quę non licent Clericis, & Clericus, plus dicitur peccare, quàm Laicus. 25. distinct. c. nulli. 1. q. 3. c. Saluator. 10. q. 3. c. præcipuè. 32. q. 5. c. qui viderit 19. distinct. c. nulli. c. excommunicamus, §. præterea, de hæret. l. omne delictum, §. augetur, ff. de re milit.

Secundo differt in tempore; nam in quæstione, quæ fit inter Laicos spectatur tẽpus quatuor mensium; quæ verò fit inter Clericos spectatur tempus sex mensium. c. eam te, de iure patr. c. 2. in fine, de supplen. neglig. Prælat. & c. ad audientiam de Eccles. ædific. c. quandò, in vlt. parte, de iure patr. & c. cùm propter, eod. quia iuspatronatus Clerici, omninò Ecclesiasticum cẽsetur,

& ficut aliàs ſpectantur ſex menſes in Collationibus beneficiorum. c. nulla de conceſſ. præben. ita, & hic. Vbi autem queſtio eſt inter Clericum, & Laicum perinde iudico, ac ſi eſſet inter duos Clericos propter dubium litis euentum. l. quod debetur, ff. de pecul. & d.c. eam te, cum alijs iuribus præallegatis.

Tertio differunt in ſubiectione. Quia Clericus patronus, etiam quantum ad ipſum ius patronatus, ſubiectū eſt, magis Eccleſiæ, & fortius quàm Laicus, inde eſt, quòd Legatus poteſt conferre Eccleſiæ, in qua Clericus habet iuspatronatus eo ignorante, vel etiam inuito; nam poteſt cōferre Eccleſiæ, cuius collatio ad Prælatū ſpectat, quod plus iuris habet Prælatus in conferendo, quàm patronus in præſentando. c. dilectus, de officio leg. ſecus in Laico. c. cùm dilectus, de iure patro. & tamen ſi ex paterna ſucceſſione habeat Clericus iuspatronatus, quantum ad hoc Laicus cenſetur. d.c. cùm dilecti, §. nos igitur, ſecus ſi ex donatione acquiſijſſet. c. dilectus. 3. de præben. & ratio eſt; quia tunc eadem perſona cenſetur cum patre. l. vlt. in fine, C. de impub. & alijs ſubſtit. & quia frater ei ſuccedere poterit ex teſtamento, vel ab inteſtato. c. ex inſinuatione, de iure patr. & eſſet abſurdum, quòd nunc iudicaretur iuspatronatus omninò Eccleſiaſticum nunc Laicale. l. penult. C. de cond. fur. Quamuis enim iuspatronatus Laici, non cenſeatur Eccleſiaſticum, quātum ad ea, quæ habentur ſupra, eſt tamen de foro Eccleſiaſtico. c. quanto de iudicijs. Ergò iuspatronatus in tempore, in præſentia, in ſubiectione, Eccleſiaſticum eſt; quandò ad Clericum pertinet, & in tempore melior eſt conditio Clerici, ſed in alijs duobus melior eſt conditio Laici, & ſic in vno grauatur in alio releuatur, vt c. 1. de Parochis, & c. inter corporalia, §. vlt. de tranſlat. Epiſc. & l. eum, qui, ff. de iureiur.

Quarto differt in pęna; nā ſecundum quoſdam Clericus, qui non idoneum præſentat priuatur illa vice iure ſuo

c. 3. in fin. de Eccles. ædific. c. sic, in fin. de supplen. negl. Prælat. sic eit etiam in electione. Hostien. de elect. in summa, §. quam pœna. Secus est in Laico, vt elicitur satis subtiliter ex c. cùm inter vos, de offic. ordinarij, & facit hoc, quòd pœnitere potest, vt supra, in princ. & est expressum, quòd si pręsentet indiguum, potestas deuoluitur ad ipsum. Auth. de sanctiss. Episc. §. si quis oratori, & Auth. vt Clerici, qui recedant, §. fin. col. 5. ergò quod dixi, quod possit pœnitere habet locum, quandò vterque dignus est, vt benè probat. c. quòd autem consul. & c. cum autem. Abb. in c. cùm propter, in fin. n. 4. & num. seq. de iurepatr. pręd ictas dat differentias.

Quinto, differt in ratione reddenda; quia patrono Laico non redditur ratio de téporalibus, secus patrono Ecclesiastico, vt in c. cùm, & plantares de Priuileg.

Sexto, differt in ordinatione tituli, vt notat Abbas, vbi supra, & in c. postulasti, num. 3. eod.

Septimo, differt in donatione. Potest enim iuspatronatus, sine consensu Episcopi donari personæ Ecclesiasticę. Seculari personę non vtique. c. illud, de iure patr.

Octauo, differt in custodia Ecclesiæ vacantis. Nam patronus Ecclesiasticus habet custodiam Ecclesiæ vacantis. Patronus verò secularis non vtique; vt in c. bonæ, & ibi Abb. de appellat.

Nono, differre colligitur, ex dictis Innoc. in d. c. cum, & plantare, quia in oneribus debet Ecclesia patronata, patronum adiuuare.

Decimo, differre in alio, notat Ant. in c. penult. in vlt. col. de iure patr.

Vndecimam, differentiam assignari posse credit. Rocchus de Curte, in tract. de iurepatr. in §. ius, num. 27. ex eo, quia patronus Laicus non potest interesse electioni in Ecclesia collegiata patronata. Clericus sic est. glos. in c. nobis, in verbo de sua, eod. & habetur, in c. de hoc, per Abbatem, ibi de Simon.

Duodecimo differt; quia Laicus nō efficitur patronus à principio, nisi altero de tribus modis, iuxta glos. in c. pię

c. piç mentis. 16. q. 7. sed 1 Clerici efficiuntur patroni, ex concessione temporalium, alicuius Ecclesię eis facta, ita decidit Abb. per illum tex. in c. de Monachis, in vers. in quarto modo de præbendis. Rochus de Curte, vbi supra.

Quas quidem, & nonnullas alias recenset. Cittad. in tract. de iure patronatus, par. 13. per totam.

86 Ius quęsitum de iure communi, differt à iure quęsito, de iure speciali; illud enim difficilius isto tollitur Cald. cons. 12.

87 Iussus, & authoritas differũt. Nam iussus negocium debet pręcedere. Authoritas verò etiam perfecto negocio potest interponi. l. 25. ff. de leg. 1. & l. 25. §. iussum, ff. de acquir. hęred. §. Tutor. Instit. de Author. Tutor.

Item iussus etiam nutu fieri potest. l. 92. §. 1. ff. de acquir. hęred.

Item differt à mandato; quia iste est necessitatis, mandatũ voluntatis. l. 1. §. quod iussu, ff. mandati.



LAEsæ Maiestatis, & perduellionis crimen differunt. Prima enim est, quia Maiestatis crimine tenentur ij; qui vel partem aliquam Reipublicę lęserũt, veluti si quis duces Hostiũ accepta pecunia liberauit, aut priuatus Domi suę Hostiũ duces tenuit; quod Verres fecisse, dicitur in 3. Verrina apud Ciceronem. Aut si Magistratui quippiam, pro sua potestate agenti, aliquis efficiat, veluti. C. Cornelius, quem Cicero defendit. Perduellionis autem crimen in eos cadit, qui summam Reipublicę labefactare conati sunt, veluti si quis, aut Regnum affectasset, vt Spurius Cassius Viscellinus; aut Magistratum Sacrosanctum Populi Romani violasset, vt C. Rabinus, pro quo extat Ciceronis oratio.

Secunda differentia est, quod Maiestatis crimen in foro, apud suum Prętorem, pro tribunali iudicio, certa lege constituto agebatur, vt ex Verrina 3. & 7. cognoscitur.

tur. Perduellio verò primis quidem temporibus à duũuiris data opera creatis, post autem à Popul. Roman. Comitijs Centuriatis in campo Martio cognoscebatur, quẽadmodum ex Ciceronis, pro C. Rabino. Perduellionis reo in campo Martio habita oratione. Item ex Valerij, lib. 6. c. 5. satis planè constat.

Tertia differẽtia est, quòd Maiestatis crimen non morte; sed exilio mulctabatur. Perduellionis verò damnatum carnifex in Vrbem vocatus, in Crucem Martio in Campo fixum tollebat; quod ex eadem oratione cognoscitur, in qua crucis mentio fit, & ex lib. Dionis. 37. vbi de hoc iudicio commemorat.

Quartam differentiam, ostendit Vlpianus in l. vlt. de crimine Maiest. vbi ait Maiestatis imminutę crimen rei morte obliterare. Perduellionis autem etiam post mortem dãnare, & reos perduellionis dictos puto, quia à duorum iudicio iudicabantur illi, qui maiora crimina perpetrabant. Ex Liuio, qui in primo libro ab Vrbe condita de Horatio loquens refert eũ propter mortem sororis accusatũ ad Duumuiros à Principe remissum in hęc verba. Rex Concilio Populi aduocato Duumuiros (inquit) qui Horatium Perduellionem iudicent. secundum legem facio, lex horrẽdi criminis erat Duumuiri Perduellionem iudicent, &c.

2 Laici patronatus, & Ecclesiastici differentiam. Vide infra Patronatus Ecclesiasticus.

3 Laudemium, Adoha, & releuium differre. Vide supra Adoha, Releuium, & Laudemium.

4 Legatum annuum, & vsusfructus differunt; quia legatum annuum capitis diminutione non finitur; vsusfructus verò finitur.

Item in ingressu cuiuslibet anni si decesserit legatarius legatum illius anni hęredi suo relinquit. In vsufructuario non est ita. Nam si vsufructuarius, etiam si maturis fructibus, non dum tamen perceptis decesserit illos hęredi suo relinquit. l. in singulos annos. 8. ff. de annuis legatis.

5 Legatum, & pręlegatum diffe-

differunt; quia prælegatum solis hęredibus. Legatum verò ijs tantum, qui hęredes non sunt, attribuitur.

Item, quia in restitutione illius hęreditatis nulla portio restituitur. Legati restituitur. l. in fideicommissaria. 18. ff. ad Trebell.

Item pręlegare fere est alicui rem, quę iam quodammodo ipsius erat legare. Vnde pręlegari filię dos dicitur in l. Bebius Marcellus. 30. ff. de pact. dotal. vxori à marito dos pręlegatur. l. 1. ff. de dot. pręleg. Peculium filio, & seruo. l. 1. §. si seruus, ff. de except. rei iud. l. 10. & vlt. ff. de pecul. lega. & l. 3. §. cùm igitur, ff. de star. liber. & obligatio debitori. l. non solùm, §. penut. ff. de liber. leg. Nec propterea, quicquid hęredi legatur, pręlegatum dicitur, quia aliter hęredi pręlegari potest. l. 1. §. si quis ex, ff. quorum legatorum.

6 Legati, & hęreditatis differentiam. Vide supra Hæreditas, & Legatum.

7 Legati, & pignoris in taberna differentia est; quia qui vendit, vel etiam legat Tabernam de loco ipso intellexisse videtur, non de instrumento, vel mercibus. l. qui tabernas, ff. de cõtrah. empt. Qui vero pignorat etiã merces pignorasse intelligitur. l. qui tabernam, ff. de pignor. Bart. in l. cùm pater, §. mensę, ff. de leg. 2. Alcia. l. instructam. 185. num. 1. ff. de verbor. signif.

8 Legatum relictum pro dote, & pro maritanda, vel ad maritandum differunt; quia relictum pro dote est conditionale in viri potente; quia debent sequi nuptiæ. Legatum relictum pro maritanda, vel ad maritandum est purum in viri potente. Bart. in l. Titio Centum, §. Titio genero, num. 7. ff. de cond. & demonstrat. dixi de conditionibus, par. 2. c. 6. q. 1.

9 Legati particularis, & fideicommissi vniuersalis differentiam. Vide supra Fideicommissum vniuersale, & legatum particulare.

10 Legatum vsusfructus rerum differt ab vsufructu ęstimationis legato. Nam si quidem rerum legetur, deducto eo, quod tibi præterea legatum est, ex reliquis bonis vsumfructum feres; sin autem

ęstima-

æstimationis vsusfructus legatus est, id quoque æstimabitur, quod præterea tibi legatum est; Nam sæpius idem legando non ampliat legatũ testator. Re autem legata etiam æstimarionem eius legando ampliare legatum possumus. l. si alij 48. §. rerum de vsufruct. vbi hoc, idem notat Odofred.

11 Legere, & eligere, differre, notat Varro, de re rustica, lib. 1. ita. Vna non solum legitur ad bibendum; sed etiam eligitur melior quoq. de plurimis.

12 Legitima, quæ debetur filijs, & quæ debetur fratribus differunt. Illa enim honorabili titulo institutionis, & iure naturę. Ista quocunque titulo potest relinqui, & debetur propter odiũ turpis personæ à fratre institutę ex dispositione legIs. Natta, cons. 478. num. 13. & 14. vol. 3.

13 Legitima differt à Trebellianica in hoc; quia Trebellianica potest remitti in fraudem creditorum. Legitima autem non; quia ipso iure filijs est debita. l. scimus, & l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam. & in specie hanc differentiam constituit Anchar. in cons. 168. col. vlt. quem sequitur Peregr. de fideicomm. art. 3. num. 131. fol. 40.

14 Legitimationis, & dispensationis differentiam. Vide supra Dispeusatio; & legitimatio, & Dec. in cons. 264. num. 3.

15 Legum, & iuris differentiam. Vide supra Ius, & Leges differunt.

16 Lenones à productoribus differũt. Lenones enim sunt, ad quos scortorum captura redit; qui simul cum scortis ipso iure sunt infames, & stuprum in scorta commissum legibus non vindicatur. l. si ea quæ stupro, & l. quę adulterium, C. ad l. Iul. de adulter. Productores verò sunt earum etiam mulierum, in quibus stupra commissa legibus vindicantur. Cuiac. in exposit. Iust. nouell. 14. de lenonibus.

17 Lætari, & gaudere distant, vt notat Cicer. lib. 4. Thus. atque, vt confidere decet, timere non decet, sic quidem gaudere decet, lætari non decet. gaudium enim in sa-

piente,& in rebus bonis sem per est; lętitia etiam in malis, & turpibus rebus esse potest.

18 Lex Ciuilis, ab Euangelica differt. Illa enim iudicat actus exteriores. Hęc interiores. Fortunius Gracia de vltimo fine iuris Ciuilis, & Canonici, in princ. num. 57.

19 Lex, & rescriptum differunt. Lex enim fit cum magna deliberatione. l. humanum, C. de legibus. Rescriptum enim ex quadam importunitate, & indeliberatè conceditur. l. 1. C. de pet. bono. subl. Bart. in prima constit. ff. vet. §. omnem, num. 6. vers. nam lex dicit, &c.

20 Libellus differt à quali quali petitione; quia libellus est solēnis scriptura breuis,& ordinata clarā continens Iudici, ac parti demonstrans intentionem agentis, vel accusantis. Cyn. Auth. offeratur, C. de litis const. sequitur Papien. in formula libelli actio. Real. ad euidentiam, num. 3. fol. mihi 18. sed qualis, qualis petio, est breuis facti narratio minus solemniter, apud acta descripta; quæ solùm in causis modicis, vel summarijs admittitur, vt in Auth. Nisi breuiores, C. de senten. ex breui recitan. & in Clem. sæpè, de verb. signif. & in extrauag. Federici incipien. ad reprimendum. Papien. in forma libelli actio. real. glos. qualis qualis, & ibi addentes. Ias. in §. tripli, num. 33. Inst. de actio. Orian. in c. quoniā. c. 12. num. 28. Secundo; quia libelli datur copia, expensis libellātis, nisi stylus sit in contrarium. Petitionis verò non vtiq. Orianus, vbi supra. Papien. vbi supra, num. 14. Bouer. in suis singularibus, in verbo expensæ, num. 11. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 10. num. 107. & glos. 17. nu. 7. Asin. prax. §. 5. c. 3. Tertio differunt; quia libellus debet continere intentionem Actoris solēniter, & secundum iuris formam. Petitio sufficit, quod talem, qualem actoris intentionem, contineat Papien: vbi supra Card. in Clement. sępe, num. 17. de verbor. signif. Asin. §. 4. c. 1. num. 2.

21 Liberi, & posteri differūt. Nam in posteris est maior ratio ge-

tio generis, familię, & gentis. In liberis maior ratio affectionis, & naturę. Ideò posterorũ nomen ad eos, qui ex fœminis nati sunt non pertinet. l. 1. ff. de iur. immunit. liberorum verò, nomen etiã ad nepotes ex filia pertinet. l. fin. ff. de Poll.

22 Liberi exhibendi, & ducendi interdicti differẽtiam. Vide supra Interdictum de liberis exhibendis.

23 Libertas, & facultas differunt. Nã facultas est quędam facilitas, libertas verò, quę non habet impedimentum, §. 1. Instit. de iure personarum.

24 Liberum esse, & esse in libertate differunt. Nam in libertate, aut seruitute esse dicitur, qui se pro libero, seruo vè gerit, puta se liberum, seruum vè esse credit, cum aliter se res habeat. Liberum verò esse non ita. l. 7. 10. & 12. ff. de liber. caus.

25 Licentię, decreti, authoritatis, & consensus differentiam. Vide supra Decretum, authoritas, consensus, & licentia.

26 Limitatoria, & correctoria dispositio differunt; vt notat Io. Crot. in l. omnes Populi, num. 121. in fin. ff. de iust. & iur.

27 Lis, causa, & controuersia licet, idem significare videantur. Tamen differunt in aliquibus, nam lis est ante litem contestatam, & post videlicet in iudicio; causa verò est solum post litem contestatam. glos. in l. causas, vel lites, C. de transactionibus. Controuersia autem est, tàm in iudicio, quàm extra iudicium, & idem est in discordia. l. controuersia, ff. de transact. l. si controuersia, C. de euicti. facit l. diuus. & l. sed si lege, §. ante litem, ff. de petit. hęred. & l. non solùm, §. statutum, ff. de procuratorib. & ad multa hęc scire potest prodesse in promissionibus non mouendi litem, vel controuersiam, super qua Bart. in l. amplius nõ pet. ff. rem ratam haberi, distinguit plures casus, quos prosequitur pro euitanda, vel incurrẽda pœna. l. si quis maior, C. de transact. Papien. in forma executio. sentent. diffinit. glos. in verbo occasione cuiusdam litis, & quęstionis, num. 2.

28 Lites, & causę. Vide supra Causę, & lites.

29 Literas nescire, & imperitum literarum esse differũt. Ille nullo ingenio est. Hic literis non institutus. Instit.§. 9. de excus. tut. similiter eos, qui literas nesciunt esse excusandos.

30 Litis acta, & iudicij differunt. Nam quandò Papa mandat procedi sine figura Iudicij, remittit tantum iudicij acta, vt citationes, satisdationes, & similia non acta, quę sunt causæ siue litis, vt attestationes Instrumenta, & omnia factum respicientia; sed illa acta dumtaxat, per quę iudicium ordinatur, non lis instruitur. Archid. c. indemnitatibus, num. 4. vers. quia eorum, quæ fiunt de electio. in 6. Et ideò acta à gestis; factis, & monumentis longe distant. Maranta, 6. par. 10. Actu. fol. 432. Roland. cons. 38. num. 10. & seq. lib. 1. Asin. in praxi Iudic. §. 14. c. 3. & notant. Doct. in c. quoniam contra, de probatio. & in l. 2. C. de edendo.

31 Littus, & Portus differunt. Nam littus sumitur pro genere quantũ mare se extendit per arenam. Portus verò sumitur pro specie, quia non omnia littora sunt Portus. Nam Portus est locus conclusus, vbi Naues secure stare possunt. Afflictus in feud. quę sapit reg. c. regalia, §. armandię, num. 7.

32 Liuellarij contractus, censualis, emphyteutici, & superficiarij differentiam. Vide supra Censualis, Contractus, Emphyteuticus.

33 Liuelli, & Emphyteusis differentiam. Vide supra Emphyteusis, & liuellus.

34 Liuellus differt à feudo; quia in feudo iuratur. Secus quàm in liuello. Item feudum datur amore. Liuellus mercede. Item in feudo non succedunt fœminę. In liuello secus, & de multis alijs differentijs, vide Felyn. in c. cęterum, col. 5. & seq. vers. nono fallit de iud.

35 Locatio, & venditio differunt; quia locator, qui non potest dare conductori rem locatam, dando æquè idoneam liberatur. Venditor verò non vtique; vt notant Bar. in l. si quis domum, num. 3. Castren. numer. 2. & cęteri scriben-

scribentes, ff. locati.

36 Locatorem eum esse aiunt nonnulli, qui mercedem accipit. Conductorem, qui dat, & ideò Dominum ædium locatorem esse. Inquilinum conductorem; huic ex conducto, illi ex locato actionē dari affirmant; sed hoc non est semper verum; quia plerumq. locator is dicitur; qui dat mercedem. Conductor qui accipit, vt puta qui domum faciendam dat, locat, & hic tamen mercedē soluit, & qui domum faciendam suscipit conductor est; merces tamen ei non datur, & vt illi ex locato, ita huic ex conducto competit actio; similiq. modo is, qui pecus pascendum; qui sarciendum, aut poliendum aliquid, qui puerum docendum, qui onus ferendum accipit; quamuis mercedem accipiat conductor est. Nam est locator non is, qui accipit, sed etiam qui dat mercedem. Conductor non is, qui dat; sed etiam is, qui accipit mercedem. Sed generaliter locator est, qui dat vtendum, vel faciendum aliquid. Qui accipit cōductor, is, qui dat suam domum vtendam, aut opus faciendum locator est, cùm tamē hic det, ille accipiat mercedem; Qui verò domum vtendam, vel opus faciendum accipit conductor est, & hic tamen mercedem accipit, ille dat. Inde qui custodiendis vestimētis nostris operam suam exhibet locator est. Nos conductores sumus. At is, qui vestimenta custodienda suscipit, conductor est; nos locatores, & iuris professor, si ad docendum suas operas exhibeat, ac de mercede pasciscitur, locator est. Discipuli sunt conductores; Quod si iuris professor complures in eius disciplinam se dantes, & docendos suscipiat. Conductor est, Discipuli sunt locatores eadem ratione, si rem vendendam certa mercede tibi do, ego sum locator. Tu conductor. Denique Nauis Magister si Nauem det vtendam locator est. Idem si accipiat merces vehendas conductor est, vtroq. tamen casu mercedem accipit. Dominus verò mercium priore casu conductor est posteriore locator, & vtroque casu ipse dat

mercium

mercium magiſtro Nauis, & ideò ſi ignoretur; an dominus mercium nauem conduxerit; an merces vehendas locauerit; & ita incertum ſit, vtra actio ex locato, an ex conducto competat. Datur actio præſcriptis verbis cauſa dubitationis tollẽdę, quod idem erit in ſuperioribus caſibus, ſi quemadmodum inter contrahentes inita fuerit, ignoretur; & ex his apparet, vt nihil aliud ſit locare, quã vtendum, vel faciendum aliquid dare. Conducere, accipere, & hanc perpetuam inter vtrumq. eſſe differentiam.

37 Locus ſacer, & ſacrarium differunt; quia locus ſacer eſt locus conſecratus; Sacrarium verò eſt locus, in quo ſacræ res ponuntur, quod etiam in ædificio priuato eſſe poteſt. l. ſacra. 9. §. illud notandum, ff. de diuiſ. rer.

38 Lucrum, & quæſtum differre, notat gloſ. in l. ſed, & ſi adierit, ff. pro ſocio. Nam lucrum generaliter continet omne lucrum. Quæſtus verò id tantùm, quod ex opera venit, Abb. in c. ſedes de reſcript. col. vlt.

39 Lumen, & proſpectus differunt. l. de pupillo, in princ. ff. de oper. nou. nunc. Nam proſpectus eſt propriè de longinquo, & de ſubter, ibi ſupra verb. iuribus, lumen non ita.

40 Luminum ſeruitutis, & nè luminibus officiatur differentiam. Vide infra Seruitus luminum, & nè luminibus officitur.

41 Luminum ſeruitutis, & nè proſpectui officiatur. Vide infra Seruitus luminum, & nè proſpectui officiatur.

M

1 AGISTER Nauis, & Procurator differunt. Nam magiſtri certæ negociationi præponuntur. Vnde cum plena, quodam modo in eos efficaciſſime adminiſtratio transferatur; quicquid adminiſtrationis nomine geſtum fuit, ad officij præceptum referri debet, vt directè dominus obligari poſſit. In Procuratore verò, ideò aliud conſtitutum arbitratur, quod ius aliquod tàm

tàm plenariè in eũ transmissum non sit; sed cum semper nomine domini contrahere debeat. l. eum, qui, ff. de constit.pecun.ordinarius administrator nen videtur, atque dominum directè obligare non potest. Bart. d. l. eum, qui.

2 Magistratus, & potestas differunt. l. 1. ff. quod quisq. iur. l. 3. in fin. ff. de arbitr. l. 8. ff. de accusat.

3 Maledicentia, & accusatio differunt. Qui enim maledicit, nihil propositi præter contumeliam, quæ si petulantius iactatur vocatur; si facetius vrbanitas appellatur. Accusatio enim crimen desiderat hominem, vt notet, argumento probet; teste confirmet. Hotom. & statutum puniens maleficia, non continet quæ scripta; consulta ve male sint. Alciatus, in l. verbum facere. 218. num. 3. ff. de verbor. signif.

4 Maledictum à contumelia differt; quia hæc heredis institutionẽ vitiat, & circumscribit. l. quoties, §. si quis nomen, ff. de hæred. instit. Illud verò nihil impedit, quominus recipiatur. Martia. in l. his verbis, §. 1. ff. eod.

5 Malæfidei, & bonæfidei possessoris differentiam. Vide infra Possessor bonęfidei, & malę.

6 Mandare, & cedere differunt. l. data, C. de actio, & oblig. vbi glos. in verb. mandatum. Nam qui mandat retinet penès se directã actionem, qui verò cedit nihil penès se retinet, & supra cedere.

7 Mandati, rescripti, priuiuilegij, & beneficij differentiam. Vide infra Rescriptum, Priuilegium.

8 Mandatoris fideiussoris, constitutoris, & expromissoris differentiam. Vide supra Fideiussor, Mandator, Constitutor, & expromissor.

9 Mandatum, & præceptum differunt. Nam mandatum ex se non importat necessitatem. Præceptum sic. Abb. in c. eam te, num. 4. de rescript. Item mandatum expirat morte mandantis, vel mandatarij. Præceptum verò nunquam. Item commissio facta per verbum pręcipio operatur, quòd actus non possit per alium expediri. secus si per verbum mando.

Item præceptũ emanat propriè circa ea,quę incumbunt ex officio. Mandatum verò non vtique. Item vbi superior committit aliquid ordinario,quod prius ad eum spectabat non verbis præceptiuis, non efficitur delegatus. Secus si cõmittit verbis prçceptiuis. Item mandatum est, quoddam medium inter consilium, & præceptum; quia est vltra consilium, & citra præceptum, & non punitur in obediens antequam verbo prçceptionis prçcipiatur, & postea contemnatur. Felyn. d. c.eum te, n. 10. vsq. ad 12. per totum. Item differt à iussu supra iussus, & au thoritas.

10 Mandatum differt à constitutione. l. annonam, in princ. ibi, tã mandatis, quàm constitutionibus Principum, ff. de varijs, & extraordin. crimin.

11 Mandatum, & Consilium differunt. Nam mandatum est quędam species imperij, quod pro societate generis humani receptũ est, vt quod cuiq. negocium datũ est id, mandatoris periculo conficiat. Consilium autem ab Imperio prorsus alienum est, nec vllam voluntatis eius, qui consilium dat significationem habet. Itaq. rem consultoris arbitrio permittit, nec vtrum fiat, nec ne laborat. Itaq. ex consilio nulla nascitur obligatio; At ex mãdato nascitur. l. 1. in fin. & l. 2. ff. mand. & l. consilij, ff. de reg. iur. Vide Consilium, & Mandatum.

12 Manifestum, & euidens differunt. Nam manifestum indiget probatione. c. eorũ. 11. q. 2. & c. de manifesto, 2. q. 1. & Io. And. in c. constitutum de verbor. signif. in 6. Euidens verò propriè est, quod palam est, & semper apparet. l. ea quęstio, ff. de contrah. empt. & c. euidentia, de accusat. & c. vt euidenter, 1. q. 1. quod enim est in euidenti nulla potest tergiuersione cælari. c. vlt. de cohabit. Cleric. & muli. & Archid. in c. si fortè, de elect. in 6. & quod sit plus manifesto, facit. l. quoniam, C. de iur. delib.

13 Manifesti, & notorij differentiam. Vide infra Notorij, & manifesti.

14 Manubias à præda hoc distare

ſtare veteres exiſtimauerũt, vt ſit pręda corpora ipſarum rerum, quæ capiuntnr. Manubiæ verò pecuniæ ex præda vendita redactæ; & ſic apud plurimos. Nam ita ſenſiſſe voluerunt Tullium, de lege Agraria, dũ dixit. *Prædas, manubias ſectiles, Caſtra denique, Cn. Pompony ſedente Imperatore, Cenſores, &c.*

15 Materia differt à materiato. l. ſi conuenerit, §. ſi quis ſic cauerit, ff. de pign. actio.

16 Matronæ, & matresfamilias diſſimilitudine. Doct. veteres quidam hoc modo ſeparant; vt ſit matrona quæ ſemel peperit, materfamilias quæ ſæpius; vel matrona, quę in matrimonio ſit mariti, etiam ante ſuſceptos liberos, dicta quod habeat ſpem matrem eſſe futuram.

17 Meminiſſe, & in memoriam redire differunt, meminiſſe enim eſt omniũ animantium; vt cibi, potionis, ſomni, voluptatis; in memoriam reuocare, quod exciderit nõ niſi homines poſſunt.

18 Mentiri, & mendacium dicere quemadmodũ diſtent P. Nigidius ſtudijs bonarum artium prçclariſſimus; maniſeſtiſſime ſeparauit; Qui mentitur ipſe non falſus alterum fallere conatur; qui mendacium dicit ipſe fallitur quantum in ſe eſt.; vir bonus præſtare debet; vt non mentiatur, prudens ne mendacium dicat, alterum iudicet in homine; alterum non.

19 Meri, & mixti Imperij differentiam. Vide ſupra Imperium merum, & mixtum.

20 Meritrix, & poſtribula differunt. Nam meritrix honeſtioris loci eſt, & quæſtus, meretrices enim à merendo dictæ ſunt, quòd copiam ſui tantummodò noctu faciant. Poſtribula, quòd ante ſtabulum ſtet, quæſtus diurni, & nocturni cauſa. Plaut. Cittel. manifeſtiſſimè diſcreuit. Intro ad bonam meretricem aſtare in via ſolam poſtribula ſane eſt.

21 Metum, timorem; formidinem pauorem diſgregat. Cicer. lib. 5. Thuſ. *In quem autem motus, in eum formido, timiditas, pauor, ignauia.*

22 Metus, & doli exceptio. Vide ſupra exceptio doli, & metus.

23 Merx, & mercatura differunt. Nam merx est species ipsa, quæ emitur, vendituruè. Mercatura autem mercandi actus, & dicimus mercaturam facere. Est autem mercis appellatio angusta. l. 1. §. 1. ff. de exercito, nec ea homines continentur.

24 Meum est, & meum erit differunt. l. quintus, §. cui legatum, & ibi Alber. ff. de aur. & arg. lega.

25 Miscere, & confundere differũt. l. idem Pomponius, §. si plumbum, ff. de rei vendic. l. cum seruus, circa med. ff. de cond. & demonstr. & l. veteris, C. de contrah. & committ. stipul.

26 Miserari, & misereri secerni his sensibus voluere; vt miserari sit flere, & lamentari; Miserere miserationẽ alienis casibus exhibere; & actiuo ad primum effectum; passiuo ad secundum. Accius Eurysace. *Heu mihi, vt etiam hæc erumna, mihi luctu, addit luctibus; alia persona, quid miserari id me Eurysacem tuã sodalitatem formidas, tibi se commiserabar magis, quam miserabar mei.*

27 Mixtæ conditionis potestatiuę, & casualis differentiam. Vide supra conditionis potestatiuæ, casualis, & mixtæ.

28 Mixti, & meri imperij differentiam. Vide supra Imperium merum, & mixtum.

29 Mobilium, & immobilium rerum duplicẽ olim fuisse differentiã in illis vsucapiendis constitutam apparet. Prima enim erat, quia res mobilis anno vsucapiebatur, immobilis biennio. Secunda quia res mobiles, vbiq. locorũ vsucapiebantur; Immobiles verò tantum in Italia; non autem in Prouincijs. l. vnica, C. de vsucapio, transform. ratio autem discriminis antiquitus cõstituta inter Prouincialia, & Italica prædia, secundum Ias. in addit. ad Portium de vsucapio. addit. 1. esse potuit; quia prædia Prouincialia prętabant tributa, & sic erant tributaria; Italica verò non præstabant tributa, vt dicit glos. in l. omnes, C. sine censu, vel reliquis. Cùm enim Italia esset ferè omnium aliarum Prouinciarũ domina, fuisset absurdum; quòd esset tributaria, vt dicit glos. prædicta, & cum

& cùm prædia Prouincialia essent sub tributo obnoxia, statutum fuit antiquitus non posse præscribi. Italica verò sic.

Et hinc erat teste Iasone, vbi supra; quòd cum ex rebus mobilibus non colligatur tributum; ex quo res mobiles non sunt tributis astrictę, quòd in ipsis vsucapiendis non fiebat distinctio locorum; sed vbiq. vno anno vsucapiebantur.

Verùm Catiuncula antiquitatem plurimum professus sentiebat, quòd in rebus immobilibus positis in Prouincijs, habebat locum longi temporis pręscriptio, scilicet decem annorum inter pręsentes,& viginti inter absentes, & sic ita etiam Prouincialia prædia pręscribi licet, non biennio sicuti Italica; sed longo tempore decennio scilicet, vel viginti annorum spatio; quod probat authoritate Iulij Pauli sententiarum, lib. 5. tit. 2. & arg. l. pręscriptione, C. quibus nō obijc. long. temp. præscript.

Et pro ratione; quare prędia Italica biennio. Prouincialia longo tempore pręscriberentur, idem Catiuncula adducit, quòd quamuis viuerent prisci Iuris Authores non deesse causam honestam vsucapionis constituendæ, & vbique parem esse, tàm in Italia, quàm in Prouincijs, ne scilicet dominia rerum essent in incerto; & vt aliquis esset litium finis; maluerunt eam Ciuibus suis breuiorem, ac veluti aucto tēpore constantem pręstare, quo magis Populum cęteris gentibus imperaturum; intra iam inde ab initio assuetæ diligentiæ terminos continerent, atque ita legem duodecim tabularum, totumq. ius Ciuile vigilantibus scriptū esse ostenderent. iuxta tex. in l. qui autem, § sciendum. & l. pupillus, in fin. ff. quæ in fraud. credit. Nam,& ob id eadem lex duodecim tabularū antiqua iubebat vsum,& authoritatem fundi esse biennium, vt inquit Cicero pro Cecinna, prout refert, & sequitur Balduinus, instit. de vsucapio; quo iure veteres Romani vtebātur etiam in ędibus, vt biennium esset ius, & authoritas ædium, quæ verba nihil aliud sibi volunt, quàm

vsucapionis ratam authoritatem, idest dominium, vel obligationẽ perfici biennio, sicut aliàs nobis ostendit Imperator istud idem biennij tempus sufficere ad seruitutem amittendam; nempè si quis ea non esset vsus biennio, vt in l. corruptionem, C. de vsufruct. & l. sicut, C. de seruitutibus.

Sed hæc Catiunculæ opinio non arridet; quòd res immobiles sitas in Prouincijs aliquo tẽporis spacio, etiam longo præscriberentur, & me mouet. tex. in d. l. vnica, C. de vsucapio. transforma. vbi Imperator se refert ad ius antiquum, & de hoc, ibi nulla fit mentio; Immò ex ea lege satis apertè colligitur, nullo temporis spacio, etiam longo prædia Prouincialia præscribi potuisse. Et eius opinio conuellitur per verba Iustiniani, in §. 1. instit. de vsucapionibus dicentis, ibi, neque certo loco beneficium hoc concludatur, ergò extra Italiam res immobiles non vsucapiebantur aliquo tempore, neque probatur dictum Catiunculæ, in d. l. præscriptione, C. quibus non obijc. long. temp. præscript. per eũ allegata, est ergò dicendum, quòd non possent præscribi aliquo tempore res Prouinciales immòbiles; sed tantummodò Italicæ. Et sic constitutum discrimen extare respectu locorum, licet aliàs beneficium Principis debeat esse vniuersale, non locale, Prout in proposito fuit circa tempus, & circa locum correctum, & immutatum, cùm ex differentia locornm, aliquod discrimen induci, sit visum Absurdum Imperatori, in l. fin. C. de tempor. & in integ. restit. pro quo facit tex. in l. cùm iterdum, ff. de instit. actio. vbi glos.

Sunt enim aliqui casus, in qnibus solet haberi ratio, & discrimen locorum. Primus enim est in l. ideò, ff. de eo, quod certo loco, vbi sub diuersis locis, diuersa precia constituuntur. Secnndus casus est, de quo in l. 1. ff. de offic. Proconsul. & Legat. vbi Proconsules in itinere, non habent contentiosam iurisdictionem, sed tantùm voluntariam; nam contentiosam habent, quandò in Prouinciam sibi commissam ingrediun-

grediuntur. Tertius est casus. in l. seruus plurium, ff. de legat. 1. vbi ex diuersa locorum cõsuetudine aureum legatum diuersimodè accipitur. Quartus est casus in §. si putatur. Inst. ad l. Aquill. vbi ex qualitate loci iudicatur damnum datum dolo, vel culpa, ad idem est etiam tex. in §. atrox. Instit. de iniurijs, vbi ex ipsorum locorũ diuersitate iniuria dicitur atrox, vel non atrox.

30 Modi, conditionis, demonstrationis, & causæ differentiam. Vide supra Conditio, modus, & demonstratio.

31 Monachorum, & Clericorum differentiam. Vide supra Clerici, & Monachi differunt.

32 Moneo, & mando differunt. l. si serui mei, ff. de negoc. gest. & l. si filius, in fin. ff. de tutel. Butr. in c. cùm nostris de conceß. præben. & Io. Andr. in c. sicut inquit, eod.

33 Monitio, & citatio differre, notat remißiuè Afflict. decis. 34. num. 8. & à monitorio differre citationem, notat Bursatt. cons. 225. num. 12. lib. 2.

34 Monstra, prodigia, & portenta hoc distant, quòd sint monstra ostenta, & monita deorum. Virg. lib. 3.

Primumq. Parentem monstra
Deum refero.

Prodigia Deorum minæ, vel iræ.

Idem, lib. 3.

Sola nouũ dictumq. nefas harpya Celæno.
Prodigium canit, & tristes denunciat iras;

Et lib. 8.

Prodigijs acti cœlestibus ossa piabunt.

Portenta, Ostenta, quę aliquid imminere significant. Lucil. lib. 25. Nisi portenta, anguisq. volucres, ac pinnatos scribitis; de istis est tex. in l. non liberti, ff. de statu homi. vel melius; non sunt liberi; quem adduxi, in tract. de condit. c. 10. num. 28. part. 1. & tradit Ludouic. Montal. de reprobat. sententiæ Pilati, Artic. 4. num. 9. c. quoniam, de offic. ord.

35 Monumentum, & sepulchrum differunt. Nam monumentum est sepulchrum inane, & sine corpore, quod Suet. Tranquill. in Claudio honorarium tumulum vocat.

Sepul-

Sepulchrum verò locus est Religiosus propter mortuũ, quem in ipsum locum intulimus; estq. ius sepulchrorũ longè potius, ac permanentius. Brechæus, in l. cum in testamento, ff. de verbor. & rer. signif.

36 Mora, & culpa differunt, notat remissiuè Affl. decis. 150. num. 5.

37 Mora, vt distet à grauamine colligitur. ex l. omnimodò, C. de in offic. testam.

38 Mora conuentionalis, & legalis differunt. Illa enim difficilius purgatur. Ista verò facilius, notaui infra Dispositio hominis, & legis, in princ.

39 Morata, morigera, & morosa. hanc habent distantiã; quòd morosa est contrarijs, peruersisq. moribus. Affranius Vopisco. Dum morigerandum morosam præbeo. Deinde aliquid dedita opera controuersiæ concinno. Lędo interdum contumelijs. Cicer. de senect. *Ac sunt morosi, & anxij, & iracundi, & difficiles senes*. Plautus Aulularia. *Dummodo morata rectè veniat, dotata est satis*.

40 Morbum à vitio prudentia veterum sic voluit separari; vt sit morbus cum accessu, vtiq. aut temporis, aut contagi, vt vitium perpetua, & insanabilis, atque irreuocabilis causa.

41 Mores boni Ciuiles à moribus Canonicis differunt, notat Fortunius Gracia, in tract. de vltimo finis iur. Canoc. & Ciu. num. 324.

42 Mores, & Ritus, differunt. Illi enim referuntur ad illa, quæ sunt extra sacramenta. Isti verò ad ea, quæ sunt de sacramentis. Abb. c. fin. n. 1. de, baptis. & eius effect.

43 Mortis causa donationis, & omnium, quæ quis causa mortis ceperit, differentiam. Vide supra Donatio causa mortis, & omnium, quæ quis, &c.

44 Mortis causa donationis, & inter viuos, differentiam. Vide supra Donatio causa nortis, & inter viuos.

45 Mortuus ab occiso distat, vt notatur in l. proinde, ff ad l. Aquil. & l. seq. §. si quis hominem. Nam mortuus proprie dicitur naturaliter. Occisus verò, qui violenter mortuus est, non naturaliter. Bar. in l. 2. ff. ad S. C. Sylla, §. occisorum,

cisorum, num. 1. Item occisus, & aliter mortuus in terminis. d. §. differunt; nam aduersus mortem naturalem à Deo missam serui opem ferre Domino non possunt, neque aduersus aliam mortem casu fortuito latenterue illatam, sed aduersus illam, quam possunt expellere opẽ ferre tenentur, & omnis occisus est mortuus, non è contra l. si cum, §. si autem, ff. de donat. inter vir, & vxor, & l.vlt.ff. de pœn. & l.proinde si occisus, ff. ad l. Aquil.

46 Mulctæ, & pœnæ, differentiam. Vide infra Pœna, & mulcta.

47 Multum, & satis eo distant, quod multum infinitum est, satis finitum. Auaris illud; hoc parcis se continentibus applicandum est. Lucill.lib. 5. Nam si quid satis est homini, id satis esse potuisset, hoc sat.erat. Nunc cum hoc non est, quod credimus porro diuitias vullas animũ mihi explere posse? & lib. 18. Denique, vt stulto nihil sit satis omnia cum sint.

48 Municeps in quo differt ab originario, tradit Bart. in l. 1. C. de muni. & origi. lib. 10. vbi dicit, quòd municeps est genus. Originarius verò species, & ibi glos. super rubrica dicit, quod aliquid speciale est in eo, qui est municeps originis; nam siue ibi natus sit, siue non subijt munera; quia propriè municeps est, qui subit munera; sed hodie, etiam qui nõ subeunt munera dicuntur municipes. l. 1. ff. ad municip. originarius dicitur ab origine patris, non sua, à sua vero municeps, ibi in fine, glos. prædictæ. Item à Ciue, & incola. d. l. 1. ff. municip.

49 Munimentum, & monumentum, differunt. Nam monumentum est sepulchrum, quod erigitur in defuncti memoriam, siue illud sit inane, siue cadauer complectatur. Munimentum vero est in ædificio illud, quod ab inferendo damno defendit, dictum à muniendo. l. funeris sumptus, ff. de relig. & sumpt. funer.

50 Munus, & donum, differunt. Munus enim est, quod ex necessitate officij, iustaq. alia de causa præstatur. Donum, quod ex liberalitate, seu ex necessitate, habetq. latiorem

tiorem significationem. l. inter donum. 194. ff. de verb. signif. vbi Alciat. l. 31. §. si vir, vxori, ff. de donat. inter vir, & vxor. & l. 214. ff. de verb. signif. sed eorum differentiam, ita obscurè exponitur in dd. ll. vt pugnantia loqui videantur. Nam in d. l. 194. Donũ esse genus dicitur, munus speciem, in alia contrarium, munus genus, & donum species; aliud sanè esse donum, aliud munus, illud argumento est, quod vetustissima lex Cincia non præcisè de donis, aut de muneribus; sed coniunctim de donis, & muneribus scripta est. Nè quis ob causam orandã donum, munusuè caperet. de qua Corn. Tacit. lib. 11. Item lex Iulia repetundarũ. Ne Vrbani magistratus plus doni, munerisuè accipiant, quàm quod sit aureorũ centum. l. 6. d. tit. Item lex Iulia Pappia. Nè quis donum, munus operas præter eas dare facere, præstare cogatur. l. qui libertinis. 37. ff. de oper. libert. l. vltima, ff. de libe. cens. l. sępe, 53. ff. de verb. signif.

51 Mussare, & murmurare, ita discernuntur, quòd hominum sit occultè, & depręhensa voce loquentiũ, quod cælatum velint. Virg. lib. 10. *Quid fortuna ferat Populi, sed dicere mussant*; & alibi *Flent mæsti, mussantq. Patres*. Murmurare autem maioris soni est ad tumultum proximi. Virg. Georg. lib. 1. *Et resonantia longè littora Misceri, & nemorum increbescere murmur*.

52 Mutui, & crediti, differentia est eadem, quæ inter genus, & speciem. Nam mutuum esse non potest, nisi pecunia proficiscatur. Creditum autem fit etiam, si nihil proficiscatur, veluti si post nuptias dos promittatur. Itẽ in mutui datione oportet dãtem dominũ esse, non in datione crediti. Item mutuum cõsistit iñ ijs rebus, quæ pondere, numero, & mensura continentur. Creditum extra eas res etiam consistit. Item mutuum verbis non contrahitur. Creditum vtique. l. 2. §. creditum, ff. si cert. pet.

53 Mutui, & commodati, differentia est. Nam id, quod tibi mutuor de meo tuum fit, & de

& de eo ipso restituendo non teneris; sed de alijs eiusdem naturæ, & qualitatis rebus teneris, Id quod à me tibi vtendum commodatur, non vtique, nam de eo ipso restituendo teneris. Item qui mutuum accepit, si fortuito casu amiserit, quod accepit, nihilominus remanet obligatus; qui verò rem commodatam accepit propter maiorem vim, maioresq. casus, non tenetur, si non ipsius culpa is casus interuenit. l. 2. §. appellata, ff. si cert. pet. §. 1. instit. quib. mod. re. cont. oblig. & §. item is, cui instit. eod. concordat. l. 1. §. is quoque cui, ff. de actio, & oblig. & l. 2. in princ. ff. si cert. petat.

54 Mutuum ab vsufructu differt. Primum enim mutuum non requirit eam satisdationem, quam vsusfructus. Deinde desiderat, vt idem genus, eiusdemq. omninò bonitatis reddatur res. Balduin. in tit. de vsufruct. Secus autem est in vsufructu, ibi enim cautio, & eadem species restituitur.



1 NATIVAE, & datiuę actiones differunt. Datiuę enim sunt, quę nō habent præexistentem obligationem, sed competunt ex quadam alia æquitate scripta in iure. Natiuæ verò sunt illæ, quæ ex præexistenti materia, & ex præexistenti actione producuntur in esse, & est simile quod dicũt Philosophi, quod duobus modis aliquid in esse producitur, vno modo per viam creationis quasi de nihilo, alio modo per viam generationis ex aliquo. Bald. in l. iuris gentium, num. 3. ff. de pact. & Castren. in l. rescriptum, §. plerumq. num. 2. ff. eod.

2 Naturales, & Ciuiles obligationes differunt, quia naturalis obligatio solo æquitatis vinculo sustinetur nullo iure suffulta, Ciuilis non vtique. l. sticchum. 93. §. naturalis, ff. de solutio. Ideò naturalis dicitur vinculum æquitatis; Ciuilis vinculum iuris.

Item, quia naturaliter obligati impropriè dicuntur debitores,

bitores, Ciuiliter obligati propriè dicuntur. l. fideiussor. 16. §. fideiussor, ff. de fideiuss. Ratio est, quia propriè debitor intelligitur is, à quo inuito pecunia exigi potest, qui est ciuiliter obligatus. l. debitor. 108. ff. de verb. signif. a naturaliter tantùm obligato inuito exigi non potest; nec datur actio aduersus eum, vt sequitur in d. l.

Item differunt; quia ex naturali obligatione nulla datur actio; sed tantū exceptio; ex Ciuili verò datur actio, & exceptio. l. iuris gentium. 7. §. sed cum nulla, ff. de pact. & l. naturaliter. 13. & §. fin. cum l. seq. ff. de cond. indeb. & l. hæres. 21. ff. de fideiuss.

Item differunt, quia naturalis obligationis accessoriū non sequitur naturā sui principalis, nempè naturalis obligationis, quia ex accessorio datur actio, quamuis ex principali non detur, Ciuilis obligationis accessorium naturā sui principalis sequitur. Nēpè ciuilis obligationis, quod intellige nisi accessorium sit naturaliter obligatum d. l. fideiussor, ff. de fideiuss. & l. na-

2 turaliter, in princ. ff. de cond. indeb. & l. res. 5. & l. quæsitum. 14. §. fin. de pign.

Item differunt; quia si fideiussor naturalis debitoris, pro quo intercesserat hæres exstitit, fideiussoria obligatio non extinguitur, quod secus in alio fideiussore eueniret. l. stichum. 95. §. quod vulgo, ff. de solutio.

Item differunt; quia naturalis obligatio pacto conuento de non petendo ipso iure tollitur. Ciuilis per pactum non ipso iure, sed per exceptionem tollitur. d. l. 95. §. naturalis, ff. de solutio.

3 Naturales filij. Vide infra Nothus, & Spurius.

4 Naturalis iuris gentium, & iuris Ciuilis differentiam. Vide supra ius naturale gentium.

5 Negociorū gestor, & Procurator ad iudicia, differunt. Rota in nouis de Procuratoribus, decis. 31. aliàs. 395. num. 1. ver. & videbatur, &c.

6 Nescire, & negare differunt. c. vlt. in vsib. feud. de lege Conradi.

7 Nescire, & ignorare, differunt. l. 2. C. per quas perso. nob. acquir. & l. 1. §. 1. C. de

rei

rei vxor, actio, & Bald. in d. l. 2. num.4.

8 Nihilominus,& nihilo magis differunt; quia primum includit affirmationem; secundum negationem, §.1.& ibi glos. instit. quib. non est permiss. fac. testam.

9 Niti,& obniti;cum ex vno sit intellectu;acceptis tamen præpositionibus fit diversũ: Niti enim potest videri, aut aliquam gratiam, aut honorem, aut vtilitatem erumnoso tendere sine labore; quãquam in aliquibus grauius audiatur; vt sint enixæ pariendi labore defunctæ; inniti autem incumbere manifestum est. Virg. lib. 6.

Ille vides pura Iuuenis, quæ nititur hasta.

Obniti vero est contra aduersum obluctari.

Virgil.

Sæpe vsque adeo obnixi non cedere, & alibi.

Obnixi torquent spumas, & cærula verrunt.

Terent. Andr. *Pedibus manibusq. obnixe omnia facturum.*

10 Nobilitas, & potentia, differunt; quia nobilitas se refert ad genus. Potentia verò ad vires, & facultates, Tiraq. de nobilitate. c. 37. num.73. fol. mihi 199.

11 Nocẽs à nefario, & impio ita differt, vt nocens leuius videri possit. Cicer. de offic. lib. 2. voluit nec tamen, vt hoc fugiendum est. Item esse habendum religione nocentem aliquandò modo nefarium, impiumq. defenderes; nocere enim propriè dicitur, qui nocet personę, non rebus. l. 1. §. huius autem verba, ff. de his, qui deiect. vel effud. & maior est vis nefarij, quàm illiciti. l. 1. §. 1. ff. de concub. l. sancimus, C. de pœnis. l. 2. C. si nupt. ex rescrip. pet.

12 Nolle, & non velle differũt; quia nolo importat pręcisè resistentiam,contenptũ, & omnimodam cõtradictionem, vel repudiationem, non solum absentiam voluntatis; sed non volo tantùm aliqualem, & non omnimodam importat contradictionem, vt not. Io. Andr. in c. prudentiam, §. 1. super verbo non velit de offic. de leg. Alij dicunt; quòd non velle significat priuatiuè, idest nõ esse voluntatem, seu motum voluntatis. Nolle verò signi-

ficat positiuè, ideſt eſſe motum non fieri, vel non obtinere illud, de quo quæritur, & per hoc dicunt Doct. quod ſi hæres deliberando de adeundo, dicit adire non velle, hæc verba non ſignificant repudiationem, quia non velle adire, eſt non habere motum animi adeundi; non autem per hoc ſequitur, quòd repudiet. Secus ſi dicat nolo adire; quia ſenſus eſt, quòd habet motum animi ad non habendum hæreditatem, & ideò ſignificat repudiationem. facit l. filij, §. 1. ff. ad Tertull. propter hoc dicit lex, quod inter velle, & nolle eſt medium, ſcilicet non velle, & non nolle. l. 1. §. ſcientiam, ff. de tribut. actio.

13 Nomen, cognomen, prænomen, & agnomen, differunt; in quid differant inter ſcriptores magna controuerſia eſt, id ſanè ferè conſtat inter omnes; prænomen eſſe, quod alijs pręponitur; agnomẽ verò quod imponitur ab euentu; at maior difficultas eſt in nomine, & cognomine. Accurſ. Priſciani ſententiam, *amplexus putat nomen eſſe proprium, quem ſequuntur omnes.* Alciat. lib. 4. cap. 1. contrarium tenet; *nomen eſſe Familiæ, cognomen proprium.*

14 Nomina demonſtratiuè, & abſolutè poſita differũt, quia quandò ponuntur demõſtratiuè; ſeu relatiuè numerus ſingularis cõgruit pluribus, neque pluralis vni, quandò ponitur abſolutè ſecus. Bald. ſuper rub. ff. ſi cert. pet. num. 7. in fin. verſ. item oppo. & l. 1. num. 3. in 4. oppo. verſ. ſecunda ſolutio eſt, ff. eod.

15 Nominis appellatiui, & proprij; differentiam. Vide ſupra Appellatiua, & propria nomina.

16 Nothus, & ſpurius differũt; quia ſpurius appellatur, qui non ex matrimonio ſiuè iuſtè, ſiue iniuſtè natus eſt, ſed vulgo eſt conceptus. l. 23. ff. de ſtat. homin. nothus verò qui ex matrimonio quidem, ſed falſo, & iniuſto, & melius ſecundum Bald. in c. niſi cùm pridem, num. 17. de renunciat. dicit quod.

Nothus eſt inceſtuoſus, ſpurius, qui natus eſt ex duobus ligatis, vel altero eorum ligato. Naturalis, qui natus eſt ex

est ex concubina domi retenta, Manzeres verò dicuntur filij meritricum publicè prostitutarum, ibi, d. num. 17.

17 Notitia nostra differt à notitia Dei; nam notitia Dei causat res. Nostra verò causatur, vt notatur per Cōmen. 12. Metaphisicæ. Notitia Dei infallibilis est; nostra verò sępè fallitur. Item notitia Dei est etiam de occultis in animo. Nostra verò solùm extrinseca compręhendit. Aegid. de regimine Princ. c. 9.

18 Notorium, & manifestum differunt; quia notorium est quod omnibus constare potest, & nullo colore offuscatur, nec probatione indiget. l. Ciues, C. de appell. manifestum verò quod allegari, probariq. oportet, ac aliqua probabili excusatione obtegi, vt in rebus, quę non sunt facti permanentis. Alciat. in l. palam. 34. num. 8. & 9. ff. de verb. signif.

19 Notorium, rumor, & fama. Vide Rumor, notorium, & fama.

20 Notorium, communis opinio, Rumor, fama, & occultum differunt. Nam communis opinio est tantùm de pręteritis; notoriū verò de pręsentibus, vel proximè pręteritis; quod potest facile probari per testes de visu; sed cōmunis opinio, non potest probari per testes de visu. Item communis opinio, differt à fama, quia communis opinio facit ius. l. 1. C. de testam. l. Barbarius, C. de offic. prætor. l. si arbiter, C. de senten. & interlocut. l. si quis, C. de municip. l. ipsi, §. fin. ff. de supellect. leg. l. si quis, §. planè, ff. de acquir. hæred. sed fama nō facit ius, statur tamen ei donec contrarium probetur. communis opinio modo sit proborum. Vilissimorum non probat. Gandin. in tit. quomodò de maleficio cognoscatur, num. 14. vers. sed fama non facit ius.

Manifestum enim, & notorium differunt ex Bald. in l. cum fratrem, num. 1. C. de his quibus, vt indig. & n. 2. vers. manifestum autem; quod manifestum de sui natura, & qualitate probari potest; puta quia factum sit in foro; notorium verò, quod in plurimorum conspectu re

vera,

vera, & realiter factũ est, vt in publico parlamento. Angel. in l. ciues, num. 2. vers. speculator, C. de appellat. post specul.in tit.de notorio, §. sequitur de manifesto, circa princ. dixit quod notoriũ est, quod omnibus publicè patet, vt etiam voluit Iosph. Ludouic. in perusin. dec.62. Tutor. num. 23. par. 2. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 116. Manifestum est, quod pluribus, sed non omnibus patet, & notabilem differentiam in ordine ad sententiã post Ang. loco citato obseruauit Afin.in sua praxi, §.31. c. 2. Dum igitur voluerunt ampliat. 1. nu. 1. dicit enim, quòd à sententia manifestè iniusta si non fuerit appellatum, est executioni demandanda, secus si sit notoriè inusta.

De rumore occulto, & manifesto. Gandin. in rubr.de rumore occulto, &c. dixit quod rumor est particularis assertio ex incerto Authore, & ex sola suspicione proueniens minus probans, quàm fama, seu cum pauci aliquid notum publicè dicunt. Fama, quod sit communis viciniæ proclamatio. Manifestum vero est publica, seu famosa proclamatio ex certa scientia, & ex certis authoritatibus proueniens potens probari per multos testes, nò tamen per tot, quod fiat notorium.

Occultum demum est in duplici differentia, occultum omnino, & penè occultum, omnino occultum est, quod nulla ratione probari potest. c. nostrum, in fin. vt Ecclesiast. benef.& tale occultum vocatur secretum. c. tua nos in fin. de Simon. c. si peccauerit. 11. quæst. 1. Penè occultũ est quod potest probari; sed per paucos, quia pauci illud sciunt, vt puta duo, vel tres, sed, & hoc secretum largo modo dici potest; cùm ex eodem Gandin. citato loco, in fine secretum dicatur si fiat etiam in præsentia quinque per iura, ibi allegata. Sed certè eiusmodi secretum dici poterit secretum abnegatiuè. c.non notorium. Ad rem Ang. de Vbald. in cons. 10. in causa prædicta, per totum. Alex. in l. si verò, §. qui pro rei, ff. qui satisda.cog.nu. 5. & Ias. num.9.

num.9. & in l. cum quidam, §. quod dicitur, num. 11. & 12. ff de acquir. hæred. Alberic. in l. ea quidem, num. 18. verſ. ſed qualiter probabitur, & ibi Salycet. à num. 62. vſque ad 68. C. de accuſatio. Bald. in l. atqui, §. cùm me, num. 5. ff. de neg. geſt.

Tamen hi termini, notorium, manifeſtum, euidens, publicum, notum, indubitatum, & liquidum interdum confunduntur, & pro vno reputantur; ſed æquiuocè. Bart. in l. ſcriptus, nu. 2. verſ. quandoq. tamen, ff. religioſ. & latè poſt alios Maſcar. de probat. concl. 1106. Notorium æquiuoce, in princ.

Notorium enim ipſum eſſe allegandum, ſed non probandum, illud eſt, in quo om nes conueniunt. Alex. in l. 1. num. 4. C. vt quæ deſunt. Aduoc. Surdus, deciſ. 259. num. 14. verſ. & notorium. Ripa, in l. 4. §. hoc autem iudicium, num. 31. ff. de damn. infect. & alij, quos refert Me noc. de præſumpt. lib. 1. q. 67. num. 5. verſ. idem affirmant omnes. Maſchard. de probat. concl. 1107. num. 2. & 1109. num. 1. atque, vbiq. variæ recenſentur, & comprobantur notorij priuilegia. Ita etiam. Aret. in proem. inſtit. §. quorum, num. 5. verſ. ſed licet. Roland. conſ. 66. n. 22. lib. 2. Natta conſ. 275. in princ. & idem non ſolùm de notorio; ſed etiam de viſibili, quod ſit allegandum, non probandum, ſcripſit Seraph. de Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 87. num. 10. verſ. quia notorium, & viſibile.

Item notorium, aliud eſt iuris, aliud præſumptionis, & aliud facti, vt latè declarat Innocent. in c. tua nos per totum, & cæteri poſt eum, ibi de cohabit. Clericor. & mulier. & ſpeculat. in tit. de notor. crim. §. 8. iam de notorio, per totum. Bald. in Margar. ad Innoc. in verbo notorium. Marſil. in rubr. C. de probat. num. 216. vſque ad num. 248. Baiardus ad Clarum, q. 94. num. 21. verſ. item adde Gregor. Tholoſ. in ſyntagm. iur. vniuerſ. lib. 48. cap. 10. explicatis in genere, n. 6. verſ. notorium triplex eſt; vbi diſſerit de triplici notorio.

Et no-

Et notoriũ iuris eſt, quod reſultat, vel ex re iudicata iuxta tex. in l. ingenuum, ff. de ſtat. homin. l. res iudicata, ff. de reg. iuris, & in c. cum olim, de verb. ſign. vel quod ex propria inſurgit confeſſione. Franchus, deciſ. 204. cùm eſſet, num. 4. Grammat. deciſ. 31. Caſſandra, num. 8. verſ. quod notorium. Abb. in c. in literis, num. 29. de reſtit. ſpoliat. quod verum intelligit Speculat. in d. §. 8. num. 2. verſ. dummodo confitens. per tex. in l. 1. §. quæſtioni, ff. de quæſt. ſi confitens in confeſſione perſeuerauerit aliàs non. Quod tamen Tholoſ. intelligit; ſi vlterius ſequatur condẽnatio; quia res iudicata habetur pro veritate. Quamquam Bonif. de Vital. in tit. de notorijs crimini, num. 1. verſ. notorium verò iuris, & nu. 2. verſ. ſecundo modo, dixerit notorium duplici modo exiſtere. primo per confeſſionem. ſecundo per ſententiã. quod, & voluit. Federic. de Senis, cõſ. 236. in quæſtione vertente, num. 2. verſ. æqui pollent enim, dum per tex. in c. penult. de adulter. in c. fin. & c. veſtra de cohabit. Cleric. & mulier dixit. Quod hæc tria ęquipolleãt notoriũ; ſcilicet per ſententiam, per confeſſionem, & per rei euidentiam; quod idem ſenſit Amad. de Syndicat. nu. 26. verſ. notorium iuris, dum dicit, quòd notorium iuris eſt cũ aliquid eſt confeſſus reus in iudicio, vel condemnatus. l. fin. ff. de ſtatu homin. l. res iudicata, ff. de reg. iuris.

Notorium præſumptionis eſt, quod inſurgit ex iuris præſuptione, vt paternitas, filiatio. Vnde ſi vir, & vxor aliquem infantem, vel filium nutriant, & filium eum vocent filius præſumitur, & dicitur Notoriũ præſumptionis. Specul. loco citato, & Greg. Tholoſ. vbi ſupra, n. 8.

Præterea notorium facti eſt in triplici differentia; aliud enim facti tranſeuntis, vt quod Caius occiderit Sẽpronium, aliud facti interpellati, vt eſt in manifeſto fœneratore, aliud facti permanentis, vt eſt, in notorio concubinario; In Epiſcopo extra ſuã Diœceſim commorante. Speculat. vbi ſupra. Capicc. deciſ. 124. In cauſa

D. Co-

D. Comitis, num. 7. verſ. tertio reſpondetur. Bonif. de Vital. in tit. de notorio crim. num. 7. verſ. item nota, quod tres; Et aduerſus rem iudicatam admittitur notorium facti permanentis, ita poſt Felyn. in c. quoniam contra 4. fallent. de probat. Alciat. in prçludi. prçſumpt. par. 2. num. 16. ſcripſit Menoch. de prçſumpt. lib. 1. quæſt. 67. num. 3. & 4.

21 Nouatio, & delegatio differunt; quia nouatio eſt prioris debiti in aliam obligationem, vel ciuilem, vel naturalem transfuſio, atque tranſlatio. l. 1. ff. de nouat. Delegatio verò eſt alterius debitoris in ſuum locum ſubſtitutio, & delegare eſt vice ſua, alium reum dare creditori, vel cui creditor iuſſerit. l. 11. ff. de nouat.

22 Nouatio, & quaſi nouatio differunt. Nam nouatio eſt vnius obligationis in aliã transfuſio, atque translatio; quaſi nouatio eſt vnius per aliam impedita petitio, vel exactio, ita notat Alberiç. in l. ita ſtipulatus, num. 49. ff. de verb. oblig.

23 Nouationis in materia, in quo caſu ſit differentia. An res præſens, vel abſens ſit, notat idem Alber. in l. ſi rem aliquam, num. 3. ff. de nouatio.

24 Noxa, & noxia hanc habent diuerſitatem, quod noxa eſt peccatum leue. Virg. Aeneid. lib. 1.

Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei.

Noxia nocentia. Virg. lib. 8. *Iraq. & crimina noxia cordi.* Cicero in Hortenſio, *& cæteris quidem rebus, in quibus peccata non maximè afferunt noxias tamen neſciunt attingunt.* Iuſtinianus, *noxam dicit corpus, quod nocuit.* Noxiam ipſum delictum. Inſtit. de noxalibus, in princ. l. 1. in princ. ff. ſi quadrup. pauper. Noxa etiam maleficium, & peccatum ſignificat, eaq. appellatione omne delictum in 12. tab. legibus cõtinebatur. l. 237. in fin. ff. de verb. ſignif. & ita noxam, noxiamq. nocere. l. 45. §. 1. ff. de leg. 1. l. 4. ff. de noxalibus act. & noxam caput ſequi dicimus. l. 4. ff. ſi ex noxal. cauſ. l. 1. §. ſi apud, ff. depoſiti. l. fin. ff. de noxal. l. 1. C. eod.

1  BLATI, & cōuerſi differūt; quia cōuerſi portant habitū Religioſorum, & profitentur ſolemniter; ſed non ſunt Clerici. Oblati verò portant aliquandò habitum, & aliquandò non; & poſſunt recedere, niſi ſint perpetuo oblati; quo caſu æquiparantur alijs profeſſis. Domi. de ſancto Gemin. in c. per exceptionem in ij. col. de priuil. in 6.

2 Obligationis verborum, & ſtipulationis. Vide infra ſtipulatio, & verborum obligatio.

3 Obligatio dandi, & obligatio faciendi differunt; Si enim aliquis ſtipulatur ſibi dari aliquid, etſi mortuo ſtipulor dari vni ex hæredibus, nunquid poteſt vni prouidere? Iuris conſultus in l. continuus. 137. §. illud inſpiciendum, ff. de verb. obligat. dicit, quòd non, ſed omnibus acquiri neceſſe eſt. Si verò aliquis ſtipulatur ſibi Domum fieri, nunquid poteſt facere, vt vni quæratur, licet non acquiratur alijs, & iuris conſultus; in d. §. dicit, quòd ſic. Ex quo Petrus de Bellapertica, ibi, num. 19. notat differentiam, quòd in obligationibus faciendi poteſt teſtator ad vnum de hæredibus ſuis transferre, nec alij hæredes participabunt. In obligationibus verò dandi ſecus; ſed omnibus æqualiter acquiruntur. l. cum, qui, §. te, & titium, ff. eod. l. tale pactum, §. vlt. ff. de pactis, & Petrus, vbi ſupra, quod tamen diſtinguit, ſub nu. 20. & ſequentibus.

4 Obreptio, & ſurreptio differunt; ſubrepit enim quis quandò falſo expræſſo, vel veritate ſuppreſſa aliquid impetratur. Obrepit verò quandò per inuolutionem verborum puta ironicè, vel callidè loquēdo literæ effugiunt deliberatam conſcientiam Principis. Abb. in c. cum dilecta, num. 7. de reſcriptis.

5 Obſcuri, & ambigui differentiam. Vide ſupra Ambiguum, & obſcurum.

6 Obſeruationis iudicij abſolutio, & circumductio citationis differunt. Nam dicitur circumduci, ideſt deleri, & non dicitur abſolui ab inſtantia iu-

tia iudicij, vel litis. Peremptorium enim circumducitur quandò reus citatus est præsens,& qui citari fecit est absens, quia qui præsens est siue sit reus, siue actor altero eorum absente, si vult absoluitur à termino assignato. Archid. in c. Christianis, n. 2. 11. q. 1. & remanet instantia iudicij; secus est in absolutione, vbi extinguitur ibi.

7 Occasionis, & causæ differentiam. Vide supra Causa, & Occasio.

8 Occisus,& mortuus. Vide mortuus, & Occisus.

9 Occidere manibus proprijs aliud est, quàm dare causam morti. l. ita vulneratus, vbi Bart. ff. ad l. Aquil.

10 Officina à taberna differt. Nam taberna erat ædificium in loco publico, vbi merces, & quæcunque alia opera omnis generis venum proponebantur. In officina verò ipsa opera fiebant. Vall. lib. 4. Brechæus in l. inde tabernacula, ff. de verbor. & rerum signif.

11 Officij,& artificij differentiam. Vide supra Artificium, & Officium.

12 Omne,& totum, vt ab omni plus esse totum putent volunt quidam esse seiunctum; cum indiscrete, inter authores frequenter positum legatur, & vtrumque cum significatione vniuersitatis. Lucret. lib. 1.

Totum per inane geri res.

Virgil. Buccol.

Omnia vincit amor.

& in Georg. lib. 3.

Omne adeo genus in terris hominumq.; ferarumq.,
Et genus æquoreum, pecudes, pictesq. volucres
In furias ignemq. ruunt amor omnibus idem.

& Aeneid. lib. 6.

totumq. infusu per artus
Mens agitat molem; & magno se corpore miscet.

Quid quod totum, quod plus putatur non pro cuncto alicubi accipi potest! idem Georg. lib. 3.

totusq.
Aduoluere focis vlmos igniq. dedere.

Vt sint totas integras non omnes, quæ in mundo sunt vlmos.

Huc pertinent, notata per Dynum, in c. plus. 35. & in c. in toto. 80. de reg. iuris. in 6. & per Decium, & Cagnolum

gnolum, in l. in toto. 113. ff. de reg. iuris.

13 Omnis differt à toto. Iaſ. in l. ſi vnus, §. pactus, num. 13. ff. de pact. Nam totus eſt diſtributiuum vnius rei particularis, vt hic eſt totus liber Virgilij, vel totus homo; ineptè enim diceretur hic eſt omnis liber Virgilij; omnis enim eſt diſtributiuum plurium, vt omnes homines omnis obligatio, ineptè enim diceretur toti homines. Bart. in prima conſtitutione, ff. veteris, §. omnem, num. 1.

14 Omnis, & quilibet differunt. l. ſi pluribus. 33. ff. de leg. 1. Nam omnis coniungit; Quilibet verò diſtribuit. d. l. & ſequenti.

15 Omnium, quæ mortis cauſa quis ceperit, & donationis cauſa mortis. Vide ſupra Donatio cauſa mortis, & omnium, quæ cauſa mortis.

16 Oneris ferendi ſeruitutis, & ſeruitutis tigni immittendi differentiam. Vide infra Seruitus tigni immittendi, & oneris ferendi.

17 Opem, & conſilium. Vide Auxilium, & Conſilium.

18 Opulenta hæreditas, & locuples differunt, quia opulenta dicitur illa, quæ adfert opes ſine vexatione. locuples etiam cum vexatione. gloſ. in l. ſi quis mihi bona, §. 1. ff. de acquir. hæred. notat Petr. de Rauenna ſing. 258.

19 Ora, & oræ licet paria eſſe videantur; tamen, vt genere, ita intellectu diſtant. Nam quoties in his neutrum genus tangitur, vultus, vel facies noſtra ſignificatur. Virgil.

Os humeroſq. Deo ſimilis.

& lib. 12.

Ora citatorum dextra detorſit equorum

Quoties fœmininum ſignificat cuiuslibet rei fines. Virgil. Aeneid. lib. 1.

exiere locosq.

Explorare nouos quas vento ac ceſſerit oras.

20 Oratio, & intentio differunt. l. ſi quis intentione, ff. de Iudic. Nam intentio ad Actorem; Oratio verò ad reũ ibi refertur gloſ. 1.

21 Oratorium, & Eccleſia differunt; quia Eccleſia eſt illa, quæ deputatur principaliter ad celebrandum, conſecratur per Epiſcopum, & dos ſibi conſtituitur. c. nemo, de

mo, de consecr. distin. 1. Oratorium verò non consecretur, nec dos sibi constituitur, nec fit principaliter, vt ibi celebretur; sed ad orandum; nec habet campanile. Dec. cons. 148. num. 1. vers. quia Ecclesia.

22 Ordinarius, & Collector differunt, notat remissiuè 1. Bellam. de except. conc. 481. fol. mihi. 99.

23 Ornamenta muliebria à vestimentis differunt. Nam ornamenta sunt, quibus mulieres ornantur, veluti in aures armiliæ, viniolæ, & omnia, quæ ad nullam, aliam rem parantur, nisi corporis ornandi causa. l. 26. §. ornamenta, & l. 58. ff. de aur. & arg. leg. Itaq. Tertull. ornatum in cura comendi capitis, poliendæq. & exornandæ cutis ponit, sic enim in libro de habitu muliebri scribit. Habitus autem fœminæ duplicem speciem circumfert cultum, & ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant. Ornatum, quem in mundum muliebrẽ dici conuenit; Ille in auro, argento, & gemmis, & earum vestibus deludatur, iste in cura capillorum, & cutis, & earum partium, corporis, quæ oculos trahunt.

24 Operæ obsequiales, artificiales, & fabriles differunt in pluribus. Primo, quia obsequialis debetur patrono, sine interpositione. l. si non sortem. 26. §. libertus, ff. de condict. indeb. artificialis, seu fabrilis cum interpositione. l. 1. C. de oper. liber. Secundo differunt; quia opera artificialis, seu fabrilis dicitur diurnum officium. l. 1. ff. de oper. liber. sed obsequialis propriè est honor, §. illud. Auth. vt libert. de cætero. Tertio differunt; quia opera obsequialis etiam debetur patrono, qui manumittit ex necessitate. l. patronum, in fine, ff. de in ius vocan. Artificialis, vel fabrilis non. l. 2. & l. mater, C. de oper. liber. & l. qui ex causa, & l. cerdonem, ff. de bon. lib. Quarto differunt. Nam si opera obsequialis soluatur indebitè, non potest repeti. d. §. libertus; Artificialis verò, & fabrilis repeti potest. l. penult. ff. de præscript. verbis, & l. fin. ff. de oper. libert. Item artificiales, & fabriles,

inter

inter se differunt in multis. primo in stipulatione. secundo in cessione. tertio in petitione. quarto in mora. quinto in exibitione. sexto in solutione. septimo in transmissione. In stipulatione differunt; quia operas incertas fabriles possum mihi stipulari, non alij, vnde cùm manumitto seruum meum impono 10. operas fabriles, possum illas mihi, non alijs stipulari. l. seruus patroni, §. fin. cum duabus legibus seq. ff. de oper. sed operã artificialem; idest certam possum mihi, & alij stipulari. l. opere, ff. de oper. libert. sed valet stipulatio nõ ad actionem quærendam, sed vt adiecto solui possit, & ratio diuersitatis in stipulatione est; quia cùm stipulor mihi, & alij in persona adiecti non tenet stipulatio, vt ei quæratur obligatio. §. alteri instit. de inutil. stipul. sed tenet in persona adiecti, vt ei solui possit. l. fin. §. penult. ff. de verbor. oblig. sed vbi stipulor incertas operas mihi, & alij, non tenet stipulatio quantum ad actionem in personam adiecti quærendã; quia alteri stipulari, &c. quantum ad solutionem faciendam non tenet stipulatio in persona adiecti, quia est incertum, quid debear solui. Alia ratio est, quia illæ eædem operæ, quæ debentur patrono in genere si soluantur adiecto, non soluuntur eædem; quia soluuntur in specie; sed vbi debentur certæ possunt solui adiecto; quia eædẽ videntur solutæ. l. quia aliȩ, ff. de oper. liber. Item stipulatione in alio differunt fabriles, & artificiales operȩ, quia seruus patroni potest stipulari sibi, & patrono simpliciter operas certas, incertas non potest stipulari sibi. l. seruus, ff. de oper. liber. & l. penult. ff. de stipul. seruo; sed illud est falsum, quia siue operȩ sint certæ, vel incertæ nunquam stipulatur sibi, sed patrono, vel simpliciter.

In cessione artificiales, & fabriles operȩ differunt; quia operȩ certȩ veniunt in obligatione, ex quo promissæ sunt; etsi indictȩ non sint; sed incertȩ non nisi fuerint indictȩ, vt quia dicet patronus liberto debes mihi 10. operas fabriles, volo vt prȩstes mihi scriptorias, vel aratorias,

rias. l. cùm patronus, in princ. & l. quoties, ff. de oper. liber. & ratio diuersitatis est, quia cum patronus stipulatur operas incertas, videtur tacitè agi inter patronum, & libertum, vt non soluat istas operas, nisi cùm indixerit; quia incertum est quales operas soluat; sed certè, ideò veniunt in obligatione, & si indictæ non sint; quia videtur tacitè agi, vt statim soluat, & ipse libertus scit quales operas debet soluere, vnde non debet certiorari. l. 1. in fine, ff. de actio. empt. Alia potest ratio assignari; quia operæ incertæ non sunt in rerum natura, antequam indicantur. Sed certæ sic. l. operæ in rerum, ff. de oper. liber. & arg. l. certum, ff. si cert. petat, & l. inter stipul. in princ. ff. de verbor. oblig. & ideò non veniunt in obligatione, nisi postquam fuerint indictæ. Sed operæ certæ veniunt in obligatione, antequam sint indictę, & id quod est in obligatione possumus stipulari. l. liber homo; & l. si quis, ita stipulatus fuerit, ff. de verb. oblig. & l. nō moriturum, C. de contrahen. stipul.

In petitione differũt; quia certę operæ idest artificiales possunt peti, cùm cedit dies; ex quo promissæ sunt. l. continuus, §. cùm ita, ff. de verb. oblig. Incertę nō statim cùm cedit dies peti possunt; sed tunc demum cùm fuerint indictæ. l. sed hac lege, §. & hoc interdictum, ff. de oper. liber. ratio diuersitatis est, quia operæ incertæ, non sunt in rerum natura; operæ certę sic; & id, quod non est in rerum natura non potest peti, cùm non possit consistere obligatio, & actio. l. cedere diem, ff. de verb. signif.

In mora differunt; quia si libertus promisit operas incertas, & dedit fideiussorem, fideiussor tenetur ex mora liberti, non ex sua; sed vbi certas deberet, & dedit fideiussorem tunc ex sua, & liberti mora tenetur fideiussor. l. libertus, ff. de oper. libertorum, & ratio est, quia opera incerta cuilibet facto ęquiparatur; sed vbi aliquis fideiubet pro alio, qui promisit aliquid facere, fideiussor ex mora sua, non potest conueniri. l. cùm filius, §. 1. ff. de verb. oblig. quia cùm

non

non debeantur, nisi fuerint indictę liberto, non tenetur ex mora propria fideiussor, sed vbi libertus promisit operas certas, & dedit fideiussorem, ideò fideiussor tenetur ex mora sua; quia certa opera æquiparatur pecuniæ legatæ. l. duobus, & l. mora ra rei, ff. de verb. oblig.

In exhibitione differunt; quia operas certas debet prętare libertus victu,& vestitu patroni. l. penult. ff.de oper.libert.l.operæ in rerum eod. sed operæ incertę præstabuntur à liberto suo victu, & vestitu. l. suo. l. aut. & l. imponi, ff. de oper. liber. & ita Io. & Azzo; ratio est, quia libertus,qui tenetur ad operas incertas est obligatus in genere,& sic immunis, vnde cùm in hoc releuetur, in alio grauatur, vt eas præstet suo victu, & vestitu. l. cum, qui in princ. ff. de iureiur. sed libertus, qui tenetur ad operas certas est obligatus in specie, & sic tenetur in plus, & ideò cùm in hoc casu grauetur,in alio debet releuare, vt eas pręstet victu, &vestitu patroni,& hoc probatur per tale simile. Emptor tenetur vēditori ad precium in genere, nō autem ad istos nūmos in specie, & ideò grauatur in hoc, quòd tenetur facere precium accipientis; sed venditor tenetur ad certam rem venditam, & ideò cùm in hoc grauetur,releuatur in alio, vt non teneatur facere accipientis. l. ex empto,in princ.ff.de actio empt. sed totum contrarium, quòd operas debet libertus præstare suo victu, & vestitu. d. l. suo. l. aut. l.imponi;Incertas victu, & vestitu patroni. l.1.ff.de oper.liber. Nec obstat illa litera, quæ videtur innuere,quòd alij debent sol ui volūtate patroni;quia debet ita intelligi, vbi libertus promisit operas incertas debet ali, sicut patronus conduceret ab alio, & quod ita debet intelligi probatur in l. quod nisi, in princ. ff. de oper. liber. & ratio est,quia vbi debet præstare operas certas sibi potuit prouidere de expensis,vbi incertas non arg. l. quod te, ff. si cert.petat, vel potest dici, quod in hoc non est differentia inter certas, & incertas, sed concordabis leges istas, quæ videntur

dentur discordare, vbi libertus est soluẽdo hoc casu operas certas, & incertas pręstabit suo victu, & vestitu. d. l. suo. l. aut. & l. imponi; sed vbi non est soluendo, siuè certę, siuè incertæ, sint pręstabit victu, & vestitu patroni, vel debet cedere tantum tẽpus intra quòd possint lucrari. l. penult. ff. de bon. libert.

In solutione artificiales, & fabriles operę differunt; nam incertę possunt solui alij voluntate patroni, incertæ non. l. operę in rerum, in princ. & §. fin. ff. de oper. liber. ratio est; quia in operibus incertis consideratur dignitas liberti soluentis, & patroni. l. eius, ff. de oper. liber. sed si diceremus, quòd operę fabriles possint solui alij, hic emergeret absurditas; nam patronus, est Clericus, libertus est scriptor, si soluit patrono debet considerare dignitas liberti, & patroni; quia soluet scriptorias; sed si possint alij solui; quia si Clericus patronus velit vendere istas operas militi; dicet miles patronus tuus vendidit mihi 10. operas in genere sum miles ascende equum meum, & vade ad talem locum; quia ibi dicitur esse hastiludium, vnde volo, vt pręstes 10. operas scutiferas. Libertus dicit, non imponatis hoc mihi; quia non possum videre homines armatos, dicit miles quales operas vis pręstare; sum scriptor veniatis, & accipiatis decem operas scriptorias, & illas teneor secundum meam dignitatem præstare, & bene. Item incertę non possunt solui pro parte. l. 3. in princ. & in fin. ff. de operis liberto, sed certę sic. l. si quando, ff. eod.

In transmissione differunt. Cùm patronus stipulatur à liberto operas, aut sibi, & filijs suis, aut sibi, & hæredibus suis, aut simpliciter. Si sibi, & filijs suis hoc casu, siue sint certę, siue incertę transeunt ad hęredes filios ęquis portionibus, non pro portionibus hęreditarijs, & petuntur à filijs actione directa. l. si quis operas, & l. iureiur. §. liberi, ff. de oper. liber. si autem filij non existant hęredes patris, hoc casu transeunt ad filios pro ęquis portionibus; sed non petuntur directa; sed vtili

actione arg. l. quocunque modo, §. 2. ff. de verb. oblig. si autem stipulatur sibi, & heredibus suis certę operę transeunt ad heredes extraneos; sed incertę non; sicut vbi stipulatur simpliciter, & pro se. l. cerdonem, ff. de oper. liber. & l. qui ex causa, ff. de bon. liber. vel quod verius est, vbi stipulatur sibi, & heredibus suis certę, & incertæ transeunt ad hæredes suos; quia dicit lex si simpliciter stipulor vsumfructum dari non transit ad hæredes; sed si stipulor mihi, & hæredibus meis transit. l. stipulatio ista, §. si quis vti, ff. de verb. oblig. Nec obstat, quòd supradictum sit, quòd quis possit alij incertas operas stipulari, quod est verum extraneo, non hæredi nostro. l. auus, & l. hæredi, §. Iul. ff. de pactis. Non obstat. l. cerdonem, & l. qui ex causa, quia ita intelliguntur; Immò incertæ operæ transeunt ad filios, etiam si sint exhæredati, non tamen mala mente, ita Azzo, & l. si operarum, ff. de oper. liber. l. pro hærede, §. si quis ex his, ff. de acquir. hæred. & ratio quare incertæ non transeunt ad extraneos, sed ad filios, est; quia extraneus hæres si non esset hæres, non esset patronus. l. licet, §. 1. ff. de verb. sign. & l. cùm patronus, & l. à duobus, in princ. & in fine, ff. de oper. liber. l. sciendum, ff. de verb. signif. nonnulla de istis breuiter, notat Iacob. Cuiac. l. 17. obseruat. cap. 12.

25 Osculum, & suauium differunt. Nam ab ore osculum; suauium à suauitate dicitur. Varro de vita Populi Romani. Ideòq. hoc ab ore dicitur osculum non à suauitate; vnde suauium, quod simile sit suauitatis.

P

1 PACTVM nudum à stipulatione differt; quia stipulatio est, quandò intercessit in conceptione verborum forma, videlicet interrogatio præcedens, & statim subsequens responsio. Pactũ nudum est promissio, vel conuentio facta non pręcedente interrogatione, & secuta statim re-

tim responsione; nam si nemine interrogante promitto tibi acceptanti, vel etiam præcedente interrogatione ex interuallo, talis conuentio non est stipulatio; sed pactum nudum. glos. & dd. in l. iuris gentium, §. igitur nuda, ff. de pactis Cyn. & alij in l. legẽ, C. eod. Alex. cons. 16. vol. 2. num. 4. & 5. Hoc obseruaui scolaris Pisis audiens D. Franciscum Bertinum Collensem præceptorem meum.

2 Pactum, & pollicitatio differunt; quia pactum duorum est consensus, atque conuentio. Pollicitatio verò offerentis solius promissum. l. pactum. 3. ff. de pollicit. non dipollicitationem esse solius offerentis consensum, sed esse vnius promissum, nam, & in pollicitatione duorum inest consensus, sed non expræssus, neque declaratus, nisi ab eo, qui promittit alteri tacenti, & non roganti. At in pacto non consensus est duorum tantùm; sed etiam conuentio de eo, quod vtriusque verbis conuentum est, & conclusum, vt ita fiat. Pactum est itaq. cùm plures hoc agunt, & in eam decurrunt sententiam, vt quid fiat, aut non fiat. Pollicitatio, cùm quid promittitur alicui non petenti, cùm de eo antea ne cogitatum quidem esset, & tamen duorum inest consensus; quia is, cui facta est promissio, non reclamat; sed promissis acquiescit.

3 Pactum, & transactio differunt; quia pactum est de re certa, & indubitata. Transactio verò de re dubia, & lite incerta, neque finita. l. 1. ff. de transact.

4 Pactum de renunciando, & renunciatio differunt, quia renunciatio consensu vnius fulcitur. Pactum de renunciando nititur authoritate duorum, & propterea generalis renunciatio sola non valet. Pactum verò de renunciando quantumcunque generale omnibus beneficijs competentibus, & competituris valet. Specul. de renūc. & conclus. §. 1. num. 7. vers. quia pactum, fol. mihi 759.

5 Pactum, & conuentum differunt. Nam pactum vnius tantùm obligationem habet, vt si promisi tibi centum. Conuētum autem vtriusque

fidem astringit, vt transactio, aut qui contractus innominati vocantur, cùm facio, aut do aliquid, vt vicissim aliquid des, aut facias. Connanus lib. 5. cap. 1. num. 9. Ideòq. apud Ciceronem, vbiq. facta est mentio pacti conuenti, quod ex hoc solo aliqua nasceretur actio; At alterius pacti nulla per se quidem vi sua.

6 Palam, & publicè differũt; quia palã fieri dicitur quandòq. coram pluribus puta duobus. Publicè verò, quod coram Populo. Alciat. in l. palam 34. nu. 16. ff. de verb. signif.

7 Paratum, & emptum. Vide Emptum, & Paratum.

8 Parcitas differt ab auaritia. Hieron. in Epist. audi filia mi, 21. col.

9 Pars, & totum differunt. l. 1. ff. de euict. re quod à partibus, vbi Archid. distin. 75.

10 Particeps societatis, & socius. Vide socius, & particeps.

11 Particularis legati, & fideicommissi vniuersalis differentiam. Vide supra Fideicommissum vniuersale, & legatum particulare.

12 Partitionis, & diuisionis differentiam. Vide supra Diuisionem, & partitionem.

13 Paruuli differunt ab adultis, & pronuntur pro pupillis. l. 1. C. de tutor. & Cur. Illus. perso.

14 Pater legitimus, & naturalis ab adoptiuo inter cætera differunt in hoc; quia testamentum patris legitimi, & naturalis filio emancipato hærede non instituto, vel nominatim non exhæredato, est nullum. Testamentum verò patris adoptiui non vtiq. potest enim filium adoptiuum emancipatum præterire, §. emancipati, Instit. de exhæred. liber. Pater naturalis nõ potest; quia quo ad exhæredationem inter emancipatũ, & in potestate constitutum nulla est differentia. Curt. Iun. in Auth. ex causa, num. 42. C. de liber. præter. Clar. in §. testamentum, q. 40. nu. 7. & q. 42. num. 2.

15 Patriarcha, & Princeps differunt. 99. distinct. & 22. distinct. c. pen. & fin. c. antiqua, de priuil. & c. 1. §. vlt. de statu regul. in 6.

16 Patronus ecclesię differt à patrono liberti. Primo; quia vide-

videmus, quòd quandò quis fundat, vel dotat ecclesiam, & sic efficitur patronus ex fundatione, aut ex dotatione facta ad necessitatem tantùm, nõ potest aliquod onus imponere, puta vt sibi teneatur dare certum annuũ censum. c. 1. & ibi Panormit. etiam cum consensu Episcopi. c. de censibus, & c. prætерea, eo; quia non potest Episcopi consensus prodesse in his, quæ sunt contra iura. c. vides, 10. distinct. & ibi glos. & intelligitur dotare ad necessitatem, quandò aliter ecclesia substineri non posset in statu debito. c. 1. de inst. c. nemo de constit. distinct. 1. Contrarium autem videmus in patrono liberti; quia talis potest in manumissione, & in acquisitione iuris patronatus imponere onera, eo quia potest operas imponere, dum manumittat ex libera voluntate, aliàs aliquo modo grauatus manumittere non potest nec operas imponere. l. 2. & 3. l. si mater. l. Titius, ff. de oper. liber. & in l. qui ex causa, ff. de bonis libert.

Secundò differt. Nam patronus ecclesiæ ædificando, vel dotando, si non reseruat sibi iuspatronatus ecclesiæ non habet aliquod iuspatro. in ipsa ecclesia. Paulus de Cittad. in tract. de iurepatr. parte 3. secunda causa, q. 5. & posito, quòd reseruauerit potest in continenti illud à se totaliter abdicare donando, vel alio vtili titulo tradendo. c. cùm seculum, & c. cùm Pastoralis eod. vel simpliciter renunciando, & tunc ecclesia fit libera: Cittad. d. q. 5. sed patronus liberti fit ipso iure ex manumissione, & etiam si vellet non potest totaliter renunciando generaliter cedere iuri suo. glos. 1. in c. Episcopus. 12. q. 2. & & in c. quicumque Laicus. 54. distinct. iuri enim reuerentiali renũciari non potest. l. fin. C. de bon. liber. l. 2. C. de in ius vocan. & notatur in d. c. quicunque.

Tertio differt. Nam tale ius potest acquiri ex priuilegio Papæ. Cittad. in 6. causa acquirendi iuspatro. sed non video, qualiter iuspatronatus liberti acquiritur ex tali priuilegio. Nàm si proprios seruos Papa, vel Princeps manumiserit ex manumis-

numiſſione non ſibi acquiritur iuspatron. Azzo. in ſumma, C.de bon. libert. Si autem alicui ius ſuum cedat, non video, quòd ex priuilegio acquiritur, ſed ex titulo, quo ceditur. Idem etiam dicendum ſi ab alio quocunque cederetur iuspatronatus liberti, nam ex tali ceſſione acquiritur iuspatronatus.

Quarto differt, quia plures ſunt modi cauſantes iuspatronatus eccleſiaſtici, vt refert Cittad. in prælleg. tract. cauſa 1. & ſequentibus, parte 3. ſed iſtud iuspatronatus liberti cauſatur ex ſola ſpontenea manumiſſione veri patroni, & non ſemper quęlibet manumiſſio cauſat tale iuspatronatus liberti, vt aſſerit Cittad. in 6. cauſa in prædicto tract. Fatetur autem, quòd aliquis pluribus modis alijs effici poteſt patronus liberti, vt per colluſionem, ſententiam, & iuramentum, de quibus habes in 3. parte, verſ. nunc autem dicendum reſtat. Licet enim ex illis cauſis quæratur iuspatronatus liberti, non tamen iuspatronatus ab eis deſcendit, ſed cauſatum transfertur. Sicut etiam videmus, quòd alijs pluribus modis acquiritur iuspatronatus eccleſiæ, ſcilicet venditione vniuerſali, donatione, ſucceſſione, & cæteris cumulatis à Cittad. in d. tract. par. 4. & tamen non cauſatur, niſi ab illis ſex modis notatis à prædicto Cittad. in part. 3. in ſex cauſis, ibi annumeratis. Sic etiam iſtud iuspatronatus liberti cauſatur ex ſola donatione libertatis, licet poſtea cauſatum transferatur ex pluribus cauſis, vt notatur à Cittad. in 6. cauſa, d. 3. part. verſ. 1. & ſeq.

Quinto differunt; quod iuspatronatus eccleſię eſt ſpiritualibus annexum, & tanquam ſpirituale ratione connexitatis iudicatur. c. quanto de iudicijs. Panor. in c. quærelam, de elect. c. præterea, de transact. ſed aliud eſt mere Laicum, vt euidenter apparet; quia ſine omni ſpiritualitate cauſatur inter Laicos manumiſſione, quæ à Laicis, & ab Eccleſiaſticis perſonis emanat, vt in toto titulo, ff. de manumiſſ. & C. vnic. dic. liber. & Inſtit. quibus manu non licet.

Sexto

Sexto differt; quia iuspapatronatus ecclesię poteſt eſſe apud plures inſolidum, & non aliter quoad ſuos effectus excepto quoad prçſentantem; quia tunc eſt apud omnes collectiue, vt not. in c. 1. & ſeq. eod. diſtinguendo tamen, an apud Collegium ſit, vel Laicos, vel plures hæredes vnum patronum repræſentent, vt notat Citt. de iure patro. par. 6. q. 28. & part. 3. q. 16. quoad alios effectus inſolidum eſt apud ſingulos; ſed iuspatronatus liberti eſt diuiſibile intellectu, vt puta quisq. parte quis fuit Dominus pro ea etiam efficitur liberti patronus manumittendo. l. ſeruus communis, ff. de ſtipul. ſeruorum rum, §. fin. Inſtit. de hæred. inſtit.

Septimo differt; quia iuspatronatus eccleſiæ non poteſt cauſari ad placitum, requiritur enim conſenſus Epiſcopi in fundatione, vel in reparatione, §. 1. Auth. vt null. orat. Dom. fa. c. nemo de conſecrat. diſtinct. 1. vel ſaltem Epiſcopi ſcientia. Aliud autem acquiritur ad placitum cum poſſit quis inter amicos ſuos manumittere ſeruum ſuum, vel per Epiſtolam, vt in §. multis, autem modis. Inſt. de liber. ſic etiam ſine Iudicis ſcientia.

17 Patronatus Eccleſiaſticus, & Laicus differunt; quia patronatus Eccleſiaſticus competit ratione eccleſiæ, ſeu beneficij poſſeſſi. c. dilectus, de offic. leg. c. cùm dilectum de iure patron. Laicus verò competit ratione ſui patrimonij. gloſ. & doct. in Clem. vlt. de iurepatron. Rocch. Curt. in ſuo tract. de iurepatron.

Item differunt; quia patronus Eccleſiaſticus habet ſex menſes ad præſentandum à die habitę notitię uacationis cōputandos. c. 1. de iure patronat. in 6. Rota, deciſ. 168. de ſenten. & re iudic. & deciſ. 31. & 845. de fil. preſbyt. & deciſ. 4. & 7. in antiq. de præben. Patronus verò Laicus, quatuor tantùm mēſes habet. d. c. unico, & uariare poteſt ſemel tantùm. c. quòd autem de iurepatron. ſed hoc cumulatiue, non autem, ut à primo recedere omninò poſſit. c. cùm autem, eod. ubi Panorm.

Patrue-

18 Patrueles, & consobrini hoc differunt; quòd consobrini propriè dicuntur ex auunculo, aut ex matertera prognati. Patrueles verò ex patruo titij prognati; amitini ex amita, & patrueles non minus, quàm duo esse possunt ex fratribus, scilicet duobus nati; amitini autem inter se duo esse nequeunt, quem enim amitinum titius appellat, ab eo consobrinus nominatur, §. 4. Instit. de grad. agn. Ita ergo poterit titius appellari consobrinus patruelis, amitinus non poterit, quamquam confundi plerumq. soleat discrimen, ac generaliter cõsobrini pro quibuslibet fratrum, ac sororum liberis vsurpari. l. 19. C. de nuptijs.

19 Paupertas, & pauperies differunt. Nam paupertas ipsa conditio est. Pauperies verò damnum. l. 14. in fine, ff. de præscript. verb. Instit, si quadrup. pauriem fecisse dicatur.

20 Pax, & tregua differunt; quia pax fit in perpetuum, tregua verò fit ad tempus, Dec. cons. 531. num. 8. & vide c. significauit de Iudęis.

21 Pænarium à promptuario differt. Nam in illo, quæ longioris vsus sunt conduntur, in hoc edulia, quæ ad vsus quotidianos comparata sũt. l. nam quod, ff. de pęn. leg. Hinc promas dispensatos à promendo dictos.

22 Peccatum differt ab iniquitate; nam peccatum est opus. Iniquitas verò ęst qualitas mentis. c. ille Rex de pęn. distinct. 3.

23 Peius, & deterius his sensibus discernuntur, quòd sit peius malo, quod in vsu est, & creberimè frequentatur. Deterius verò à bono, vt minoris sit meriti; quàm id, quod placet. Virgil. Georg. lib. 4.

Deterior quam visus eum, ne prodigus obsit.

Dedi neci.

Idem lib. 7.

Deterior donec paulatim, ac decolor ætas.

hęc enim melioribus comparata sunt.

24 Penes, & apud differunt; quoniam apud personã tantùm cum loco significat. Penes vero non tantùm locum, & personã designat, sed etiã Dominium. l. penes te, ff. de verb.

verb. signif. Apud te enim est quod qualitercũque à te tenetur, penes te est quod quodammodo à te possidetur.

25 Perdere, & non acquirere differunt. l. nemo, §. illud, ff. per socio.

26 Permutatio beneficij, & resignatio differunt; quia permutatio est actus liber. Resignatio verò est semper actus conditionalis, notant etiam remissiuè Domini de Rota, corã Achille de Grass. decis. 403. aliàs 24. super regula de valore, num. 5. 6. 7. & seq.

27 Permutatio, & alij contractus, qui continentur sub genere do, vt des differunt; nam permutatio est alicuius certæ speciei hinc inde facta præstatio, secundum Azzo, & alios in summis ponitur certæ speciei, non quod alicubi scriptum reperiatur, sed quoniam ius de permutatione loquens explicat de specie secundum summistas, ex quorum declaratione elicitur, quod exempla multoties repetita restringunt regulam, ita vt videantur inducere quandã formam, seu substantiam adhoc est glos. in Clem. 1. in verb. Diœcesanos de iure patron. quam ex tollit Gem. in c. si duobus, in glos. super verbo præsentauerit de rescriptis. In alijs verò contractibus, qui continentur sub genere do, vt des, nõ datur certa species, & solet in hoc dari talis differẽtia vt per Bart. & alios in l. 2. ff. si cert. petat. Andr. Gamar. de permut. benefic. in princ. num. 23. & seqq.

Permutatio, & emptio differunt; nam ab emptione recedere non licet, à permutatione ante rei traditionem licet. l. 1. ff. de rerum diuis. l. ex placito, C. eod. quia emptio solo contractu informatur, & ideò cùm primũ conuentum est, statim perficitur contractus. Permutatio verò à rei traditione formam capit. Bart. in l. iuris gentium, ff. de pactis. Item statuta loquentia de emptione non habẽt locum in permutatione.

Item in emptione, & venditione contrahentium nomina distinguntur; in permutatione verò non vtiq. cùm in emptione alius sit, qui dat, alius qui accipit preciũ.

l. 1. ff. de contr. empt.

2. Item differunt ex parte denominationis, cum in contractu emptionis triplex sit nominũ variatio, aliter enim dicitur emptio, aliter venditio, & ita ex parte cõtractus. Itẽ quoad cõtrahentes cùm alius dicatur emptor, alius venditor. Item ex parte rei cùm aliud merx, aliud precium dicatur. In permutatione secus est, nam vtrobiq. permutatio, & permutãs hinc inde res, seu species. l. 1. §. 1. eod.

Item alia differentia sumitur ex parte præstationis, seu traditionis; quoniam emptor tantùm tenetur precij dominium in vendentem transferre; sed venditor non tenetur ad rei venditæ dominium transferendum; sed sufficit, quòd tradat, & promittat de euictione. Vnde dato, quòd esset aliena, non posset conueniri antequam euinceretur. l. seruus, §. fin. quæ est sing. secundum Paulum de Castro, ibi, ff. de act. empt. At in permutatione tenetur tradens dominium transferre, & ista est ratio, quare dicimus, quòd de re aliena non potest fieri permutatio, quod apertò ponit tex. referens opinionem Bedij I.C. in l. 1. ff. eod. & hoc suadere videtur ratio. Nam permutationis contractus sumit initium à trãslatione Dominij, vt dicit ille tex. in d. l. 1. sed dominium rei alienę non potest aliquis dare. c. diabertum, 1. q. 7. c. quod autem de iure patr.

Item alia differentia nascitur ex parte actionis. Nam ex contractu venditionis nascuntur duæ actiones: ex empto scilicet, & ex vendito; Ex permutatione verò nascitur præscriptis verbis, quæ aliàs in factum nuncupatur, ff. de præscript. verb. per totum, & licet aliàs actio in factum sit generalior actione præscriptis verbis, vt est glo. magistr. in §. actionum, in verbo, ex permutatione. Instit. de actio. & Bart. in rub. ff. de præscript. verbis, & in l. 1. ff. de cond. ex lege tamen in proposito nostro sunt sinonima, secundum glos. in l. ex placito, C. eod. & probat tex. in l. si tibi areæ, §. Iulianus, ff. de præscript. verbis.

Item emptio, & venditio simu-

ſimulac de precio conuentum eſt, contrahuntur. Permutatio verò ſolo rei interuentu. l. 1. ff. de empt. & vẽd.

Item differunt; quia contractus emptionis, & venditionis dicitur nominatus. Permutationis non vtique.

Item in contractu permutationis ſi alter impleuit, altero non implente, non ſolùm non poteſt agere ad implementum, vel intereſſe; ſed etiam, vt res ſua ſibi reſtituatur. l. cum precibus, C. eod. In contractu emptionis ſecus eſt. l. in ciuile, C. de rei vendic. Condictio enim, quæ datur ob cauſam, non habet locum in contractibus nominatis. l. fin. cum ibi notatis, ff. de cond. ob cauſam.

Item differunt; quia in contractu emptionis ex ſola traditione dominium non transfertur, niſi precio ſoluto, vel habita fide de eo, §. venditæ, §. per traditionem. Inſtit. de rerum diuiſ. ſed ſi permutatio impletur ex vna parte, licet non impleatur ex alia, nec habentur fides de implendo, tamen dominium transfertur. gloſ. in l. permutationem, & in l. cum precibus. vbi Salyc. C. eod. gloſ. in l. 1. ff. eod. mouetur Salycet. iſta ratione. In contractu in nominato cuiuſmodi eſt permutatio, traditio fit ad obligationem perficiendam, & actionem, quam perficere, & inducere non poteſt quis, niſi translato Dominio. l. ex placito, & l. rebus, C. eod. ergo quis per quãlibet traditionem, ex parte ſua videtur Dominium transferre voluiſſe; nè credatur voluiſſe actũ fruſtratorium facere. c. Abbate ſanè, de re iud.

28 Permutationis, & emptionis differentiam. Vide ſupra Emptio, & permutatio.

29 Per, & propter differunt. l. Dominus Sticho, vbi gloſ. ff. de pecu.

30 Pernicitatem à velocitate ſecernit Cic. lib. 5. Thuſ. ita prçſtans valetudine, viribus, forma, accerrimiſq. integerrimiſq. ſenſibus, adde etiam ſi lubet pernicitatem. Virg. Georg. lib. 3.

Dum iacet pernix inſtrato ſaxa cubili.

Vt illud ſit celeritatis; hoc patientiſſimæ fortitudinis.

31 Perſonalis actio, & realis differunt.

Primo ex causa, quia actio in personam ex obligatione aliqua intenditur, vel ex cōtractu, vel ex quasi contractu, vel ex maleficio, vel quasi. In rem autem actio non ex obligatione, aliqua principaliter mouetur; sed ex Dominio actoris, aut aliquo alio iure actori in rem competenti, vt puta, quia pignori ei sit obligata. l. actionum. 24. ff. de actio. & oblig. & §. omnium. Instit. de actio.

Secundo differunt ex persona eius aduersus quem agitur. Nam actio in rem semper aduersus eum competit, qui rem, de qua controuersiā est, possidet. Actio autem in personā datur aduersus eum, qui Actori obligatus est, nec interest vtrū rem, cuius gratia agitur, possideat nec ne; sed interdum etiam aduersus rei possessorem actio personalis competit, vt actio quod metus causa, ad exibendum. d. l. 24. & §. omnium.

Tertio differunt in nomine; nam actio in rem dicitur vindicatio; Actio in personam condictio. d. l. 24. & §. appellamus. Instit. de actio.

Quarto differunt effectu. Nam actiones in personam ab actionibus in rem differunt; quod cum eadem res ab eodem mihi debeatur singulas obligationes singulæ causæ sequuntur, nec vlla earum alterius petitione vitiatur, sed cum in rem ago non expressa eausa, ex qua rem meam esse dico, omnes causæ vna petitione appræhenduntur, neque enim amplius quā semel res mea esse potest. l. & an eadem. 14. §. actiones, ff. de except. rei iud.

32 Peruicatia, & pertinacia hoc distant. Peruicatia est interdum bonarum rerum perseuerantia. Pertinacia semper malarum. Accius Myrmidonibus. In pertinaciam esse Archiloche hanc prædicas, ego peruicatiam aio, & me vti volo; nam peruicacem me dicis esse, & vinci perfacile patior, pertinacem nihil moror; hæc fortes sequitur, illam indocti possident: Tu addis quod vitio est; demis quod laudatur. Item pertinacia etiam in bonum accipitur. Cicer. Pertinacia perseuerantiæ finitima est. Hinc pertinacia hoc est obstinatio hęreticum hominem facit.

facit. l. nullus, C. de summa Trinit. & quis dicatur pertinax, tradit Bart. in l. 3. §. Tutores, qui inuentarium, ff. de suspect. Tutor.

33 Perire, & interire plurimum habent differentiæ. Nã perire leuior res est, & habet spem inuentionis, & non finem omnium rerum. Paulus Capti. Qui per virtutem perit, at non interit.

34 Petitio vniuersalis, & singularis differunt, vbi enim res singulares debent peti, nunquam alia res potest loco singularis positę succedere; sed vbi petitur res vniuersalis, tunc res subrogata potest peti. l. Imperator, §. vlt. ff. de legat. 2. l. sed, & si, §. quod autem, ff. de petit. hæred. In singulari verò non vtiq. l. venditor, ff. de hæredit. vel actio. vendit. & ratio est quia vniuersitas semper repræsentat vnum corpus. l. 1. in fine, & l. seq. ff. de rei vendic. l. peculium, in princ. ff. de leg. 2. Res verò singularis non potest crescere, & decrescere, vt benè per Petrum de Bellapertica, in repetit. l. si emancipati. 9. num. 18. C. de collationibus.

35 Pignus, & hypotheca differunt; quia pignus constituitur traditione maximè de re mobili. Hypotheca verò nuda conuentione, §. inter pignus. Instit. de actio. l. si rem alienam, §. propriè, ff. de pignor. actio. cui concordat. l. plebs est. 238. §. pignus, ibi, vnde etiam, ff. de verb. sign. sed quantũ ad ius hypothecariæ actionis non differt. Petrus de Bellapertic. in l. pignus, n. 18. C. etiã ob Chirog.

36 Pignus tacitum, expressum. Conuentionale, & Prætorium differunt. Quia tacitum, & expræssum differunt, quò ad modũ constituendi. Nam expræssum producitur partium conuentione, & prouisione. Tacitum verò legis potestate, vt de exprę sso est. tex. in l. contrahitur. & l. res hypothecæ, ff. de pignor. l. 2. & 3. C. de pignor. & C. quæ res pignor. oblig. poss. per totum. De tacito, quod introducitur speciali fauore personæ, vel causæ loquitur tit. ff. in quibus caus. pignor. vel hypoth. tacitè contrah. & l. vnica, §. sed vt plenius, C. de rei vxor.

Secundò differunt in operatione

ratione, & effectu; quia regulariter expressum facit cessare tacitum, eique præfertur, vt l. si fundum. l. assiduis, C. qui potior in pign. hab. quod intellige, secundum distinc. quā ibi faciunt Doct.

Tertio differunt tacitum inductum à lege; & tacitum inductum ab homine. Nam huic potest renunciari; illo non vtique. Seraph. de priuileg. iuramenti; priuilegio 95. num. 4. & 5.

Conuentionale, & Prætorium pariter differunt, vt plene per Bart. in l. 1. in princ. ff. de pignor. actio. Et primo differunt in modo, & forma constituendi, nam conuentionale contrahitur solo partium consensu. d. l. contrahitur. & l. res hypothecæ. Prætorium verò constituitur traditione interueniente, vel facta per Iudicem. l. non est mirum, in fine, ff. de pignor. act. & l. cùm vnus, §. fin. cum l. seq. ff. de bon. auth. Iudic. poss.

Item prætorium constituitur, tàm in bonis maioris, quàm minoris. l. apud Iulianum, §. 1. ff. ex quibus caus. in possess. eat. & l. si minori, ff. de bonis auth. Iudic. possid. sed conuentionale in minore requirit decretum Iudicis. l. lex, quæ Tutores, C. de administr. Tutor. & not. in l. 1. & 2. C. de prædijs minorum.

Differunt etiam in effectu acquirendi, quia in conuentionali sequuta traditione transfertur possessio in creditorem. l. serui nomine, ff. de vsucap. l. qui pignor. & l. 1. §. per seruum, ff. de acquiren. possess. & notatur in l. cùm notissimi, §. 1. C. de præscript. 30. annorum. In prætorio vero non transit aliqua possessio. l. 3. in fine, & ibi not. ff. de acquir. possess. Et per hoc insurgit alia differētia, quòd scilicet creditor pignoris cōuentionalis habet interdictū vti possidetis, si in sua possessione turbetur, non autem qui habet prætorium. l. si duo, §. creditores, ff. vti possid.

Item in conuentionali habet locum regula, qui prior est in tempore, vt l. prior, & l. diuersis, C. qui pot. in pign. hab. sed in prætorio locum habet distinctio, an sit eiusdem tituli, vel diuersi. l. 2.

C. qui

C. qui potior. in pignor.

Item in conuentionali non repetitur per debitorem, nisi prius debito soluto. l. si rē, §. omnis, ff. de pignor. actio. sed pignus prætorium statim reuocatur, cùm cautio de parendo iuri offertur. Auth. ei, qui, C. de bon. auth. Iudic. possid. & not. in l. si pecunię, in fine, ff. vt in poss. legat. & in l. is consequenter, ff. famil. ercis.

Item differunt circa qualitatem actionis, quæ pro pignore cōpetit debitori, quia in conuentionali cōpetit debito soluto directa pignoratitia actio. sed in prętorio cōpetit vtilis. l. is, cui, §. quæri potest, ff. vt in possess. legat.

Item in conuentionali tenetur creditor de dolo, lata culpa, & leui. l. si vt certos, §. si duobus vehiculum, & §. nunc videndum, ff. commod. In prætorio autē tenetur de dolo, & lata culpa. l. prætor, §. præterea, ff. de bonis auth. Iud. possid.

Tamen in hoc cōueniunt; quia pro vtroque pignore competit creditori actio hypothecaria. l. 1. & 2. C. de prçt. pign.

37 Pignoris, & legati in taberna. Vide supra Legatum, & pignus in taberna.

38 Piger, & tardus differunt; Nā piger est incipiendo. Tardus verò perficiendo postquam inceperit. l. si quid venditor, circa princ. ff. de edil. edict.

39 Placebit, & placuerit differunt; quia placebit futuri indicatiui habet tractum, & ideò cum semel elegeris poteris variare; secus Placuerit futuro subiunctiui. Alber. ex Iacob. de Arena, & l. eū qui certarum, §. fin. & l. si quis stipulatus, num. 12. in fine, ff. eod.

40 Plebs à Populo eo differt; quo species à genere; nam appellatione Populi vniuersi Ciues significantur connumeratis etiam Patritijs, & Senatoribus cęteri Ciues significantur, §. 4. inst. de iur. natur. Item in Populo omnis pars Ciuitatis, omnesq. eius ordines continentur. Plebs verò ea dicitur, in qua gentes Ciuium Patritię non insunt.

41 Pœna, & fraus differunt; nam fraus sine pœna esse potest. Pœna sine fraude non

vtique

vtique. l.aliud. 131. vbi Alciat. ff. de verb. sign.

42 Pœna, & mulcta differunt. Nam pœna est generale nomen omnium delictorũ coerctio. Mulcta specialis peccati, cuius animaduersio hodiè est pecuniaria. Pœna autem non tantùm pecuniaria, verùm etiã capitis, & existimationis irrogari solet. l. aliud. 131. ff. de verb. sign. quibus verbis colligitur inter pœnã, & mulctam quadruplicem esse differentiam.

Prima, quòd pœna sit generale vocabulum. Mulcta speciale.

Secunda, Mulcta est in arbitrio iudicantis, pœna non vtique; sed in authoritate legis. d. l. aliud, & l. si qua pœna. 244. ff. eod. & l. 1. §. calumniatoribus, ff. ad Turpill.

Tertia differẽtia est; quòd mulctã Magistratus, & Pręsides Prouincię dicere possunt. Cęteri Iudices non utique; sed pœnam. d. l. aliud, §. item mulcta, & ibi Alciat.

Quarta differẽtia est, quòd à mulcta est prouocatio, à pęna non vtique. d. l. si qua pœna, §. at mulctæ prouocatio, ff. de verbor. signif.

43 Pęna, & supplicium differunt, notat Archid. c. nemo, ij, q. 3. per totum.

44 Poesis, & Poema hanc habent distantiam; quia Poesis est textus scriptorum. Poema inuentio parua, quæ paucis verbis expeditur. Lucil. Satyr. lib. 8. Non hæc quid ualeat, quiduè hoc intersiet, illud cognoscimus, primum hoc, qnod dicimus esse poema. Pars est parua poema. Idem Epistol. Idem quamuis non magna poema est illa. Poesis opus totum, totaq. summa est una, &c.

45 Portus, & littus differunt. Vide supra Littus.

46 Possidere longè est aliud, quàm in possessione esse. l. si quis autem, §. 1. ff. de acquir. possess.

47 Possidere iuberi, & possessionem mitti differunt. Nam Pretor in possessionem mittit primo decreto. Possidere autem iubet secundo. l. 7. ff. de damn. infect. ob eum, qui in possessionem missus est, dominus decedere non cogitur. l. 15. si quis autem, eod. si quis in possessionem missus non dum possidere iussus sit.

An do-

An dominus decedere possessione iubeat, videamus. ait ibi non decedere possessione iubeat, sicut nec cùm creditores, vel legatarij mittuntur,& paulò post, vbi autem quis possidere iussus est, dominus deijciendus erit possessione.

48 Possessores malæ fidei, & bonæ fidei differunt. Nam malæfidię possessores si impensa,quam vtiliter, vel etiã necessario effuderint, euanescat, vt quia res perimatur, nihil deducent. l. planè, ff. de pet. hæredit. §. ex diuerso. instit. de rer. diuis. In bonę fidei possessoribus aliter obseruatur quam cum rei vendicatione agit. l. vtique, ff. de rei vendic. Alciat. in l. impensę. 79. num. 5. & 6. ff. de verb. sign.

49 Possessio à dominio differt. Nã illa à nobis statim, quòd constituerimus, recedit. Dominium verò nobis inuitis, quandoq. manet. Connan. lib. 3. cap. 9. num. 2. Item ex vna tantùm causa Domini esse possumus. Possessores verò etiam ex pluribus. d. lib. cap. 10. num. 1.

50 Possessio naturalis, & ciuilis non in alio differunt; quàm quòd hęc iusta est; Illa contra iuris regulas. l. 1. ff. de vi, & vi arma.

51 Possessio rerum, & bonorum differunt; quia bonorum possessio est magis iuris, possessio rerum facti. l. 1. §. adipiscimur, & l. possessio. 49. §. 1. ff. de acquir. poss. quamuis aliquandò confundãtur. l. si minor. 61. ff. de acquir. hæredit. l. cùm proponas. 9. C. de bon. auth. Iud. possid.

52 Possessionũ qualitates differunt; infra Qualitates possessionum.

53 Postulatio, & electio differunt; vt not. Dec. in rubr. de Postul. Prælat. num. 8. 9. & 10. & Ant. de Butr. multas ponit in c. fin. num. 10. eod. & à nominatione n. 13.

54 Posthumus à filio iam nato, sic differunt; quòd per filij præteritionem nullum est testamentum, eo gradu, quo est omissus, & tamquam non fuerit scriptus ille gradus, sic consideratur testamentum. Hinc si institutione tacetur filius, & in substitutione nominatim exhæredatur; Institutio nulla est, & pro non scripta habetur; sic euenit, vt

valeat ipsum testamentum, & authoritatem suam statim sumat à substitutis, qui iam non secundi, sed primi, atque adeò soli sunt hęredes, vt nullam habeant coniunctam rationem cum primis, qui sunt inutiliter instituti, secus est in posthumo, qui sic præteritus non reddit nullam institutionem; sed quasi suspendit, dum nascatur. Natus item non rumpit institutionem, nisi adeat hæreditatem. Nam si se bonis paternis abstineat, manet firma institutio. Conna. lib. 9. c. 7. num. 11. Albericus in l. posthumi, in princ. ff. de iniusto testament.

55 Potestatiuæ, casualis, & mixtæ conditionis differentiam. Vide supra conditionis potestatiuæ, Casualis, & Mixtæ.

56 Prębenda gratialis, & corporalis differunt, notat remissiuè Bellam. de præben. concl. 48. fol. mihi 100.

57 Præbere, & tradere differunt. Tradere enim præsentem actum dationis. Præbere autem causam, & materiam. Præbet sermonem, qui facit aliquod, de quo homines loquantur. Præbet opinionem timoris, qui author est, vt timeatur. Nam qui Dominium nullũ habet, tradere alij dominium nullum potest. Præbere potest, id est tradere materiam, & causam dominij habendi. Connan. lib. 3. num. 3.

58 Præcariũ, & donatio differunt; quia qui donat, sic dat, nè recipiat, qui præcario concedit sic dat, quasi tunc recepturus, cùm sibi libuerit præcarium soluere. l. 1. §. & distat, ff. de præcar.

59 Pręcarium cum constituto à constituto simplice, sine pręcario differt; quia per illud ciuilis tantùm possessio transfertur, naturalis autem remanet apud constitutentẽ. Per hoc autem, omnimoda ciuilis, & naturalis possessio transfertur, ita vt penes constitutentem nihil remaneat pręter nudam, & simplicem detentionem. l. & habet, §. eum, qui pręcario, ff. de pręcario. Tiraquel. de iure constituti, in princ. num. 4. multos cumulat more suo.

60 Pręcarium, & commodatum differunt, quia culpam non pręstat is, qui pręcario roga-

rogauerit; sed solùm pręstat dolum; qui verò commodatum suscepit vtrumque pręstat. l. quęsitum. 8. §. & illud adnotatur, ff. de pręcario. Item in commodato vsus debet esse pręfixus, & declaratus. in pręcario incertus, & arbitrarius, notat. Bald. in l. 1. num. 3. vers. item in qualitate vsus, ff. si cert. peta.

61 Pręcarię, & pręcaria, precarium differunt, nam pręcaria conceditur vsque ad mortem, pręcarię vltra, & transit ad heredes; precarium verò tamdiù durat, quandiù patitur, qui concessit, notat Hostien. in summ. de precarijs, & reuocatur ad libitum concedentis. Pręcaria, & pręcariæ non vtique. c. 1. de precar. glos. in auth. ingressi, C. de sacros. Eccles.

62 Pręceptum, & mandatum. Vide Mandatum, & Pręceptum.

63 Prædialium, & personalium seruitutũ differentiam. Vide infra Seruitutes prædiales, & personales.

64 Pręlegati, & legati differentiam. Vide supra Legatum, & Prelegatum.

65 Pręscriptio, & exceptio, an, & in quid differant elegãter Couarruuias in relect. Reg. possessor. malę fidei, §. vnico, in princ. num. 3. fol. mihi 452.

66 Pręscriptionis, & consuetudinis differentiam. Vide supra Consuetudo, & Pręscriptio.

67 Pręsentationis, collationis, & institutionis differentiam. Vide supra, Institutionis, Collationis, & vide in verbo electio, & pręsentatio.

68 Pręsentatus à Clerico differt à pręsentato à Laico; ille fortius isto acquirit, vt not. glos. 1. in c. dilectus, de offic. leg. quam adhoc allegat Cittad. in tract. de iure patron. parte 6. artic. 1. num. 7. in princ.

69 Pręsumptio, indiciũ, coniectura, signum, suspicio, & adminiculum differũt. Nam pręsumptio illa est, quę interdum oritur à probabilibus, & tunc appellatur pręsumptio iuris, vel hominis. Bald. in rubr. C. de probat. in fine, & in rubr. extra, de pręsumpt. num. 3. quem sequuti sunt. Felyn. in c. quanto, col. 2. de pręsumpt. & Berouus in rubr. extra. de pro-

bat.num.42.& idem respondit Castren.in conf.299. Visa inquisitione suprascripta, col.3.lib.2. Interdum oritur à necessarijs,& tunc appellatur presumptio iuris, & de iure, de qua latè. Menoch. de presumptionibus,l.1.q.3. per totam. est enim dicta presumptio à dictione pre, idest ante, & sumptio hoc est antè sumptio; quia antè legitimas probationes aliquid sumit pro vero. Ita scribit Simacas lib. Catholicarum instit. tit. 50. de præsumptionibus, num.4.

Indicium verò solùm nascitur à probabilibus. Bald. in l. non hoc, col. vlt. C. vnde legit; quem ita diffinit. Indicium est coniectura ex probabilibus non necessarijs orta, à quibus potest abesse veritas; sed non similitudo veri, quæ quandoq. mentem iudicantis ita perstringunt; vt eius conscientiam cogant secundum ipsa iudicare, & videtur hoc loco Baldum sumere indicium pro ipsa præsumptione iuris; quæ interdum cogit Iudicem, secundum eam iudicare, & ab ea indicium differre sentit, idē Bald. in rubr. C. de probat. num. 4. cùm dixit indicium esse præsumptionem minimā hominis boni, seu distans argumentum à specie probationis,& sentit Rom. in l.excipiuntur, num.4. ff. ad S.C. Sillan. & clarius, idem Bald. in l. 2. ff. de excusat. Tutorum scripsit præsumptionem directe tangere factum probandum. Indicium verò indirectè, quem probauit Curtius Iunior, in l. admonendi, num.289. ff. de iureiurando. Ideò absolutè verum non est, quod scripsit Iulius Clarus,in pract.crimi. quæst. 20. pag.1. verb.nihilominus, indicium esse maius simplici præsumptione, indiciū enim interdum appellatur præsumptio cum scilicet à lege receptum,approbatumq. fuit.l.si qui adulterij, vbi glos. C.de adulterijs, & dicit Francis. Brunus, in tract. de indic. & tortura, parte 2. capit. 8. numero tertio; indicium esse pro veritate in ciuili negocio. l. vltima, C. famil.ercis. quem locum de presumptione iuris intelligo,& in criminalibus, ait Brunus pro signo, quod verum non est, nisi

nisi impropriè sumatur indicium. Nam, & Bald. in l. ea quidem, num. 8. C. de accusatio; dixit indicium esse duplex, semiplenum, seu dubitatiuum, & plenum, siue indubitatum, est enim (vt inquit ipse) indicium semiplenum præsumptio fortiter mouens animum ad aliquid credendum, vel non credendū. l. cum probatio, ff. de probat. Plenum verò indiciū est demonstratio rei per signa differentia, per quæ animus in aliquo, tamquam existente quiescit, & plus inuestigare non curat. l. indicia, C. de rei vendic. Ias. in l. 1. nu. 8. ff. de eo, per quem factum erit, docet indicium leue esse minus ipsa præsumptione; quem probarunt Blancus, in tract. de indic. & tortu. num. 252. & Iacobus Neuellus, in pract. crim. in verb. indicia, quæ præcedere, num. 23. & Corneus, in cons. 101. n. 18. lib. 2. respondit, indicium à suspicione non differre, & est dictum indicium ab indico, indicas demonstrans argumentum veritatis habendæ, ita docuit Curtius Senior, in l. admonendi, num. 290. ff. de iureiuran. & est indicium nota quædam, & demonstratio rei gestæ. Quod, & à Latinis in hac significatione sumitur. Cicero pro Cluentio, omnia, quæ solent esse indicia, & vestigia veneni, in illius mortuæ corpore reperta sunt, & idem in oratione 3. in Catilinam argumēta indicia appellat, coniectura est, quæ nascitur à probabilibus sicut & indicium ex sententia Bal. in d. l. non hoc, C. vnde legi, & in rubr. C. de probatio, num. 4. & idem Bald. in l. 1. col. 3. vers. vnde quæritur, C. de priuileg. Dotis docet coniecturam esse idem, quod indicium, & dici coniecturas; quia coniunguntur origini suæ, & esse quasi connexuras, vel colligaturas, & Clarius Curtius senior, in l. admonendi, num. 290. ff. de iureiuran. dicit coniecturam, & indicium esse duo synonima, quod sentit, & Bald. in l. 2. in princ. ff. de excus. Tutorum, cùm dixit, quòd coniectura æquè indirectè tangit factum probandum, ac indicium. Videtur tamen coniecturam propriè dici, quę non à necessarijs; sed à probabilibus

libus

libus oritur; nam si à necessarijs oriretur non dubia, sed certa res esset. Cùm tamen conjectura sit de re dubia; est enim rei latentis indiciū, & est id, quod per rationes, & signa, & tempora, & huiusmodi conijcit, idest cogitat, & colligit, & dicta est à coniecto coniectas frequentatiuo, quod idem est; quod existimo, Diuino, atque ita à scientia differt. Quod, & Terent. in Eunucho his verbis significat. Nequè scio quid dicam, aut quid coniectem, vel (vt Fabius, lib. 3. instit. orat. cap. 7.) dicta est coniectura à coniectu, idest directione quadam rationis ad veritatem. Hinc statum coniecturalem appellat M. Tullius ad Herennium, cùm per coniecturas quæritur, an aliquid factum sit, vel non; & coniecturā, ita describit Bal. in l. ea quidem, num. 10. C. de accusat. est acceptio, seu reputatio veri ex aliquo alio sic verisimiliter ordinato.

Signum, quod aliquandò indicium, vel coniectura, vel nota, vel vestigium, tàm à Rethoribus nempè Fabio, li. 5. instit. orat. c. 9. ac Victorio, & Maioragio vberius, in Comment. ad libros Aristotelis de Rethorica, quam à iure consultis nostris appellatur. Ita à M. Tullio, lib. 1. de inuentione diffinitur. Signum est, quod sub sensum aliquem cadit, & quiddam significat, quod ex ipso profectum videtur; quod aut ante fuerit, aut in ipso negocio, aut post sit consecutum, & tamē indiget testimonijs, & maioris confirmationis, vt cruor, fuga, pallor, puluis, & similia. Hinc itaq. fit, vt si videmus gladium cruentum, statim argumentabimur cedem esse factam, si magnum strepitum audimus in foro, seditionem ortam esse suspicamur; si vocem audimus amici cognoscimus eum adesse, sic ex gustu cognoscitur mel; quia dulce est, ex tactu glacies; quia frigida est, & sic de cæteris. Hæc igitur omnia, quæ à sensibus ducuntur argumenta, vocantur signa. Id, quod scripsit Diuus Augustinus, lib. 2. de doctrina Christiana relatus in c. signum, de consecrat. dist. 2. Cùm ita signa diffinit. Signum est res prçter speciem,

quam

quã ingerit ſenſibus aliquid aliud faciens ex ſe cognitionem venire; quæ verò ducuntur ab intellectu, vel opinione veriſimilia dicuntur. Signum quoque ab vſu ſumi, ſcripſit Bald. in l. à procuratore in primo notab. C. de procurat. Cùm dixit Furcas eſſe ſignũ meri Imperij, cùm earum vſus ſit, vt laqueo ſuſpendantur delinquẽtes. His etiam intelligimus, quòd inter ſe differant veriſimile, & ſignum. Nullum autem veriſimile tantùm, argumentum eſt neceſſarium. Fit enim veriſimile argumentũ ex rebus probabilibus, & quæ plerumq. ita fiunt, & ob id hoc veriſimile à præſumptione iuris, vel hominis non differt; Signum aliquandò neceſſarium eſt, vt ſi mulier lac habet, neceſſarium eſt, vt pepererit, & hoc ſignum nihil differt à præſumptione iuris, vel de iure, quæ eſt neceſſaria, & inartificialis probatio dicitur; ſigna tamen aliqua dantur; quæ nullam in ſe neceſſitatem habent, & hæc à præſumptione, vel iuris, vel hominis non diſtant. Quod autem M. Tullius in ſigni definitione dicebat; ſignum eſſe, aut antè negocium, aut in ipſo negocio, aut poſt negocium ipſum. Ità ex Victorij, & aliorum ſententia declarari poteſt. Antè negocium ſignum eſt, mulier lac habere; quę duobus poſtea diebus paritura eſt; in negocio ipſo eſt ſignum, vt ſi fumus eſt, ignis eſt, & poſt negocium ſignum eſt, cinerem eſſe, ſignum eſt, quòd antè fuerit ignis. Fabius verò, lib. 5. inſtit. orat. c.19. ita ſcribit. Hoc genus per omnia perpendi ſolet; nam, & coiuiſse eam cum viro quæ pepererit, quod eſt præteriti, & fluctus eſſe, cùm magna vis venti in mari incubuit, quod coniunctim, & eũ mori, cuius cor vulneratum eſt, quod futuri neceſſe eſt. Non hinc eſt prætermittendum, quod ſcripſit Turrecremata, in c. ſignum, in fine, de conſecrat. diſtinct. 2. Cùm dixit, quòd ſignorum quædam ſunt naturalia; quę quaſi naturaliter aliquid ſignant, vt nubes naturaliter ſignificãt pluuiam, & fumus ignem, quædam ſunt data hoc eſt, quæ ſunt inſtituta ad aliquid ſignificandum

candum, vt circulus est institutus ad significandum vinum venalem, & voces sunt signa eorum, quę in animo sunt, quæ quidem distinctio si rectè cōsideretur cum præcedentibus conuenit.

Suspicio est passio aliquid firmiter non eligentis, ita diffinit Bald. in rub. C. de probat. num. 4. vel suspicio est animi motus ad aliquid cum vehementi titubatione sicuti describit, idem Bald. in l. ea quidem, num. 3. C. de accusat. & in rubr. de controuers. inuest. num. 7. vbi cōstituit quatuor gradus animi motus. Vel etiam cum D. Thoma, 2. 2. q. 6. art. 3. ita potest suspicio describi, vt sit opinio mali ex leuibus indicijs procedens, quam sane descriptionē à M. Tullio sumpsit, & ex recentioribus eam probauit Iacobus Simancus, in lib. Catholicarum. instit. tit. 50. de præsumpt. num. 22. & idem in praxi contra hæreses, tit. 41. num. 1. Verùm Clarius hanc rem explicauit Bart. in l. admonendi, num. 21. ff. de iureiuran. cùm docuit suspicionem esse quæ animum Iudicis aliquo leui argumento in aliquam inclinat, etsi non omnem excludit dubitationem, & Gemin. in c. habuisse in 3. notab. distin. 33. dicit suspicionem esse speciem quandam probationis inducentem animū Iudicis ad aliquid credendum; non tamen habere eum probationis gradum, quo fixè applicat Iudex ille animū ad vnam partem; sed eum ambiguum reddere. Hanc suspicionem. Alex. Alensis in summa, par. 3. q. 45. membro 7. dum nullam visus est facere differentiam inter eā, & præsumptionem diuidit in temerariam, Violentam, leuem, & probabilem. Rectius dicere possumus suspicionem tres habere gradus, secundum D. Thomam, 2. 2. q. 60. art. 3. Primus est, cùm homo ex leuibus indicijs dubitare incipit, cùm enim nulla adest ratio, nullaq. causa; qua Iudex magis in vnam partem, quàm in alteram inclinet, eū dubitare dicimus, ita glos. in l. de statu, ff. de testam. & in rub. ff. de iuris, & facti ignor. & dubius is dicitur, qui cùm duas vias habet, vtram eligat, nescit Iudex ergo tunc dubita-

dubitare dicetur cùm non magis animū suum ad actorem, quàm ad reum, non magis ad absoluendum, quàm ad condemnandū applicat. Quod si post dubitationem Iudex leui aliquo indicio, aut argumento animum suū in alteram partem flectit, neque tamen à se dubitationē remouet, hoc ipsum suspicio appellatur. l. in l. Aquilia si delctum, ff. ad l. Aquiliam; Et in hoc primo gradu suspicionis obseruandū est; quod si indicia illa leuia admodū sunt, suspicio, quæ inde causatur, temeraria dicitur, & reijcienda omnino venit. l. 1. §. si suspicio, ff. de incēd. ruin. naufr. & c. tua, de ætate, & qualitate. Ripa, in l. admonendi, num. 89. ff. de iureiurand. Non enim tūc aliquem probationis gradum facit, sicut nec præsumptio temeraria, vt docuit Bald. in l. siue possidetis, num. 5. C. de probatio; & hæc suspicio appellatur à Salyceto, in rub. C. eod. ac à Galiel. Mainerio, in l. in obscuris, nu. 3. ff. de reg. iur. quædam animi passio cum præcisa ignorantia, & subiungit Mainerius nil differre à temeraria præsumptione. Quare Specul. in tit. de præsumpt. §. species, nu. 1. à iure non recipi, cùm à malis hominibus mala mente causetur, & peccatum esse veniale dixit D. Thomas, 2. 2. quęst. 60. art. 3. qui subdit, quòd imò mortaliter peccat, qui firmiter huic temerariæ credulitati inhæret, vel secundum eam iudicat. Secundus est suspicionis gradus, cùm Iudici fortiora argumēta apparent, & incipit opinari; & vni parti adhærere aliquod tamen dubium modicum adhuc remanet; & hęc opinio appellatur, vti scribit inter multos Corasius, in l. admonendi, part. 1. nu. 105. ff. de iureiur. & ibidem Ripa, nu. 91. opinionem ita describit, est animi motus cum hæsitatione eligentis, & subiungit opinionem constituere secundum gradum probationis; hæc verisimilis suspicio, vel vehemens à nostris aliquādò appellatur, & quæ à præsumptione differt. Nam ex multis suspicionibus conficitur, atque causatur præsumptio, vt scribunt Bald. & Salycet. in auth. si quis ei, in

fine, C. de adulter. & cum eo Brunus, in tract. de indic. & tortura, part. 2. q. 8. nu. 4. & Ripa, in l. admonendi, nu. 90. ff. de iureiurand. Huius suspicionis verisimilis, seu vehementis exemplum affert Simancas in praxi contra hæreses, tit. 41. nu. 3. si quis explicitè neget aliquas propositiones fidei, quas tenetur ex officio scire, is vehementer suspectus est; quamuis fieri possit, vt talis negatio ex ignorantia, vel animi leuitate sit orta. Hanc vehementem suspicionem æquiparari præsumptioni iuris scribit Albert. in tract. de agnoscen. asser. Cathol. quæst. 34. num. 45. & 46. quod minimè verum videtur. Tertius est suspicionis gradus, quandò Iudici post à se conceptam opinionem alia vrgentiora, ita superueniunt argumenta, vt constanter, & sine dubio vni parti adhæreat. Tunc violenta suspicio appellatur, & credulitatem, fidemq. causat. Auth. si quis ei, C. ad l. Iul. de adulter. c. literas de præsumpt. & hæc ipsa credulitas quòad effectũ hunc adhærendi nil differt à scientia, etsi distet in modo adhærendi. Nam argumentis adheret qui credit; At qui scit certa ratione, veroq. sensu corporeo adhæret. l. 2. §. quod obseruari, C. de iureiur. propter calumn. dan. & notarunt Ripa, & Corasius, in l. admonendi, ff. de iureiurand. ille, nu. 92. Iste, par. 1. nu. 106. quibus quidem in locis hanc esse violentam suspicionẽ affirmant, imò hanc esse præsumptionem iuris, & de iure scribit Arnaldus, Albert. in tract. de agnos. assert. Cathol. q. 34. num. 46. quod verum non est, nec iure probatur. Cùm præsumptio iuris, & de iure illa sit, quæ à lege clare approbata est, vt supra dictũ est. Exemplũ huius violentæ suspicionis afferri potest, vna cum Iacobo Simanca, lib. Cathol. instit. tit. 50. de præsumpt. nu. 26. & in praxi hæreseos, tit. 41. nu. 4. si quis propositiones hæreticas publicè asserat, vel ceremonias impiorum faciat. Nam etsi possibile sit; quòd errore ductus, & sine intellectu, aut pertinacia faciat; attamen Ecclesia, quæ iudicat exteriora vio-

lenta

lenta quadam ſuſpicione ſuſpicatur hunc eſſe hęreticũ. Id quod,& authoritate Gerſonis de proteſtatione,conſideratione vltima, affirmat Simancas, eſt aliud exemplum in caſu. l.vlt. §.vlt. C. arbitrium tutelæ. vbi gloſ.in verbo violenta, & apertius. Bald. ibi, num.7. & Salycet. in fine.

Adminiculum eſt ſecundũ Baldum, in l.ea quidem, nu. 9. verb. adminiculum, C.de accuſat. Duplex vehemens, & non vehemens. Vehemens eſt ſupplectio defectus probationis per ſe ſolũ non operans; ſed cum alia cooperatione cooperans. c. vlt. de ſucceſs. ab inteſt. quod ita intelligit Bald. cui accedit. l. inſtrumenta domeſtica, C. de probationibus. Non vehemens adminiculum eſt aliqualis confirmatio rei probabilis. l.2. §.1. ff. de excuſat. tutor.

70 Præſumptio, & fictio in multis differunt. Primo enim pręſumptio verſatur circa rẽ dubiam, quę eſſe, vel non eſſe poteſt, & verſatur circa id, quod geſtum; ſed qualiter ſit geſtum, ignoratur. Ita Marius Salamonius,in l. Gallus, §. quidam rectè, nu.32. ff. de liber. & poſthu. Fictio eſt in re certa eius, quod eſt poſſibile contra veritatem pro veritate à iure ficta aſſũptio. Bart. in l. ſi is,qui pro emptore,num.21. ff. de vſucap. quem alij ſunt ſequuti, vt aſſerit Curt. Iuni. in conſ. 4. nu.15. ſex definitiones recenſet. Iaſ. in d. l. ſi is, qui pro emptore, nu.168. & illa, quam conſiderauit Ang. cęteris plenior videtur, cùm dixerit. Fictio eſt indubitatæ falſitatis pro veritate aſſumptio in caſu poſſibili, & ex iuſta cauſa ad inducendũ aliquem iuris effectum æquitati naturali non repugnantem. Aliam affert definitionem. Alciat. in tract.de pręſumpt. in pręludijs, part. 1. num.2. & quamquam in hac fictione definienda inter ſe multũ diſſentiant Doctores, in eo attamen omnes conueniunt, fictionis naturam, & ſubſtantiam eſſe, vt eſſe fingatur, quod re vera non eſt, & ex hoc oritur prima, & pręcipua differentia inter fictionem, & pręſumptionem nam(vt dixi) fictio fingit ve-

ra esse ea, quę vera non sunt. Pręsumptio verò pręsumit super re dubia, quę ita esse, & non esse potest; Vnde fictio nunquam conuenit cum veritate. Præsumptio verò sępe cum veritate conuenit. Ita expręsse differre annotarunt, glos. in l. vnica, §. accedit, C. de rei vxor. act. Gemin. in Turre Crem. in c. ferrum, 50. distinct. Alex. cons. 158. nu. 6. & 7. lib. 2. Butr. & Felyn. in c. quanto, num. 2. de pręsumpt. Ias. in l. si is, qui pro emptore, num. 168. ff. de vsucap. Curt. Iun. d. cons. 4. num. 15. Alciat. pręcit. loco. Berouus, in c. at si Clerici, in princ. num. 110. de Iudic. Euerard. in Centuria legali loco à fictione, num. 5.

Secunda differentia est illa, quæ vere à præcedente descendit; quod fictio nunquam admittit probationem contra se; ita dicunt Soc. in l. cùm auus, num. 73. ff. de condit. & demonstr. Felyn. in c. quanto, num. 2. de præsumpt. Alciat. in tract. de pręsumpt. in prę ludijs, par. 1. num. 4. & Eucrardus in citato loco, num. 5. in fin. ex glos. c. 2. de arbitr. in 6. quia fictio dicitur esse quędam legis prouisio, & dispositio, ita constabilita. Berous, in d. c. at si Clerici, in princ. num. 110. de Iudic. qui ibi scribit fictionem non esse probationis speciẽ, vt est pręsumptio. Cęterũ eleganter scribit Soccinus, in d. l. cùm auus, num. 73. Quod etsi contra fictionem non admittatur probatio. Attamen probari per indirectum potest, nempè demonstrando cessare æquitatem, super qua fictio fundata est. Alio etiam modo indirectè probari contra fictionem, dicit Soccin. Iunior, in l. 4. §. cato, num. 136. ff. de verb. obligat. Pręsumptio autem sui natura semper admittit contrariam probationem, & licet prę sumptio iuris, & de iure regulariter contra se non recipiat omnem probationis speciem, attamen certum est aliquam admittere, vt confessionem partis aduer sę, & indirectam.

Tertia differẽtia est, quod pręsumptio ab homine hoc est à Iudice introduci potest. Fictio verò ab homine nunquam induci potest. l. si fortè, ff. de Castr. pecul. Doctores, in

res, in l. si quis in fundi vocabulo, ff. de legat. 1. & in l. si is, qui pro emptore, ff. de vsucap. vbi Bart. num. 24. Aret. in l. si ita stipulatus fuero, ff. de verborum obligat. Barba, in l. cum acutissimi, num. 58. C. de fideicomm. Soccin. in l. cùm auus, nn. 72. ff. de cond. & demonstr. & Alex. in cons. 158. num. 9. lib. 2. Qui intelligit procedere quoad alterius prȩiudicium, & si quoad sui damnum quis possit, dicit Iacobus Niger. in l. 1. §. si quis ita, num. 15. ff. de verb. oblig. & hinc sequitur, quòd fictio dicitur esse legis dispositio, cui renunciari non potest. Prȩsumptio verò hominis in multis casibus, & ideò remitti potest.

Quarta differētia est; quia vna prȩsumptio alteri potest aduersari; & ideò potentior minus potentem tollit, ac perimit. l. diuus, ff. de in integ. restit. Fictio autem vna esse non potest contra alteram. l. 3. §. è contrario, vbi Bart. Alex. & Ias. ff. de acquiren. poss. & in specie. Alciat. de præsumptionibus in prȩludijs, par. 1. num. 5.

Quinta differentia est, quòd plures præsumptiones simul esse, & concurrere possunt, ita censuit. glos. in l. 2. in princ. in verbo legitimis, ff. de excusat. tutorum, in l. instrumenta, C. de probat. in c. cum causa, in glos. vlt. de probat. c. accedens, il 2. in verbo oriundus, vt lite non. Bald. in l. si quis ex argentarijs, §. 1. in 4. notab. ff. de eden. & in cons. 3. lib. 3. in fine. Idem scripserūt Ang. in l. non est verisimile, in fin. Rom. cons. 54. in fine. Io. de Anan. cons. 49. col. 1. Barba. in rubr. extra de probat. col. 4. vers. quod probatur, & in c. vlt. de succes. ab Intest. Calca. in cons. 56. col. 1. Soccin. Senior, in cons. 89. nu. 2. lib. 1. Curtius Senior, in l. admonendi, num. 201. in fin. ff. de iureiur. & Crauetta, in cons. 73. num. 19. & in cons. 158. num. 11. Horum assertio comprobatur doctrina Butr. & Cald. in c. veniens, il 1. de testibus, & Oldradi, & Nicolai de Neapolis, in l. 2. ff. de excus. tutor. quos recenset Ias. in repet. l. admonendi, num. 213. vers. alia, & tertia, ff. de iureiurando; sed

ſed diuerſum eſt in fictione; quarum vna cum alijs pluribus eſſe,& cumulari non poteſt. Ita docuit Iaſ. in l.ſi is, qui pro emptorem,num.399. ff. de vſucapion. & in ſpecie hanc differentiam adnotauit Bald. in tract. de pactis, numer. 54.

Sexta differentia eſt, quæ à pręcedenti deſcendit;quod duæ fictiones non poſſunt ſimul concurrere, cùm ſint duo quædam ſpecialia; quæ ſimul eſſe non poſſunt, aut debent. l.1. C.de dotis promiſs. ſed præſumptio ſimul eſſe poteſt cum vna ſpecialitate. Ita in ſpecie ſcriptum reliquit Caccialupus, in tract. de pactis, num. 47.

Septima differentia eſt; quod fictio denotat improprietatem. l. lege Cornelia, vbi Bald. ff.de teſtam. l.gallus, §.videndum, ff. de liber. & poſthu. vbi Caſtren. dicit caſum fictum non venire ex proprietate ſermonis;ſed per interpretationem extenſiuã, quem ſequutus eſt. Iaſ.in l.ſi is, qui pro emptore,nu.170. ff.de vſucapio,qui num.171. ſubiungit; quod ob id caſus fictus non continetur ſub diſpoſitione ſtatutorum, cum in illis verba propriè intelligi debeant. l.3. §.hęc verba, ff.de neg.geſt.cum alijs à Iaſ. relatis. Diuerſum eſt in pręſumptione, quæ proprietatem ſignificat. Nam ſtatutum diſponens ſuper caſu vero, locum etiam habet in præſumpto. Ita copioſe reſpondet Curt.Iunior,in conſ, 4.num.16. & 17.

Octaua differẽtia eſt;quod præſumptio verſatur circa ea, quæ ſunt facti; Fictio verò verſatur circa ea,quę ſunt iuris,& facti ſimul; ita Iaſ.in l.ſi is, qui pro emptore,num. 217. ff. de vſucapio. & ibi Crotus.

Nona differentia eſt;quod præſumptio mutari à Principe poteſt in fictionem, ita in ſpecie ſcribit Iole Cener. in tract. de primog. lib.1.q.13. num.21. poſt Ludouicum de Surdis, in tract.de legitimatione, §. ſeptimo videndum, num.5. ex l. in bello,§.factæ, ff. de capt. & poſtlim. reuer. quia pręſumptio verſatur circa ea, quæ vera eſſe poſſunt; ſed ea, quæ vera ſunt fingi poſſunt à Principe non vera, cum hoc ſit proprium fictionis, er-

nis,ergo prçſumptio infictionem verti poteſt: Diuerſum eſt in fictione; quæ in præſumptionem mutari, atque ita verti non poteſt, cum nulla ratione effici poſſit, vt vera ſint quæ falſa ſunt.

Decima differentia eſt; quod prçſumptio extenditur de perſona in perſonam; Fictio verò non extenditur, ita probat text. l. lex Cornelia, vbi gloſ. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. cùm ait fictionem legis Corneliæ; qua annullatur teſtamentum principale non annullare Tabulas pupillares,& ita in ſpecie. Alex.conſ.10. num.5. lib. 1.

Vndecima differentia eſt; quòd præſumptio, vt locum habeat debet allegari; Fictionem verò allegare non eſt neceſſe. Crauetta de antiq. tempor. 2.partic.4.partis principalis,num.50. quia Fictio eſt de re clara.

71 Præſumptio hominis, & præſumptio iuris differunt. Nam iſta iuris præſumptio, ita appellatur, quòd à lege approbata ſit; Illa verò hominis dicitur,quod nullo iure confirmata reperiatur, ſicuti docuit Bald. in rubr. C. de probat. in fine,& in rubr. extra de præſumpt. num. 3. quem ſequuti ſunt Felyn. in c.quãto, col.2.de præſumpt. & Berouus, in rubr. extra de probat.num.42. idem reſpondit Caſtren.in conſ.299. Viſa inquiſitione ſuprascripta col. 3. lib. 2. Non enim præſumptiones has, quas homo facit, potuit lex approbare, cùm variæ,multipliceſq.ſint, & ex varijs cauſis, legibus ipſis iam promulgatis oriri ſoleant, & ideò dicimus in Iudicis arbitrio eſſe poſitas, ita Bald. & cæteri relati tenent, & manifeſtè Decius,in l.1.num.7. C.de teſtam.milit. Euerardus, in Centuria legali in loco à veriſimili, num.18. & propterea. Abb. c. quam te, num. 3. de præſumpt. ſcripſit de hac præſumptione certam doctrinam dari non poſſe,& ibidem col. vlt. ſcripſit relinqui arbitrio Iudicis. Hanc hominis præſumptionem diuidit. Bald.in rubr. C. de probat. num. 4. in vehementem, ſiue maiorem, & in non vehementem, ſiue minorem.

72 Prætoriæ ſtipulationes à conuentionalibus differunt; quia

quia in cōuentionalibus con tractuum formam dant contrahentes, nec ab ea receditur. Prætoriç verò benignius accipiuntur, & ex prætoris mente, qui eas compoſuit. l. in prætorijs, ff. de prætor. ſtipul. Duaren. l. in conuentionalibus, ff. de verb.oblig.

73 Prætoriæ, & ciuilis ſucceſſionis differentias. Vide infra ſucceſſio Ciuilis, & Prætoria.

74 Prior, & primus differunt. §.in ordinatum Auth.de hęred. & facid.

75 Priores, & primores hanc habent differentiam. Priores enim ſunt gradus comparatiui. Primores ſummæ quæque res. Lucil. Satyr. lib.8. Gallinaceus cùm victor ſe gallus ſubſtulit in digitos, primoresq. erigit vngues. Turpil. Demetrio Sandalio, innixa digitis primoribus. Varro armorum iudicio. Vt in littore cancri digitis primoribus ſtare. Lucil. Satyr. lib.20. Calphurnij ſæua lege in Piſonis repræhendi, eduxiq. animam in primoribus naribus Afranius Vopiſco. Apageſis cliuum tum animum in naribus primoribus vix pertuli ædepol. Cicer. in Hortenſio. Qui illum neſcio quid, quod in primoribus habeat (vt aiunt labris. Idem Orat. Quæ iſti rethores ne primoribus quidem labris attigiſſent.

Primores pro optimatibus accipit. Modeſt. in l. Legatum, in fine, ff. de vſu, & vſufruct. ibi adhibitis hæredibus, & primoribus Ciuitatis diſpiciendum eſſe.

76 Priuati actus itineris, & actionis confeſſoriæ differentiam. Vide ſupra interdictum de itinere, actuq. priuato, & actio confeſſoria.

77 Priuati actus itineris, & interdicti de itinere, actuq. reficiendo. Vide ſupra interdictum de itinere, actuq. priuato, & de itinere, actuq. reficiendo.

78 Priuatæ viæ, & publicæ differentiam. Vide infra Via publica, & priuata.

79 Priuilegium, & gratia differunt. Nam priuilegium eſt quod conceditur generaliter toto ordini puta Mendicantium. Gratia verò, vel indulgentia eſt; quæ ſpecialiter conceditur alicui loco, vel Eccleſię, ita dicit Abbas de

ſepult.

sepult. c.in nostra. Item priuilegium est illud, quod est perpetuum; gratia verò, vel indulgentia est illa, quæ ad certum tempus conceditur. Petrus de Vbald. in tract. de Canonica Episcop. & Parochiali, c. 5. §. quoniam autem per Clem. dudum, numer. 13.

80 Priuilegij, rescripti, beneficij, & mādati differentiam. Vide infra Rescriptum, priuilegium, beneficium, & mādatum.

81 Pro, & propter differunt; nam aliud est soluere pro debitoribus, aliud propter debitores. l. dominus sticcho, ff. de pecul. lega. Item pro significat causam finalem. Propter verò causam impulsiuam. d. l. dominus.

82 Probatio, præsumptio, & fictio differunt. Nam probatio est necessaria. Præsumptio autē verisimilis. Fictio autem aliud quiddam quam præsumptio, vt fictio postliminij, fictio legis Corneliæ, & c. Cuiac. ad l. vlt. ff. quod met. caus. Bart. in l. non est verisimile, ff. eod. & Cyn. in l. siue possidetis, ff. de probat. Duaren. in commentar. suis, super tit. 3. ff. de probat.

83 Probatio artificialis differt à probatione inartificiale. Artificialis enim est illa; quæ tota in arte consistit, atque versatur, vt testatur Aristo, lib. Rhetor. c. 1. & & Fabius, lib. 5. instit. orat. cap. 8. Nam aliquibus positis inde oratoris, vel Iurisconsulti ars, & prudentia est videre quæ inde veluti quædam consequentia trahuntur. Et si enim, vel instrumentis, vel testibus vnum contineatur, attamen inde ex eò aliud trahi potest ad actum vnum probandum. In probatione inartificiali non est laborandū ad eam inueniendam, cùm à causa, atque à reis deferatur. Solum igitur Orator, vel Iurisconsultus eam artificiose deducere, & tractare habet. In illa verò artificiali non sufficit cogitare quomodo tractari debeat; sed opus etiam est eam inuenire. Cicero de Oratore, lib. 2. Menochius, de præsumptionibus, lib. 1. in præfatione, num. 8. & 9. & per totum discursum de vtraque differitur.

84 Proconſules à Præſidibus ideſt Legatis Cæſaris, ſiue Legatis pro Prætore, vel Legatis pro Prætoribus differunt. Nam Proconſules, qui omnes ſunt ex Senatorio ordine, faſcibus, infulis, alijsq. inſignibus Imperij, & iuriſdictione voluntaria vtuntur ſtatim, atque egreſſi ſunt Vrbem, vel Pomerium Vrbis, Imperium igitur, etiam ſtatim habent (alioquin falſa eſſent inſignia) & iuriſdictionem contentioſam, nec tamen eo, eaue vtuntur niſi in Prouincia ſibi decreta. l. 1. & 2. ff. de offic. Proconſolo, ac ſimiliter redeũtes ex Prouincia quoad Pomerium Vrbis ingreſſi ſint Imperium habent, ac iurisdictionem, & ſex faſces, & cætera inſignia, & vtuntur etiam iuriſdictione voluntaria. l. vlt. ff. de offic. Proconſ. Nam portam Romæ ingreſſus deponit Imrium, & Cicer. ad Attic. ſi Imperium, inquit mihi moleſtum erit, vtar ea porta, quam primam videro, & in authoribus ſępè Prętor, vel Conſul. ad portam, vel ad Vrbem.

Sed qui ſpecialitar Præſides dicuntur, ideſt Legati Cęſaris, ſiue ſint ex Senatoribus, ſiue ex Aequitibus Romanis, & ſiue ex Conſularibus, ſiue ex prętorijs ſtatim, atque cognouerunt veniſſe ſucceſſorem, vel exceſſerunt Prouincia, deponunt ſex faſces, & cętera inſignia, deponunt ius gladij, quod pręcipuum habent, & priuati fiunt. l. 3. ff. de offic. Pręſid. l. 1. ff. de offic. Pręfec. auguſ. & nec iuriſdictionem quidẽ voluntariam habent, nec ea, quę, neque Imperij, neque iuriſdictionis ſunt; ſed ad officium ius dicentis pertinẽt, veluti tutoris dationem. l. ſi forte, ff. de offic. Pręſ. & cùm inſignia non ſint ſeparanda ab Imperio; ſequitur quod qui deponit inſignia, vtique & Imperium deponat.

85 Procurator, actor. Vide ſupra Actor, & Procurator.

Procurator, & Nuncius differunt. Nam Procurator datur ad cauſas peragendas, vel defendendas. Nuncius non. Procurator eſt qui mandato Domini negocium adminiſtrat. Nuncius verò dicitur, qui ſine mandato, & literis mittitur. Specul. de Procu-

Procuratore, §.4.num.6.& 7. Item Procurator propriè est omnium bonorum, & vnius rei. l.1. ff. de Procurat. & l. si Procurator ad vnã, C.eod. l. si cum te, §. contrario, ff. mãdat. Item Procurator debet formare verba in persona sua, non Domini. l. eum qui, §. Iulius, ff. de constit. pecun. Et ideò si stipulatur, debet dicere promittis mihi Procuratori talis recipienti vice, & nomine eius. l. si Procuratori, ff. de verbor. oblig. Nuncius verò propriè est vnius rei, & debet formare verba in persona Domini, & ideò si emit aliquam rem nomine sui Domini, debet dicere vendis illam Domino meo pro 10. & ipse dicit vendo l. multum interest, C. si quis alteri, vel sibi. l. qui autem, §. vlt. & l. licet, ff. de constit. pecun. Et hoc est, quod faciunt cauti Nuncij nobilium personarũ formant enim solutionem in persona Domini sui, & sic Nuncius prętat ministerium, vt organum, & nõ dicitur loqui; sed est minister in loquela Domini, vt fuit Raphael in annunciatione B. Marię Virginis, Procurator, & Sindicus differunt de iure ciuili. Nam Prẹlatus, Episcopus, Abbas, vel Administrator alicuius Ciuitatis, seu Vniuersitatis non possunt constituere Procuratorem ante litem contestatam, quia non sunt Domini. l. neque Procurator, C. de Procur. §. si quandò auth. de sanctissimi Episcopis, Syndicum verò, & Procuratorem constituere possunt Prẹlati, administratores Ciuitatum, & Vniuersitatum Actorem cum decreto Decurionum. l. item eorum, §. sed etsi, & §. actor, ff. quod cuiusq. Vniuers. nom. sed iure Canonico non est differentia inter Procuratorem, & Syndicum. c. petio de Procur. Oldrad. in l. 1. num. 4. ff. de Procuratoribus.

86 Prodere, & tradere differunt. glos. & Bart. in l. dolo, ff. si mul. vend.

87 Prodere causam, & accusare differunt. Prodit enim qui non probanda defert; accusat qui reo prẹsente crimen iudicio offert probaturus, quod intendit. c. plerumq. 2. q. 7.

88 Producere instrumentum,

& vti instrumento differunt. Felyn. in c. contingit, col. 2. in princ. de fid. instrum.

89 Pro debitoribus, & propter debitores soluere differunt, quia pro ad finalem; propter verò ad impulsiuam causam refertur. l. Dominus sticcho, ff. de pen. leg. tametsi pro re nata quandoq. proximam, vel remotam denotent Spieg.

90 Proiectum, & immissum differunt. Nam proiectum est id, quod prouectum est extra parietem, vel ędificium, & nunquam quiescit; qualia sunt meniana, & subgrundia. l. 2. C. de ędific. priua. Immissum verò est, quod ita immittitur, vt in alieno requiescit. Vnde seruitus immittendi tigni nomen sumpsit. l.malum. 242. §. inter proiectum, ff. de verbor. signif.

91 Proferre, & differre differunt. Proferre enim est, diem pro dictam prorogare. Differre est rem in aliud tempus conferre cum nulla dies ante prodicta fuisset. l.vnius, §. pen. ff. de quęst. adeò vt propterea; & differantur, & proferantur custodię. & ff. de recept. arbitr. habetur, vel arbitrum differre, vel diem compromissi proferri, & qui profert, & differt; non è contra Cornel. Tacit. res prolatas easdem, & res dilatas vocat. Sunt autem res prolatę ferię iudiciorum, & litium. Seneca, de breuitatę vitę. Diripitur ille toto foro patronus, & magno concursu omnia vltra quàm audiri potest, complet, quandò inquit res proferētur? significat rebus prolatis cessare patronos, quod, & de iurisconsultis, sentit Cicero in oratione pro Murena.

92 Profesti, & Festi dies sic discernuntur. Nam Profesti sunt dies à Festiuitate vacui. Affranius Priuigno, quę Festiuos facere solemus de quotidiano opere promiscuè atque profestio celebras focum.

93 Proficere, & sufficere differunt. Nam proficere sonat in quoddam adiumentum, quoad quid non quoad totum; sufficere verò dicitur, quoad perfectionē actus non indiget alio adminiculo. Abbas, in c. 1. num. 8. de Postul. Prelat.

Profi-

94 Profiteri,& aſſeuerare differunt. Illa enim quod profitetur probat. Iſta non vtique ſi poſtea negetur in terminis. l.14.C.de probat. vbi gloſ. in verbo aſſeuerationibus, & vide Facere.

95 Proprij nominis, & appellatiui differentiam. Vide ſupra appellatiua,& propria nomina.

96 Prorogare. Vide Renouare.

97 Proſpectui nè efficiatur ſeruitutis, & ſeruitus luminum differentiam. Vide infra Seruitus luminum, & nè proſpectui officiatur, & ſupra lumen, & proſpectus.

98 Proſpicere,& reſpicere diſtant; vt aduerſum videre proſpicere recte dicatur.Reſpicere quaſi retro aſpicere. Varro manio. Sedens altus alieno ſumptu, neque poſt reſpiciens, neque ante proſpiciens.

99 Prouiſio facta ab Ordinario, & à Legato differunt in quatuor, notant Domini de Rota, coram Aldobrandino, deciſ.206.nu.7.& ſeq.par.1. in impręſs.

100 Prouidere aliquem in Eccleſia, & de Eccleſia differunt. Nam prouidere in Eccleſia non includit rectoratum Eccleſię; ſed beneficium ſitum in Eccleſia. Prouidere de Eccleſia ſecus. Abbas, in c. fin. num.2. de pręben. & dign.

101 Prouocationis, & appellationis differentiam. Vide ſupra Appellatio, & Prouocatio.

102 Proximus, & conſors differunt, nam proximus per conſanguinitatē dicitur;conſors verò eſt ſocius, & Dominij particeps. Bald.in l.du dum, C.de contrahen. empt. Alciat. in l. proximi. 155. num.5. ff. de verb. ſignif.

103 Publicę, & priuatæ viæ differentiam. Vide infra Via publica, & priuata.

104 Publicatio, & exemplatio differūt. Publicatur enim quod priuatum erat, puta teſtimonia. Exemplatur autem id,quod eſt publicum,& publica authoritate nititur, vt teſtamentum, & inſtrumentum,&c. ſecundum Innocen. & Hoſtien. in c.fin.de fid.inſtrum. Rota in nouis,eod.tit. deciſ. 1. in 2. addit.

105 Publica, & communia differunt. Nam communia ſunt,

ſunt illa, quæ omnibus animantibus etiam brutis communia ſunt. Publica verò quæ tantùm vſui hominum conueniunt. Afflict. in feud. quæ ſint regalia, c. regalia, §. armandia, num. 9. Item proprie commune dicitur illud, quod occupanti conceditur, vt mare, maris littora. l. quædam, ff. de rer. diuiſ. Publicum verò eſt cum vſus publice multis competit; ſed occupanti non poteſt, vt ſunt portus, flumina, & reliqua, de quibus in tit. ff. nè quid in loco publi. & ne quid in flum. publ. Negocium faceſſere videtur, quod in d. l. quędam. Aqua fluminum communis vocatur, cùm cõſtet flumina eſſe publica, §. flumina, inſtit. rer. diuiſ. Pręterea, in §. & quidem, inſtit. eod. littora communia ſunt. At in §. littorum publica nuncupantur.

Verum enim vero ſcitu dignum eſt communem à publico perinde differre, atque à nobis præſcriptum eſt: ſed prætermittendum non eſt nihil eſſe publicum, quod, & commune nihil habeat, & è conuerſo. l. pen. ff. de flum. Nam publica dicuntur, vſus verò communis.

106 Publicè, & palàm differentiam. Vide ſupra Palàm, & publicè.

107 Publicorum iudiciorum, & aliorum differentiam. Vide infra Iudicia publica, & alia iudicia.

108 Pudet, & piget differunt. Pudet enim verecundiæ eſt; Piget pœnitẽtię. Plaut. Pſeudulo. *Nimirum id, quod pudet facilius fertur quàm illud piget. Non dediſſe iſtum pudet me; quia non accepi piget.* Idem Trinumo. *Polpudere, quam pigere præſtat totidem literis.* Accius Neoptolemo. *Do, & pudet, quæ grauium me, & vero piget.* Idem. *An pro me Dane quiete adiutem inuenio, hortari pudet, non prodeſſe id piget.* Turpilius Demetrio, *pudet, pigetq. mei me.* Pacuuius Duloreſte, *quid quondam, & mihi piget paternum nomen, maternum pudet profare.* Saluſtius de Bello Iugurthæ. *Nam poſtea quæ fecerit incertum habeo pudeat nè, an pigeat magis diſſerere.* Varro Parmenone. *Pudet me tui, & Muſarum agnoſcere, piget currere, & vna ſequi.*

Qnali-

1 VALITATES possessionũ differunt; quia ciuilis sẽper iusta est, quoniã lex interpraetationem illam non nisi iusta ex causa adhibet. Naturalis verò quandoq. iniusta est, siue quia res prohibita possideri, vt liber homo. l. quod seruius, ff. de acquiren. possess. siue quia persona incapax, vt seruus. l. 4. §. fin. eod. siue causa iniusta, vt raptor. l. 1. & 2. eod. siue iure Ciuili inualida, vt cùm pater filio, maritus vxori donat. l. 1. §. deijcitur, ff. de vi, & vi arma.

2 Quartarum species sunt tres, vna est debita iure naturæ, quæ dicitur bonorũ subsidiũ, quæ hodiè est aucta ad trientem, & semissem secundum numerum filiorum, & dicitur legitima. Vnde versus

Quatuor, aut infra dant natis iura trientem;
Semissem verò dãt natis quinque, vel vltra.

Alia est Trebellianica. Tertia falcidia, de quibus in c. Raynutius de testam. in glo. super verb. quartam partẽ, & in c. si pater, eod. lib. 6. & differũt Trebellianica, & falcidia in hoc, quia testator potest falcidiam auferre, & grauare hæredem, quod ipsa non detrahat. Trebellianicam verò non vtique.

3 Quęrere, & requirere hoc differunt; quoniam requirere est diù quærere. Affranius fratrijs. Proin tutum quęram, nec requiram te videre, & plus est quęrere hæreditatẽ, quàm adire. Gouean. c. 1. variar. lect. lib. 1. Item absens requirendus est, vt Copiam sui præstet. l. 1. de requirem reis. Hinc est quod requirere pro desiderare accipimus, vt cum requirimus in testẽ, quod esse debeat, & non est.

4 Quæstus, est lucrum. Vide supra Lucrum, & quæstus.

5 Quinquennalis, & annalis dilationis differentiam. Vide supra Dilatio annalis, & quinquennalis.

R

1 ANCOR, & inuidia differunt; quia licet quis iniuriam non teneatur remittere. Rancorem

rem tamen remittere tenetur. Specul. de tregua, & pace, verſ. & nota.

2 Rapere, & eximere differunt. Nam ille qui per vim trahitur; eximitur quis etiam ſi corpus non tangatur, ſed non ſi non ſinatur vlterius progredi, quod non eſt iniuria. Bart. in l. ſed non eximendi, num. 1. ff. ne quis eum, qui in ius voc. eſt vi eximat.

3 Rapere, & furari differunt. Nam qui rapit, vi aufert; qui verò furatur Domino inuito, & ignorãte ſubtrahit. l. duobus, §. ſi quis, ff. de iureiur. ſed in §. 1. inſtit. vi bon. rapt. idem eſſe habetur, equidem multum intereſt, ſi quis de manibus poſſidentis vi abſtulerit, ideſt rapuerit; An verò clam, & ignorante, quod furari propriè appellandum eſt. Dicuntur autẽ immobilia inuadi, mobilia verò rapi. §. penult. inſtit. eod. & gloſ. in l. 1. ff. de condict. tritic.

4 Rapi, & amoueri differunt. Nam amoueri aliquid etiam ſine vi poteſt; Rapi autem non vtique. ff. de incend. rui. & naufrag.

5 Rapina à furto differt. Nam furtũ latenter, & clanculum fit. Rapina impudenter, & vi. Item furtum aliud eſt manifeſtum, aliud nec manifeſtum. Rapina non niſi manifeſta. Item furti pœna non vna eſt, ſed modo quadrupli, modo dupli. Rapinæ pœna vna eſt tripli. Item furti actio ſolam pœnam ſine re ipſa perſequitur; Rapina verò ſimul, & rem, & pœnam. Item furti manifeſta actio prætoria eſt, nec manifeſti ciuilis. Rapinæ actio tota honoraria eſt. Item furti actio perpetua eſt; Rapinæ verò annua. §. 1. inſtit. de vi bon. rapt. §. ex maleficio, inſtit. de actio.

6 Ratihabitio, & mandatum differunt, quia illa præſupponit actum antecedentem; Mandatum verò ſubſequentem. c. ratihabitionem. 70. vbi gloſ. de reg. iuris. in 6. & c. cùm quis. 32. de ſent. excomm. in 6. Alex. in l. Iulianus, num. 3. ff. qui ſatiſdare cogam.

7 Rationes reddere, & reſtituere differunt, qui enim tenetur reddere, tenetur reliqua præſtare, qui verò reſtituere, nõ vtique Odofred. in l.

in l. Boues, num. 3. ff. de verb. significatione.

8 Rationis, & causæ differentiam. Vide supra Causa, & Ratio.

9 Ratio finalis, & impulsiua differunt. Nam ratione finali cessante cessat dispositio; cessante ratione impulsiua non vtique, quod intellige cum distinctione, quam facit Bald. in d. l. 1. num. 8. vers. item an cessatio rationis faciat cessare legem, ff. sol. matr.

10 Realis, & personalis actionis differentiam. Vide supra Personalis actio, & realis.

11 Receptio differt à collatione. Gemin. in c. cum in in Ecclesijs, de præben. in 6. & Io. de Imo. in c. maioribus, col. 2. eod. Item ab electione. Card. cons. 103. Discutiam præmissa.

12 Reconductio in vrbanis differt ab ea, quæ fit in rusticis. Nam in vrbanis censetur tantum reconductum, quantum fuit habitatum, & non vltra; In rusticis vero censetur per annum facta reconductio post primam finitam, etsi illa maioris temporis fuerit; ita probat tex. in l. item quæritur, §. vltim. vers. quod autem diximus, ff. locati. Alex. in cons. 28. in fin. lib. 5. Rui. in cons. 61. nu. 11. circa medium, lib. 1. rationē differentię assignant, ibi glos. & Bart. num. 10. quod scilicet in prædio rustico non percipiuntur fructus, nisi in certa parte anni; atque ita certo tempore; In vrbanis vero vniformiter qualibet parte anni fructus consequimur; quam rationem probauit, & Bald. in l. legem, C. locati. Hinc infert Bart. in d. §. vlt. num. 10. vers. ex hac; quod si esset prædium rusticum, ex quo non perciperentur fructus, nisi de quinquennio; in quinquennium; quod pro quinquennio censeretur facta reconductio, idem si perciperentur bis in anno; Tunc enim in sex menses censeretur facta reconductio; Si perciperentur fructus vniformiter, qualibet parte anni; vti ex ortis, & viridarijs, tunc pro rata temporis censeretur facta recōductio, vti etiam de domibus, nisi tales sint domus; quod tempore nūdinarum ex eis plus percipiatur. Bart. vbi supra;

quo loci multum insistit in ista materia, & plures excogitat casus, qui quotidie possunt occurrere.

13 Rectè, & ritè differunt. Nam rectè importat factum, ritè verò ius. l. non putauit, §. non quæuis, ff. de bon. poss. contra tabul.

14 Recusatio, & appellatio differunt. l. apertissimi, C. de iudi.

14 Reddere, & de suo dare differunt. l. 1. §. eleganter, ff. depositi.

16 Reddere, & edere rationem differentiam. Vide supra Edere, & Reddere.

17 Reficere, & facere differunt. l. 1. §. pen. ff. de itin. actuq. priuat. & l. 1. §. 1. ff. de via publi. refi. Specul. de expens. §. 1. vers. si autem.

18 Regere, & exigere, deseruire, & determinare; licet boni Authores in nihilo differre posuerint. Potest tamen dari aliqua differentia. Nam exigere latius est quàm regere; quia dictio præter casum nihil regit; sed benè exigit; quia verba prohæretica exigunt post se infinitiuum non regunt, & verbum exigit aduerbium, non regit, posterius supinum exigitur ab actiuis, non regitur, vt Turpe dictu; id tamen boni Authores non semper obseruant; quia inuenies, qui dicant supinum in u. quod nullius est casus, regi ab adiectiuis. Deseruire nil differt à regere, vt comparatiuus cui casui seruit, siue deseruit 1. quem casum regit? Ideò nugantur Grammatistæ putantes propositiones deseruire, non regere. Determinare est confusionem significationis tollere, & hoc quam latissimè se extendit, nam adiectiuum determinat substantiuum, non regitur à substantiuo; infinitum determinat finitum; aduerbium verò verbum; cognomenq. nomen, & semper vnum substantiuũ in appositione determinat reliquum, omnis dictio recta determinat regentem, huc pertinent, notata per Bart. in l. Prætor, §. si quis aduentu, num. 2. ff. vi bon. rapt. & in l. iam hoc iure, §. sed si, nu. 1. ff. de vulg. & pupill. & per Alber. in l. si legatarius, num. 3. ff. de legat. 3. Bald. in d. §. sed si, num. 1. & in l. precibus, num. 54. C. de impub.

impub. & alijs substit.

19 Regula de triennali, & allegatio 89. Iapi differunt in multis, remissiuè Rota, coram Achille, decis. 382. alias 17. num. 3.

20 Rei criminis, & particeps fraudis differunt. l. si multa, alias si mulier, ff. de public.

21 Relegatus, & ab honore remotus differunt. Bart. in l. si possidonium, C. de infamibus, item à deportato; ille enim est ad tempus, deportatur verò in perpetuum. Io. Montign. in tract. de authoritate Conciliorum, num. 16.

22 Releuium, adoha, & laudemium. Vide supra Adoha, Releuium, & Laudemium.

23 Remittere, & dare differentiam. Vide supra Dare, & Remittere.

24 Rem ratam laberi, & ratihabitio differunt. Nam in prima tractatur, quomodò, & quando dicatur ratum haberi. In secunda de ratihabitione, & quod sit ratum habere, notat Alberi. super rubr. ff. rem ratam haber. & de ratihab.

25 Remiges, & Mesonautæ differunt. l. 1. §. 2. ff. naut. caupo. stabul.

26 Remissio iniuriæ, & concordia differunt. Nam remissio est ex vna tantùm parte offensa; concordia verò est cum ex vtraq. parte hinc inde offensæ processerunt, refert Afflict. ex Specul. in feudis de pace iuram. firm. c. vni. §. iniuria ponitur, num. 124.

27 Remissio, refutatio, & renunciatio differunt, vt notat Specul. de pact. & transact.

28 Renouare, & prorogare differunt. l. 3. in princ. ff. de damn. infect. Steph. de Fidericis, in tract. de interpræ iuris, parte 1. num. 83.

29 Renunciationis, & pacti de renunciando differentiam. Vide supra Pactum de renunciando, & renunciatio.

30 Repetitio, & relatio differunt. Bart. in l. si idem, §. fin. ff. de iurisdic. omn. Iud.

31 Replicatio, & exceptio differunt. Bart. in l. 2. ff. de except.

32 Repromittere, & satisdare differunt. Nam satisdatur adhibito fideiussore; repromittitur nuda cautione, ac sine fideissore. l. 1. §. 1. ff. de prætor. stipul. Nam qui suo nomine cauet repromittit,

qui alieno satisdat. l. vlt. §. si legatarius, ff. quod legat, & l. 6. ff. vt legat. nomi. & l. 23. ff. de vsufr. leg.

33 Repudiare, & recusare hæreditatem, differunt. Nam recusare non modo hæres potest, verùm etiam fideicommissarius. l. cogi. 16. §. 3. & & §. si seruo, ff. ad Senatus Cons. Trebell. Repudiare autem solus hæres potest, quippe cùm alij nulli hæreditas deferatur. Rursus repudiatio in iure tantum fieri potest. l. 3. & 4. C. de repud. hæred. Recusatio verò quouis loco, & modo rectè fit. Itaq. recusare, inquit Vlpia. non tantùm præsentes; sed etiam absentes, vel per Epistolam possunt. l. recusare, 6. ff. ad S. C. Trebell. & l. recusari. 65. ff. de acquir. hæred. Recusari hæreditas non tantùm verbis; sed etiam re potest, & alio quouis iudicio voluntatis Hotom.

34 Repudij, & diuortij differentiam. Vide supra Diuortium, & Repudium.

35 Rescripta gratiæ, & iustitiæ in multis differunt inter se, vt notant remissiue DD. de Rota, coram Achille de Grassis, in decis. 78. alias. 18. de procurat. num. 6. Et primo rescripta gratiæ ad beneficia si subreptitia sint, sunt ipso iure nulla, quia talia rescripta tribuunt ius, & habentur loco tituli; ideoq. illis, quia subreptitijs annullatis, remanet etiam nullus titulus, & ius ex eis prouenienes. Clemen. 1. ibi nullius momenti de preben. c. ad aures. c. constitutus. & c. ad audientiam, & ibi Doct. de rescriptis. l. 1. ibi nihil videri impetrasse, ff. de natal. rest. Et quia in literis Papæ intelligitur si impetrans sit dignus. c. cũ adeò de rescript. & si non sit dignus non intendit Papa illi prouidere; & sic est defectus voluntatis Papæ, qui enim ei mentitur facit se suâ gratia indignum. Bald. in d. c. cùm adeo. de rescript. & processus, & sententia lata vigore rescripti subreptitij sunt nulla, per tex. in c. cum nostris, ibi factum obtentum literarum nostrarum. de concess. præben. c. si proponente, de rescriptis, & c. constitutus, in fin. eod. Imo, & etiam executio, quia est accessoria ad gratiã; quæ

quæ si fuerit nulla, erit nulla etiam executio accessoria. l. cum principale, vbi Dec. & Cagn. ff. de reg. iuris. Innoc. in c. ex literis, de offic. delegat. Rom. sing. 330. circa primum, col. 1. Felyn. in c. sedes de rescriptis Mohed. decis. 17. alias. 300. sub n. 1. in fin. & num. 2. de caus. poss. & propriet. extenditur etiam ad literas absolutionis, & indulgentiæ si subreptitiæ extortæ fuerint. exemplo c. quod super his, de fide instrum. Idem est in priuilegijs, & beneficijs Principum. arg. l. 1. ff. de nat. rest. Abb. & alij, in d. c. ad audientiam de rescriptis. Socc. in cons. 164. visa Bulla, col. 1. lib. 2. & in cons. 260. in causa, col. 1. eod. lib. 2. quamuis quis ignorans tacuerit. Dec. in d. c. constitutus, in 2. not. de rescript. Crauetta, in cons. 68. in fine. Vel subreptio respiciat factum alienum; quia non inspicitur culpa impetrantis, quam ignorans habere non potest. l. ex maleficijs, ff. de actio, & oblig. Sed intentio concedentis. c. dudum, 2. de elect. & d. c. ad aures, de rescriptis. Vel non sit expressus modus, per quem id factum consumatum extitit. gloss. in d. c. dilectus, de rescriptis, quam comprobat. Roma. in cons. 326. in præsenti, col. vlt. dixi in gloss. ad statutum Vrbis, c. 43. fol. 72. sub num. 40. Rescripta vero ad lites, licet subreptitia regulariter non sunt nulla, quoties per illa non tribuatur ius. c. super literis, de rescriptis. l. vniuersa, C. de precibus Imper. offere, nec processus erit nullus. d. c. super literis, & c. constitutus, in fin. eod. Abb. in cons. 34. col. 2. lib. 2. & in c. cæterum, q. 1. de rescriptis, c. si autē, & c. plerumq. eod. Bellamer. decis. 485. Curt. iun. cons. 175. num. 2. & alij allegati per Mandos. regula 29. q. 9. num. 8. Quod tamen fallit si causa per subreptionem euocetur; quia euocatio est odiosa, cum inferat Iudici contumeliam eo quod reuocatur ab eo iurisdictio, sine sua culpa. Doct. in c. ex literis, de offic. deleg. Felyn. in c. ad audientiam. 10. fallen. de rescriptis. Butr. & Felyn. in c. cæterum, de rescript. Rota in nouis decis. 6. eod.

eod. tit. Caſſad. deciſ. 1. de reſcript. Philip. Franc. in c. 1. de litis conteſt. lib. 6. glo. ad ſtatutum Vrbis, vbi ſupra. fol. 52. ſub num. 30. & ſeq.

Secundo differunt; quia reſcripta gratiæ ſubreptitie impetrata non valent, etiam aduerſis partibus conſentientibus. Butr. in c. cum olim per illum. tex. de reiudic. quia non eſt in arbitrio aduerſæ partis ex ſuo conſenſu titulum dare, cum beneficium Eccleſiaſticum non poſſit obtineri, ſine Canonica inſtitutione. c. 1. de reg. iur. in 6. vbi Dynus. Reſcripta verò iuſtitiæ ad lites partibus aduerſis cõſentientibus, quamuis ſubreptitie impetrata valent, quia poteſt pars ſubreptioni renunciare. l. penult. C. de pac. c. ſi diligenti, de foro competen. Gemin. in c. ab eo, in fin. de appell. in 6. quem Milius, in reper. in verbo gratia, quęſt. 95. faciunt allegata, in gloſſa prædicta, fol. 66. ſub num. 50. verb. Replicatio 5.

Tertio differunt; quia reſcriptum iuſtitiæ non faciens mentionem alterius reſcripti continentis idem; quod ius commune valet. Caſtren. in conſ. 3. num. 4. verb. contrarium, p. 1. Curt. iun. d. conſ. 175. & alij allegati per Mandoſ. in d. regula 29. q. 9. n. 8. Sed reſcriptum gratiæ non vtiq. quia eſt magis ſtrictum. c. quamius, de præben. in 6. Felyn. in c. 1. col. 3. ver. limita 3. de reſcript. Io. Mona. & alij, in c. 1. de filijs preſbyt. in 6. ad rem. faciunt allegati per nos. in d. gloſ. fol. 70. ſub num. 10. & ſeq.

Quarto differunt in reſcribendi modo. Nam reſcripta gratiæ à Papa ſolent ſignari per fiat, vel per conceſſum ab alijs; ſed reſcripta iuſtitiæ ſolent ſignari per placet. Rebuff. de ſignatura. Nam verbum placet, denotat boni viri arbitrium. Gomeſ. in compend. vtr. ſigna. l. fideicommiſſa, §. quamquam, ff. de leg. 3. Bart. in l. Lucius, de fideicom. libert. Iaſ. in l. ſi ſic, ff. de legat. 1. l. 1. ff. de conſtit. verbum fiat, denotat creationem de nihilo, quod conuenit ſolo Deo, qui in mundi creatione, dixit, fiat lux, & facta eſt, Geneſ. c. 1. Hac itaq. ratione Papa Dei

Vica-

Vicarius, vtitur hoc verbo fiat; & simulatq. Papa apposuit fiat; gratia est perfecta. vt docuit Calder. in c. quisquis, de elect. Felyn. in rubr. de constit. col. 3. & in c. Rodulphus, col. 16. nu. 26. de rescriptis facit. c. qui bona, §. sicut. 17. q. 1. & l. 2. §. deinde, ibi hæc verba fiat, statim facto suo nocent, ff. ne quid in loco publ. facit Afflictus, in decis. 253.

Quinto differunt; quia rescripta gratiæ possunt impetrari per tertium, sine speciali mandato, etiam si tertius laicus fuerit. c. si motu, §. 2. ibi, vel alterius. glos. in c. ad aures, de rescript. c. accedens, vbi Doct. de præben. & in c. 1. de procur. in 6. Rota in nouis decis. 61. aliàs. 420. num. 2. de appellat. Sed rescripta iustitię, non possunt per tertium impetrari, sine speciali mandato. c. nonnulli, §. sunt, alij, de rescript. Sed vsus in Curia admisit contrarium; & fuit demum introductum, quod, vel impetrans, vel procuraror subscribatur à tergo commissionis, alias quod commissiones non relaxentur.

Sexto differunt; quia rescripta gratiæ, sine mentione priuilegiorum, contra quæ conceduntur sunt subreptitia, & non valent in præiudicium priuilegiatorum. d. c. constitutus, de rescriptis, & ibi Doct. quia est facienda mentio de omnibus illis; quę possent mouere Papam ad concedendum, vel non concedendum rescriptum gratiosum. c. super literis. c. postulastis, & c. in nostra, vbi Abb. & Felyn. late de rescriptis, & in c. dudum, de præben. in 6. & si duo rescripta concessisset, & secundum tenderet ad interprætationem primi, tunc secundum ad primum restringeretur per relationem ad eum, quia relatiuum requirit suum antecedens, §. fin. Auth. de filijs ante dot. inst. nat. Bald. in rubr. de rescriptis, col. 3. facit lex Aurelius, §. testamento, ff. de liber. leg. facit Rota diuer. in decis. 27. num. 3. & decis. 40. num. 7. par. 2.

Rescripta vero iustitię valent, etiam non facta mentione priuilegij partis aduersæ; vt dixit Innoc. in c. cum ordinem, de rescriptis, quod

tamen

tamen intellige, quando priuilegium concerneret merita causæ; & ratio est, quia nullum præiudicium infertur priuilegiato; cum possit de suo priuilegio excipere in meritis causæ; & non tenetur, impetrans facere mentionē de exceptione peremptoria aduersæ parti competente. vt est tex. in c. 1. de litis contest. in 6. Felyn. in c. 1. col. 17. ver. fallit 5. de rescriptis. Verum si priuilegium concerneret exceptionem dilatoriam; vel daret formam rescriptis impetrandis, tunc sine illius mentione rescriptum non valeret; vt est casus in d. c. cum ordinem, vbi Abb. & alij, de rescriptis, & dixi in glossa statuti supra citata, & super vers. Tertio differunt.

Septimo differunt, quia in rescriptis gratiæ de consuetudine apponitur filus rubeus sericeus, in rescriptis iustitiæ apponitur filus canapis, seu funis in quo pendet plumbum. c. licet ad regimen. & c. quam graui de crimi. falsi. Felyn. in c. postulasti, col. 3. de rescriptis. Cynus, in l. rescripta, C. de precib. Imper. offeren.

Octauo differunt; quia rescripta gratiæ de facili non possunt impetrari, & ideo de facili præsumuntur falsa; & illis vtens ignoranter à falsitate, si falsa reperiantur non excusatur. c. ad falsariorum. de crimin. falsi: & quando sunt expeditæ cōtra stylum, tanquam de falso suspecta reijciuntur. Angel. in l. fin. C. de cano. larg. lib. 10. Butr. & Abb. in c. quod super his, de fide instru. Rom. in cons. 376. num. 12. Felyn. in c. 2. num. 16. vers. stylus Curiæ, de rescriptis. Sarnem de expectat, sub num. 58. vers. nam certum est declara, vt per Mandos. regu. 27. q. 12. num. 11. vers. pro parte vero. Sed rescripta iustitiæ; quia de facili obtineri possunt, falsæ ideo non præsumuntur, nisi probentur, sicut non præsumitur; quod de re modica dolose agatur. l. si oleum, §. fin. cum l. sequen. ff. de dolo. glos. per illum tex. in c. accedens, vbi Doct. de crimine falsi. Innoc. in c. Episcopi, de rebus Eccles. non alienan. c. penult. de crim. fals. Abb. in c. ex literis, de fide instr.

Barbat

Barbat, in rubr. Clemen. de rescriptis, col.3. Mand. reg. 33. q.11. num.7.

Nono differunt; quia rescripta gratiæ transeunt, sine contradictione, non tamen sine lectione;& transeunt per tot manus,& cum tanta maturitate; vt vix aliquid repręhensibilis vitij possint cõtinere.c.Apostolicæ. 35.q.9. c. ad audientiam. il 1. & c. cum adeo, de rescriptis. Paris.in cons.142.num.5.lib.4. Mandos.regul. 31.q.7. nu.4. Rescripta vero iustitiæ transeunt sine lectione; sed non sine contradictione. glos. in extrauag. Sedes Apostolica, in verbo iustitiam, de offic. deleg. c. veniens.de renunc.

Decimo differunt; quia rescripta iustitiæ solis in aliqua dignitate Ecclesiastica constitutis diriguntur. c.statutum, de rescriptis. in 6. & principalibus illius Ecclesię, §. sed ius quidem, instit. de iure natur. l. quęritur, ff. de statu homi. Rescripta gratiæ diriguntur illis, quibus gratia conceditur, nisi illa executorialia sint. glos.in d.extrauag.

Vndecimo differunt; quia rescripta iustitiæ pauperum, debẽt facere mentionem de patrimonio, quod habet cui conceditur, quia nondicitur pauper, qui habet sufficiens patrimonium.arg. l.nõnulli, ff. de accus.c.si pro Clericis, de præben.in 6. facit. c.tuis. c.Episcopus. & c.non liceat, de præben. c. postulasti, de rescriptis. Sed rescripta gratiæ non habent necesse facere mentionem de patrimonio illa impetrantis; quia nõ fundantur super iustitia. Io. And.& alij,in d.c.postulasti, nisi impetrans fuerit ordinatus ad titulum patrimonij, quia succedit loco beneficij: glos. in c. fin. de vita,& honest.Cleric. Doct.in c.ad audientiam, il 2. de rescriptis. Sed stylus seruat contrariũ, vt per Abb. in d. c. postulasti, & ideo, quod docet stylus seruari debet. c.quam graui, de crim. falsi.

Duodecimo differũt;quia rescripta gratiæ,tamquam ambitiosa sunt stricte interpretanda. c. quamuis, de prębend. in 6.rescripta iustitiæ secus. Gemin. ibi col.3. Doct. in c. Rodulphus,de rescriptis. Immo, & ipsa sunt

ſtricte interpretanda. Rota in nouis deciſ. 9. alias. 396. ſub num. 3. de cauſ. poſſeſs. & propr. §. interdum, inſtit. Canonica. Lancell. de collationibus. Et quod reſcripta gratię ſint ambitioſa, & ſtricte intelligenda dicit. Lapus alleg. 79. Dec. in conſ. 76. Gemin. conſ. 52. num. 4. & alij citati per Mand. reg. 32. q. 5. num. 4.

Decimotertio differunt; quia reſcripta gratię reintegra per obitum concedentis non expirant, c. ſi cui, §. 1. de præben. in 6. Rota in nouiſ. deciſ. 349. ſi Papa, deciſ. 12. de offic. deleg. Federic. in conſ. 78. caſus, & in conſ. 179. Legatus, col. 2. Calder. conſ. vlt. de offic. deleg. Reſcripta iuſtitię reintegra morte concedentis expirant. c. gratum, & c. relatum, de off. deleg. Mandoſ. reg. 10. q. 2. per totam.

Decimoquarto differunt; quia Laicus non poteſt pro ſe impetrare reſcripta gratioſa ad beneficia; quia incapax. c. cum adeo, de reſcript. c. ex literis, de tranſanct. c. 2. de inſtit. Reſcripta vero iuſtitiæ ad lites poterit impetrare, toto tit. de offic. deleg. & c. nonnulli, §. fin. de reſcrip. Hoſtien. in ſumma eod. tit. §. quis impetrare, & ibi Barba, in rubr. verſ. & de hoc nulla ſit dubitatio.

Decimoquinto differunt; quia in reſcriptis gratiæ apponitur generalis clauſula, non obſtantibus, & c. ſed in reſcriptis iuſtitię ſecus. Gemin. in c. ſi pro Clericis, col. 2. de pręben. in 6. dixi vt in dicta gloſſa.

Decimoſexto differunt; quia reſcripta iuſtitiæ expirant anno. c. ſi autem, & c. plerumque, de reſcriptis, niſi ſint intra annum pręſentata. Rota in nouis, deciſ. 3. alias. 69. ſub num. 5. de dolo, & contumac. Reſcripta gratię ſunt perpetua. l. falſo, C. de diuer. reſcript. quia decet gratiam eſſe manſuram. c. ſi cui, de pręben. in 6. c. decet, de reg. iur. in 6. niſi quis negligens fuerit. c. ſi Clericus, vbi gloſ. & Doct. de pręben. in 6. Abb. & Felyn. in c. capitulum de reſcrip.

Decimoſeptimo differunt; quia reſcripta iuſtitię nihil iuris tribuunt; ſed de iure, iam quęſito cognoſci pręcipiunt.

piunt. l. ficut, §. fed fi quęratur, ff. fi feruit. vendic. l. ex diuerfo, §.vbi,de rei vendic. Nec ideo extenduntur ad caufas futuras. Rota in nouis, decif.32. alias. 413. de procur. Refcripta gratię ius tribuunt ad rem, etiam ante factam prouifionem. c. fi cui, & c. penult. & c. fi tibi abfenti, de pręben. in 6. c. penult. & vlt. de concef. pręben. in 6. quod eft intelligendum in refcriptis Papę; quæ dant ius ad vacatura. c.2. eod. tit. c. propofuit,de concef.pręben.quod non faciunt refcripta Legati de latere; quæ nullũ ius tribuunt ad beneficia antequam vacent. Gemin.in c.fi Apoftolicę, de pręben. in 6. & in c. 1. & in c. dilectus, de pręb.

Decimo octauo differunt; quia cõfirmatio referuationis Legati, per Papam folet fieri per refcriptum gratię; non iuftitię. glof.in c.fi Apoftolicæ, in verbo confirmamus, de præben. in 6. Nam confirmatio facta in forma communi non tribuit ius nouum, nec validat. c. 1. de confirm.vtili. Si enim fieret per refcriptum iuftitię, fecundus impetrans Apoftolicus vinceret receptum à Capitulo in cuius fauorem fuit per Legatum facta referuatio,c.ei qui.& c.fi poftquam de pręben.in 6.quod eft contra tex.c.fi Apoftolicę.Contrarium tenet Io. Monachus in c. fi eum, de pręben. in 6. glof.in c. deteftanda, de concef. pręben. in 6. Gemin. in d. c. fi Apoftolicę.

Decimonono differunt; quia refcripta iuftitię non regiftrantur, refcripta gratię fic. Butr. conf. 2. num. 1. & alij citati per Mandofium regul. 31. q. 8. num. 11.

Vigefimo differunt; quia taciturnitas exceptionis peremptorię non poteft opponi contra refcripta iuftitię, in vim dilatorię. c. 1. de litis conteft. in 6. Secus contra refcripta gratię. c. cum ordinem, de refcriptis. Felyn. in c. poftulafti, col. 3. eod.

Vigefimoprimo differunt; quia difficilius expirant refcripta gratię, quam iuftitię. Felyn. in d. c. Capitulum, col.3. de refcriptis.

Vigefimofecundo differũt; quia in refcriptis iuftitię infpicitur pręfentatio quoad

hoc, vt Iudex ab eo præsentationis tempore habeat iurisdictionem, non ante; quia tacita inest conditio si præsentatur. c. vt debitus, de appellat. Rota in nouis, dec. 6. alias. 242. num. 1. de offic. deleg. Sed in rescriptis gratiæ inspicitur tempus datæ; quia in illo instanti, ius est quæsitum impetranti. c. eam te. c. constitutus, de rescript. c. cum qui, de præben. in 6. nisi adsit aliqua conditio. c. tibi qui, & c. duobus, de rescript. in 6. Bald. in c. 1. num. 18. eod.

Vigesimotertio differunt; quia in rescriptis iustitię pro eorum validitate apponitur clausula si preces veritate nitantur; vel alia æquipollens. l. fin. C. de diuer. rescript. vel subintelligitur. c. 2. de rescriptis; cum alijs allegatis per nos, in glossa statuti supra citata. In rescriptis gratiæ non est necessaria; sed sufficit concessio motu proprio. c. examinata, de Iudic. Clem. præsenti, de censibus. & Clem. 1. de pœnis, vel si ita est. l. fin. C. si contra ius. c. abbate, de verb. signif. Si ita inueneris. Felyn. in c. 2. vers. clausula si preces, de rescript. & ista tacite inest. c. bonę, de confir. vtili.

Et inspecta interpretatione, & expositione adeo differunt hęc rescripta, vt se habeant, tanquam excedentia, & excessa, secundum subiectam materiam. Abb. post. glos. in d. c. Capitulum, col. 3. de rescriptis, vt mihi reliquit, notatum D. Galganettus pater meus, in suo repertorio, & rescripta Papę interpretantur secundum ius Canonicum, non autem Ciuile. Bald. in l. si quando, de inoff. testam. & in l. 1. col. 5. C. quomodo, & quando Iudex. Bart. in l. sępe, in fine, ff. de offic. pręsidis, & est tex. in c. cum dilecta, de rescript. D. Galganettus pater meus, vbi supra. Et de rescriptis iustitię adest solemnis tractatus R.P.D. Io. Baptistæ Marchesani.

36 Rescripta, & priuilegia, nec non mandata, in multis differunt. Nam priuilegium est ius singulare, quod contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem est constitutum. l. ius singulare, ff. de legibus. c. fin. 25. q. 1. circa

circa finem; & dicuntur priuilegia quasi priuata legia, eo quod priuatam legem singulis tribuant. d. c. fin. vel melius dicuntur leges priuatorum. c. priuilegia, dist. 3. Bart. in l. 1. in fine, C. de iuris, & facti ignor. l. si contra ius, & l. fin. ff. de constit. Princ. glos. in c. 1. in verbo nascatur, de constit. in 6. vel dicitur priuilegiũ quasi lex de priuo homine lata, teste Budeo, in l. 2. ff. de origi. iuris. in annotat. Et generali significatione omne rescriptũ, quod à Principe procedit large potest priuilegium appellari. Bald. in proem. feudor. num. 18. arg. glosæ, in c. relatum, de pręben. Et primo differunt, quia priuilegium stricte interpraetatur. l. si quando, C. de inoff. testam. c. 1. & 2. de priuileg. in 6. Archid. in c. frater. 16. q. 1. Bald. in l. quæ ex relationibus, C. de legibus. Abb. in c. cum ordinẽ, de rescriptis; quod intellige, quando est contra ius commune; quia omnis recessus à cõmuni iure est odiosus. glos. in c. 1. de rescriptis, in 6. Secus est, quando est secundum ius cõmune; vel ex eo ad ius commune redditur, quia tunc est fauorabile. c. statutum, vbi glos. de pręben. in 6. Rescriptum non ita stricte interprętatur. c. 1. & c. causam, vbi Rebuff. de rescriptis facit Rota in nouis, decis. 10. alias 411. num. 1. vers. quod est verum. vt lite penden. Castr. in cons. 3. part. 1. vbi extenditur ad successores. Priuilegium vero vni datum ad alium non extenditur. l. 1. ff. de constit. princ. l. 2. C. de legibus. c. sane, vbi Abb. de priuileg. quia est stricti iuris. Nisi forte ageretur de proprietate verborum, tunc enim interpraetatio fieri debet, quatenus verborum proprietas expostulat. l. cum lege, vbi Arct. ff. de testam. Calder. cons. 1. quia verba, vbicunque apposita sint non mutant naturam significationis, licet in odiosis restringantur, & in fauorabilibus amplientur. Surd, decis. 273. num. 5. Sed si priuilegium derogat statutis, seu consuetudinibus communi iuri cõtrarijs tunc late interpraetatur Butr. in c. olim, in fine, de verb. signif. Dec. in d. c.

cum

cum ordinem, de rescriptis. Sed tamen sunt ita interpretanda, vt cõtineant aliquam gratiam contra ius; & vt aliquid addant. c. fin. circa finem. 25. q. 1. l. 1. vbi glos. ad municip. c. in his, de priuileg. Socc. in cons. 84. nu. 6. lib. 3. Barbat. cons. 44. nu. 9. lib. 2. Alciat. reg. 1. præsump. 26. Surd. in decis. 123. sub num. 10. & 11. Quod idem est in rescripto ad lites. c. Pastoralis, de appellat. In legibus. l. 3. vbi Ias. in 1. not. de iureiur. glos. in l. 1. ff. quod met. caus. In statutis. l. 2. C. de noxal. act. Bart. in l. 4. §. prętor ait, ff. de damno infec. In sententijs. c. si Papa, de priuileg. in 6. Surdus, decis. 261. num. 6. in dispensationibus. Butr. in c. at si Clerici, §. de adulterijs, col. 6. de Iudic. Ripa, in c. 1. nu. 67. eod. & in contractibus, in quibus etiã nulla dictio debet esse superfluat. l. fin. vbi Doct. ff. si cert. petat. glos. in c. solitę, in verbo tanquam de maior. glos. in l. 1. ff. quod metus causa. Bald. in rubr. C. de contrah. empt. q. 9. Anchar. in cons. 126. Corn. in cons. 191. lib. 2. Surdus, decis. 272. num. 36. decis. 9. num. 4. limit. 1. nisi interpretatio priuilegij auferret alicui ius quæsitum, tunc enim ad terminos iuris, debet reduci. d. l. si quando, C. de inoffic. testam. Felyn. in c. si causam, col. 8. Abb. in c. certificari, num. 10. de sepult. Doct. in l. ex facto, ff. de vulgar. limit. 2. nisi id verba exprimant, quod tacite intelligitur, tunc nihil operantur, c. 2. de elect. in 6. l. 3. ff. de legat. 1. c. 2. & c. ad audientiam 2. de rescriptis: glos. in Clement. 2. de priuileg. Bal. in d. c. cum ordinem, de rescript. col. 3. Dec. in cons. 216. num. 7. Beccius, in cons. 52. num. 117. l. si arrogator. ff. de adopt. l. vnum ex familia, §. 1. ff. de legat. 2. l. quæsitum, §. fin. ff. de distract. pignor. l. non recte, C. de fideiussor. Soccin. in cons. 250. num. 5. lib. 2. Surdus, in decis. 300. num. 21. Tertio declara interpretationem semper esse faciendam; vt minus lædat ius commune. c. eos, §. 1. de temp. ordi. in 6. Doct. in c. si pro debilitate, de offic. deleg. Felyn. in c. 1. col. 6. eod. c. cum dilectus, de consue-

consuetud. Rom. cons. 197. num. 2. Beccius, cons. 12. nu. 47. alios citat.

Et sublato iure non censetur sublatum priuilegium, quod iuri sublato aliquid addebat, vel erat aptum addere. c. 1. de constit. in 6. vbi Felyn. col. 7. ver. declara, & ver. sublato; quod limitat multis modis.

Secundo differunt, quia rescriptum est ad obseruantiam iuris communis. l. falso, C. de diuer. rescriptis. Priuilegium contra ius. glo. in summa 25. q. 2. & rescripta, quæ à iure ordinario discedunt nō sunt fauorabilia. Bald. in c. super literis, col. 1. de rescript. & eorum verba sunt attendenda; nec ab eis Iudex discedere debet. Surdus, decis. 175. num. 2.

Tertio differunt; quia facilius vitiatur priuilegium; quam rescriptum, & in priuilegio facilius præsumitur falsitas, quam in rescripto. Innocent. in c. Episcopi, de rebus Eccles. non alien. c. penult. de crimi. falsi. Abb. in c. ex literis, de fide instrum. Barbat, in rub. de rescript. in Clem. col. 3. & supra ver. rescripta gratiæ, & iustitiæ, vers. Octauo differunt.

Quarto priuilegium concessum personæ personam non egreditur. l. 1. ff. de constit. princ. c. priuilegium, de reg. iuris. in 6. l. cum patronus, ff. de leg. 2. l. quod contra, ff. de legibus. Secus est in rescripto. c. Rodulphus, & c. significauit, & c. si, de rescriptis. c. quia, de Iudic. vbi Doct.

Quinto differunt; quia priuilegia conceduntur cum filo sericeo; Rescripta cum filo canapis per allegata supra in verbo rescripta gratię. ver. Septimo differunt. & sic ex diuersitate styli, & ex modo dictaminis vtrumq. cognoscitur. arg. l. seruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1.

Sexto differunt; quia verba rescriptorum interpratantur secundum Leges, & Canones, verba autem priuilegiorum vtiq. nisi per talem interprętationem reddantur inutilia. c. causam, de rescrip. Bald. in rubr. eod. l. quamuis, ff. de in ius vocan. l. scire, §. sufficit, de excus. tuto. etiā si in rescriptis esset prohibita interpratatio, tamen

pro

pro subiecta materia interpraetabitur. l. si vno, §. 1. & 2. cum seq. ff. locat. l. si stipulatus de vsuris, & vnum rescriptum, aliud interpraetatur. l. vna, C. de inoffic. dot. l. rescriptum, ff. de pactis, & verba rescripti sunt potius improprianda, quam interpraetanda, vt tertio praeiudicent. c. super, de offic. deleg. Calder. in cons. 142. in fine. l. proculus, ff. de vsufr. l. insulam, ff. de praescript. verbis, & priuilegium Principis est ab ipso Principe interpraetandum. l. fin. C. de legibus, & Iurisconsultus potest eum interpraetari per rationes; & iura. l. ex facto, vbi Bald. & Ias. ff. de vulgari. Verum rescripti verba sūt iuri, & ęquitati conformanda. c. paratus. 23. q. 1. & debent interpraetatione reduci ad viam iuris d. c. causam, vbi Abb. & alij de rescript. quia vt dixi sunt stricti iuris, & debent interpretari secūdum iuris dispositionem. c. adhęc, & c. nonnulli, §. fin. de rescript. Bald. in l. vxor, C. qui accus. non poss. Alex. in cons. 97. col. 2. lib. 2. Dec. in d. c. causam, in princ. quia conceduntur ad obseruationem iuris. glos. super rubr. de rescript. Fely. in c. postulasti, eod. in 6. Dec. in cons. 209. num. 5. cum alijs allegatis per Mandos. reg. 31. q. 4. num. 10. & ideo secundum iuris naturam debent intelligi. Abb. & alij, in d. c. causam. Sed quando in rescripto nulla adest ambiguitas, nulla est de eo interpraetatio facienda, sed intelligi debet prout eius clara scriptura sonat. l. ille, aut ille, ff. de legat. 3. & Felyn. in d. c. causam.

Septimo differunt; quia priuilegium eo ipso, quod est per Principem concessum, est translatum dominium, nec aliud requiritur, nisi executio ad facti traditionem. Cleme. Auditor. de rescriptis. c. inter, de fide instru. l. bene à Zenone, C. de quad. pręscript. Bal. in proem. feud. col. vlt. Quod secus est in rescripto; vt in dictis iuribus; & alijs allegatis supra in verbo Rescripta gratiae, & iustitiae.

Octauo differunt; quia rescriptum, secundum faciens mentionē de primo, primum tollit, & speciale derogat generali,

nerali, de eo nulla facta mentione. c. 1. c. cæterum. & c. Pastoralis, de rescriptis. Priuilegium non vtiq. Doct. in c. 1. de rescript. glos. in summa. 25. q. 2. & supra in d. vers. & in glos. statuti Vrbis supra citata. & Priuilegium conceditur, vel ob meritum. l. 1. ff. de const. princ. §. sed, & quod Principi, instit. de iure natur. l. vnica, C. de professor. lib. 12. vel ratione obsequij. c. penult. 25. q. 3. vel religionis fauore, vt ibi. & c. fin. 12. q. 2. & l. sunt personæ, ff. de religios. Sed non debent concedi priuilegia; vt quem diuitem faciant, & multos in miseriam deducant; nec in multorum detrimentum. c. fin. 25. q. 1. c. sugestum de deci. Tamen conceduntur propter vtilitatem. l. ius singulare, ff. de legibus, & differt à dispensatione, quę conceditur cum causa, priuilegium vero, vt plurimum sine causa. c. non est. de voto.

Nono differunt; quia rescriptum generaliter indultum non includit casum publicæ vtilitati contrarium. l. iubemus, C. de sacrosanct. Eccles. l. fin. C. de naui non excus. lib. 12. l. nullus. 1. C. de Decur. lib. 12. & l. 1. vt nemini liceat in empt. l. si quis graui, §. vtrum, ff. ad S. C. Syllan. & quamuis non possit, quis potentiori cedere. l. 1. C. ne liceat potent. hoc non procedit, quando quis non potest aliter rem suam recuperare. Bart. in rub. eod. col. 19. & 20. cum istis potes conferre omnes differentias positas inter rescripta gratiæ, & iustititiæ. Item rescripto ad litem non potest impetrãs renunciare, Priuilegio vero potest cum distinctione, quam facit. Abbas, in c. ex con quæstione, num. 11. de restituit. spoliat.

Mandatum Principis est constitutio continens præcepta de prouincia laudabiliter regenda, & gubernanda. glos. in auth. de mand. Principum, vel per excellentiam dicitur omne Principis præceptum. glos. in rubr. C. de mand. Princ. & mandatum in genere potest dici omne rescriptum, per quod Princeps aliquid mãdat, seu præcipit. & ita potest intelligi. l. vnica, C. de mand. Princ. & c.

cum contingat, de rescriptis, & c. olim vobis, de rest. spoliat. Sed interdum accipitur in specie pro illis præceptis, quæ magistratibus ad regendas prouincias proficiscentibus Principes dabant, quæ vocabant mandata, & interdum sanctionem, §. 1. Auth. de mandat. Princ. & prima est, vt sumentes administrationem mundas seruent manus legi; & imperatori, de quibus Budeus, in l. qui libera, de lega. Dicitur etiam mandatum quædam rogatio priuati, vt, ff. & C. mandati, & est triplex. Verum quando mando alicui, vt aliquid faciat pro me, de quo, ff. &, C. mandati. Fictum quando fideiubeo pro alio præsente, & patiente; is enim mandare videtur. l. si remunerandi, §. si passus. l. qui patitur, & l. qui fide, ff. mandati, & contra istam fictionem non admittitur probatio in contrarium. glos. in l. fin. ff. quod metus causa, & supra in litera P. in verbo Præsumptio.

Figuratum mandatum vocãt Doct. dum habeo ratum gestum nomine meo, quod proprie dicitur ratihabitio de quo loquitur. tex. in c. ratihabitionem, de reg. iur. in 6. Alber. in Dictionario, in verbo mandatum. Sed omne rescriptum in genere potest dici mandatum; quia in eo aliquid forte mandatur dari, vel fieri. c. cum dilecta, de rescriptis. c. cum contingat. eod. c. 1. de offic. delegati. Felyn. & Doct. declarant differentiã inter mandatum, & præceptum. in c. eam te, de rescriptis; & vide supra Mandatum. alios citat Mandos. in regula 34. de Annali, q. 55. num. 5.

Item mandatum de prouidendo non est prouisio; quia aliud est mandatum de prouidendo, aliud est prouisio. Nam mandatum de prouidendo non dat ius in re; Prouisio vero dat. Belam, decis. 564. Sarnen. q. 1. num. 34. de non tollen. iure quæsito, & de mandat. de prouid. sub num. 132. vers. nam licet, & est tex. in c. si soli, de conces. præben. in 6. c. tibi, & c. duobus, de rescriptis, in 6. Paris. in cons. 79. nu. 3. lib. 4.

37 Rescriptum, Priuilegium, Bene-

Beneficiũ,&Mandatum differũt. Nam rescriptũ largè est interpretandũ. Rebuf. in c. 1. & c. causam, de rescript. Priuilegiũ verò strictè. l. si quando, C. de inoff. testam. c. 1. & 2. de priuil. in 6. Archid. in c. frater, 16. q. 1. Bald. in l. quæ ex relationibus, C. de legib. Panor. in c. cum ordinem, de rescript. & aliquid in continenti concedunt rescripta, & priuilegia, quod non facit mandatum, quia in eo Papa mãdat alicui Prælato, vt aliquid de aliquo prouideat. c. mandatum cum duobus sequent. de rescript. c. si Capitulo, de conces. præben. in 6. & Rebuff. in d. prax. c. de mand. Apostol. Beneficium vero, & largè, & strictè accipitur; largè compræhendit rescriptum priuilegium, & mandatum, & omne id, per quod alicui benefit. & sic omne rescriptum. Bart. & alij, in l. fin. ff. de constit. Princip. & in l. eum de beneficio, ff. ad l. falcid. & l. 1. ff. ad municipales; strictè verò dicitur Principis liberalitas, seu gratuita concessio. c. quamuis, de præben. in 6. & est gratia concessa præter ius, in quo differt à rescripto, & priuilegio, vt dicunt Doct. in c. 1. quib. mod. feud. amitt. & per Io. de Sylua, in tract. de benef. par. 1. q. 1. num. 8. vers. & sic illud. Bart. in l. beneficium, ff. de constit. Princ. Felyn. in c. ex literis, in princ. de fide instrum. ponunt differentiam rescripti, & beneficij.

38 Rescriptum, & constitutio differunt. Nam prius rescriptum posterior non tollit, nisi de ipso priore faciat specialem mentionem. Constitutio verò prima per posteriorem tollitur si nullo modo saluari potest prior; notat Hostien. in summa de constit. num. 12. vers. quod si nullo modo.

39 Res vendita, & insolutum data ex secuudo decreto, vel per interlocutoriam, vel diffinitiuam sententiam differunt. Nam post factam venditionẽ per sententiam reus nunquam auditur, secus si data esset in solutum actori. Specul. de secundo decreto, §. 2. num. 20. vers. sed quæ est differentia.

40 Res corporalis, & nomen alienatum differunt. Vide supra

supra Alienatio rei corporalis, & nominis.

41 Res, verbum, & dictio. Vide infra Verbum, Dictio, & Res.

42 Res, & bona differunt; nam rerum nomen significat magis factum, & corpus, quam ius. Bonorum nomen significat magis ius, quàm factum, & corpus. Bald. in l. omne ius, num. 2. ff. de statu homi. glos. in l. Princeps, 22. ff. de verb. signific. Tiraq. in l. si vnquam, C. de reuoc. donat. verbo bona, num. 8. Item Bonorum, & hæreditatis differentiam. Vide supra Bona, & Hæreditas. Item rerum, & bonorum possessio. Vide supra Possessio rerum, & bonorum.

43 Res iudicata, & sententia differunt. Vide infra Sententia, & res iudicata.

44 Reseruatio, inhibitio, & decretum differunt; notat remissiuè. Cassad. de decretis in reseruat, decis. 3. num. 3. fol. mihi 291.

45 Residentiæ continuæ consuetudo differt ab ea, quæ habet, quod quis non recipiat beneficiũ nisi resideat. Nam primam videtur ipso iure renunciare recipiendo secundam; quæ similiter residentiam requirit. Secundam autem non videtur renunciare, cum hoc consuetudo non habeat. Innoc. in c. Clericos, num. 2. in fin. de Cleric. non resid. quia est differentia inter consuetudinẽ, quæ arctat ad residentiã præcisè, & eam quæ causatiuè respectu præbendæ.

46 Restituere, & exhibere differunt. Plus enim est restituere, quàm exhibere, qui enim restituit dat facultatem vendendi, & vtendi, qui verò exhibet non vtique. l. plus est. 22. vbi glos. ff. de verbor. signif. vbi Odofred. Rebuff. & Alciat. latissimè.

47 Restitutionis, & Appellationis differentiam. Vide supra Appellatio, & Restitutio.

48 Restitutio in integrum, & supplicatio licet non videantur differre. Primo, quia in vtraque imploratur officium Iudicis, & eius misericordia. Rolan. cons. 38. num. 17. lib. 2. Secundo, quia in vtraque debet allegari causa si de iustitia petitur. Rolan. præd. cons. 3. quia sicut restitutio

semel

ſemel denegata non amplius implorari poteſt. l. 1. & fin. C. ſi ſæpè reſtit. poſtul. ita, & ſupplicatio. l. ſi quis aduerſus, C. de precibus Imperat. offeren. Tamen differre ſic dicendum eſſe puto, quod ſupplicatio ſumitur in genere, & in ſpecie, in genere pro omni precum oblatione, in quibus aliquid petitur à Iudice, vel Principe ex eius officio miſericordia fieri, vel non fieri, & hoc, vel quia, ita iuſtitia requirat, vel quia, & ſi de iuſtitia peti non poſſit, ex gratia tamen concedi petatur in ſpecie verò non pro omni, ſed pro ea precum oblatione, quæ ſpecialiter Principi fit non prætextu alicuius iuſtitiæ, vel iuſtæ cauſæ; ſed ex mera eius pietate, & miſericordia, quales ſunt preces illæ; quę à carceratis, vel bannitis alijs relegatis offerūtur pro gratia, vel minoritate pœnæ, vel remiſſione exilij, & ſimilibus, quæ propriè, & ſpecialiter ſupplicationes dicuntur, vt eleganter conſiderat Berous, in c. ex literis, num. 20. extra de reſtit. in integr. Rurſus etiam aduertendum eſt, quod tàm ſupplicatio in genere ſumpta, quæ dici poteſt tam gratiæ, quàm iuſtitiæ, quam ea, quæ in ſpecie dicitur ſupplicatio propriè, & quæ gratiæ ſolius eſt, quoad modum, ſiue medium, pro quo ipſis vtimur, poſſunt dici largo modo reſtitutio in integrum. Nā reſtitutio omnis per viam ſupplicationis petitur, & omnis reſtitutio hoc reſpectu erit ſupplicatio, quo verò ad id, quod petitur in ſupplicatione; dico quod in ſupplicationibus, vt plurimū aliud petitur, quam reſtitui in integrum, vel ex iuſtitia, vel ex gratia; ſed vt proxime dicebam, vel minorari pœnam, vel exilium remitti, vel abbreuiari, vel de pœna gratiam fieri, vel cauſam committi pro iuſtitia cognoſcendam, & ſimilia, & hoc reſpectu non omnis ſupplicatio erit reſtitutio. Vnde concluſio talis eſſe debet quod reſpectu modi, ſiue medij, quo petitur reſtitutio, omnis reſtitutio eſt ſupplicatio, reſpectu verò eius, quod in ſupplicatione petitur, ſi in genere accipiatur ſupplicatio pro omni eo, quod

quod petitur ex officio,& misericordia Iudicis, vel Principis fieri, vel ex iustitia, vel ex gratia eius dumtaxat, & pariter omnis restitutio est supplicatio; quia erit species supplicationis, & omni species est de genere; si verò accipiatur supplicatio in specie iuxta ea, quę supra dixi, tunc supplicatio, & restitutio specie differrent ab inuicem, sicut appellatio, & restitutio, & sicut homo, & equus, licet vtrunque in sui genere conueniant,& secundum prędicta sine contradictione, & clarè procedunt quę de supplicatione, & de restitutione in integrum dicunt Doctores, in d. c. ex literis, de restit. in integr. & in specie, quod supplicatio alia est gratię, alia iustitię, vt per Card.& Bell.ibidem, & Clarius per Cassad. in tit. de procurat.decis.1.in princ. & quod supplicatio est medium quoddam inter restitutionem, & appellationem, & de vtraq. participat,vt voluit originaliter. glos. in d.c. ex literis, in verbo supplicare,& dixit Bald.in Auth.quę supplicatio,num.3. C.de precib.Imper.offeren. cum quo transit Franc. Marc. decis. 13.num.12. & Vital. & Cęl. in tract. clausularum, in tit. nil nouari pet. rest. in integ. & quod dixit etiam Card.in d. c. ex literis, §. nos, in 4. notabili, quod scilicet supplicatio iustitiæ,siue ex iusta causa porrecta non est propriè supplicatio,sed illa propriè, in qua ex gratia, quid petitur. Idem Card. ibi,in 2. quæst.& plenè Rolan. in cós. 38. num.17. lib.2.

49 Restitutio in integrum, & Indulgentia,licet differre inter se non videantur. Primo, quia per id,quod dixit Bald. in l. liber homo, §. si hæres, ff. de hæred. instituen. vbi æquiparat. quem redijsse in ciuitatem per restitutionem, vel indulgentiam. Secundo per. §. 1. instit. quib. mod. ius patro. potest. soluitur ibi si indulgentia Principis restituti fuerint,&c. Tertio per tex. fortiorem, in l. 6. §. fin. ff. de iniust. testam. ibi si in integrum indulgentia Principis fuerit restitutus, &c. Tamen in cótrarium est text. in l.fin. C. de gener. abolit. vbi dicitur, quod indulgentia cri-

tia criminis non restituit famam. Restitutio autem in integrum hoc, & alia omnia facit, & restituit quicquid propter crimen amissum fuerat. l. 1. in fine, C. de sentent. passis. Pro concordantia sic dicendum esse puto; quod indulgentia est nomen generis, & continet sub se duas species; quarum altera retinet nomen sui generis, & dicitur indulgentia, & altera transit in suum specialem nomen, & dicitur restitutio in integrum, vt notare voluit Salycet. in l. cum, in indulgentia, in primo vers. nec obstat, C. de sentent. pass. Vnde fit, quod quandoq. indulgentia ponatur pro restitutione, vt in d. l. 6. §. fin. ff. de iniust. testam. & in d. §. 1. & idem facit Imperator in pluribus legibus, C. de sentent. passis. In specie verò in l. si Pater, & in l. fin. §. fin. ibi tantum enim proficit ad restitutionem Indulgentia, vbi glos. exponit Indulgentia. 1. integrum restitutio, & hoc venit quandò placet legislatoribus vsurpare hoc nomen indulgentiæ in genere; si verò in specie pro ea, quæ specie distinguitur à restitutione in integrum idest, quæ tantum pœnam remittit; non autem reponit omnia in pristinum statum. Tūc enim differt omninò à restitutione, vt tradunt omnes, in d. l. fin. C. de senten. pass. & est tex. in l. 4. 5. 6. 7. & 8. C. eod. vbi hoc est expressum, & habet exempla huius declarationis in adoptione, iurisdictione, & cognatione.

50 Restitutio in integrum, & reductio ad arbitrium boni viri differunt in eo, in quo differunt appellatio, & restitutio, cum reductio ad arbitrium boni viri sit rescissio sententiæ arbitralis pro parte, in qua arbiter excessit modum, sicut etiam appellatio est rescissio sententiæ, & vtraque prætextu iniustitiæ. l. prefecti, ff. de minoribus, Bald. cons. 465. num. 3. lib. 1. Item differunt; quia is, qui per sententiam suam læsit. Idem potest restituere, non enim qui arbitrio suo læsit, potest arbitrium suum moderari, vt inquit Federic. de Senis, in cons. 285. col. 2. vers. vel dato, qui addit, & aliam differentiam, quod scilicet

ticet restitutio in integrum intra quadriennium expirat; Reductio verò ad arbitrium boni viri non prius,quàm spatio 30. annorum, vt per Federic. præalleg.

51 Restitutio, & quærela differunt, vt notat Federic. de Senis, in cons. 285. col. 2. in eo, in quo species differt à genere. Quærela enim nomen generis est, & continet sub se appellationem, reductionem, obiectum nullitatis, restitutionem in integrum, & quamlibet reclamationē ad factum alicuius, & potissimè Iudicis, vel aduersarij, & quod proptèrea tamquam nomen generis ponatur etiam pro restitutione in integrum est text. sing. in l. si præses, §. Marcellus, vbi notat Fulgos. quòd appellatione quærelę venit restitutio in integrum, ff. de iudicijs.

52 Reuocare, & absoluere. Vide supra Absoluere, & Reuocare.

53 Rogo,& mando differunt. c. ex ore de ijs, quæ fiunt à maio.

54 Rumor,& notorium,& fama differunt. Nam rumor est, quandò aliqua pars viciniç vnum dicit. Fama est, quandò tota Ciuitas dicit, siue clamat, vel clarius. Rumor est particularis assertio ex incerto Authore ex sola suspitione proueniens,& minus probat,quàm fama,quia est communis viciniç acclamatio. Rumor verò cum pauci aliquid non tamen publicè dicunt. Archid. 25. q. 6. c. si duo,& probat, ibi, nu. 5. sed quia recipit probationē in contrariū minus est,quàm notorium, qui est quod omnibus constare potest,& nullo colore offuscatur, nullaq. indiget probatione. l. Ciues, C. de appell. & supra Notorium, & manifestum, & ideò plus est rumore, & fama, fama plus rumore; sed minus notorio. Rumor verò minus, & fama, & notorio per supradicta; & vide supra Fama, Rumor, & Clamor.

55 Rusticum mancipium differt à Colono. §. nunc ergò nos, vers. vult enim auth. de non alienan.

56 Ruta, & Cęsa differunt. l. in vendendo, §. fin. ff. de contrah. empt. & l. fundi, §. si ruta, ff. de emptio. & l. etiam

etiam rutis aliàs conquærebatur, §. 1. ff. eod.

S

1 SACRA à sanctis,& religiosis differunt. l. 1. ff. de rer. diuis. l. 24. §. 1. ff. de rei vendic. l. 14. in fin. ff. de seruit. l. 84. §. sacrum, ff. de verb. obl.& l. 17. ff. de verb. signif. Nam, vt Festus, lib. 6. scribit sacrum est, quod Deo consecratum est, sanctum, vt murus, qui circa oppidum est. Religiosum, vt sepulchrum, vbi corpus humatum est; Nostri sacras res esse aiunt, quæ publice sunt consecratæ, idest à Principe, vel ab eo, cui Princeps dedicãdi dedit potestatem; Quod verò sibi sacrum quis constituerit, id sacrum non est, sed prophanũ. l. 1. §. sacræ res, & l. 9. ff. de rer. diuis. l. vlt. ff. vt in poss. legat.

2 Sacrarij, & loci sacri differentiam. Vide supra locus sacer, & sacrarium.

3 Sacrificare,& litare differunt. Sacrificare enim est veniam petere, litare est propitiare,& votum impetrare. Virg. Aeneid. lib. 4.

Tu modo posce Deos veniam sacrisq. litatis, idest impetratis. Plautus Pænulo. *si Hercle istud vnquam factum est, tum me Iuppiter faciat, vt semper sacrificem, neque vnquam litem.*

4 Satisdare,& cauere differunt. Nam qui datis fideiussoribus, & sponsoribus promittit satisdare dicitur. Qui verò promittit sine fideiussoribus dicitur cauere. l. 2. §. 6. ff. de iudi. & l. 2. §. sed vtrum, ff. eod. & l. 5. & pen. ff. de pet. hæred. & l. 1. ff. de ripa munien.

5 Scientia differt à consensu. l. in delictis, ff. ad l. Aquil. & l. Sabinus, ff. commun. diuid.

6 Scius, & conscius differunt. Nam scius secum. conscius cum alio scius est, licet conscium indifferenter positum legimus.

7 Scriptura publica, & priuata differunt, vt notat Afflict. decis. 272. num. 3. & 4.

8 Scriptura, & pictura differt; quia pictura magis ad

rerũ verarum naturaliumq. similitudinem accommodatur vt eas oculis tamquam præsentes offerat. Scriptura verò satis habet si alterius animi cogitata nobis declaret, & nobiscum, tamquam viuo sermone colloquatur.

9 Secare, & cædere differunt: quia cædimus ictibus; secamus verò ferris, non cædimus. Cuiac. lib,9.c.12.

10 Sempiternum differt ab æterno; quia æternum est, quod nõ habuit principium, nec habebit finem.

11. Sensus, & sensa differunt; sensus enim sunt, qui sentiũt; sensa quæ sentiuntur. Cicero de Oratore, *Et quod exprimere dicendo sensa possumus; Nam primum manifestum est, & sapere nos cum incitatio sit, vel sensus*.

12 Sententia alia est diffinitiua, alia interlocutoria, & diffinitiua est diffinitio iudicialis controuersiæ finem imponens, continens absolutionem, vel condemnationem. Specul. de sentent. prolat. §. 1. Abb. in rub. de re iud. col. penult. & est dicta à sentiendo, ex eo quia Iudex iudicat secundum quod sentit. l. sicuti, §. sed si quæratur, ff. si ser. vindic. Interlocutoria est sententia Iudicis, quæ fertur inter principium, & finem causæ super aliquo incidenti, vel emergenti; vt notat glos. in Clemen. 1. in verbo diffinitiua, de sequæstr. possess. & fruct. Specul. vbi supra, §. 2. in princ. Alex. in rubr. de re iudic. col. 2. dicit quod omnis vox Iudicis faciens ad causam, dicitur interlocutoria; idem dicit Bal. in l. arbitrio, ff. qui satisdat. cogan. Ang. in l. ex stipulatione, C. de sentent. & est tex. in c. significationibus, de off. deleg. & in c. significauerunt de testibus. Et inter se differunt in multis; & primo quia diffinitiua diffinit negocium principale, quod principaliter in iudicium deductum fuit condemnando, vel absoluendo. l. præses, C. de sentent. l. 1. ff. de reiudic. Specul. vbi supra, d. §. 2. vers. diffinitiua. Interlocutoria vero non tangit negocium principale, sed diffinit aliquod emergens in iudicio. Anan. in cons. 114. & 115. & Alex. in rubr. ff. de reiudic.

Secun-

Secundo differunt; quia cõdemnatus per sententiam diffinitiuam in aliquo crimine famoso efficitur infamis. l. 1. §. qui in iudicio, ff. de his, qui notant infam. l. infamem, ff. de publ. iudic. Corne. in conf. 55. col. 2. lib. 4. Sed per interlocutoriam nũquam quis efficitur infamis. Alex. in l. sæpe, col. 20. ff. de reiudic. glos. in l. quid ergo, §. quantum, ff. de his, qui notan. infam.

Tertio differunt; quia in dubio appellatione sententiæ in statuto, vel alia materia intelligitur solum de diffinitiua; non de interlocutoria, nisi aliud appareat. Alex. in rub. ff. de reiudic. in princ. & in l. quod iussit, in princ. eod. Felyn. in rubr. de reiudic. col. 5. nisi essemus in materia indifferenti, quia tunc venit etiam interlocutoria. Alex. in conf. 50. col. penult. lib. 2. Abb. in c. causam, de offic. delegat. Dec. in c. super eo, il 2. de appellat. Contrarium potest probari, in l. meminerit, C. vnde vi, vbi sententia pro monitione accipitur, §. penult. instit. quibus alien. licet, vel non, vbi ponitur pro decreto; & ratio est, quia sententia dicitur à sentiendo, & sensus prædicatur de vtraque. Lucas de Penna, in rubr. C. de his, qui contra testes, lib. 12. Guliel. Ponta. in rubr. ff. de reiudic. num. 9. & non obstat l. 1. §. biduum; vbi glos. quia loquitur in plurali, & sic verificatur in vtraque, quia non contentatur de vno.

Quarto differunt; quia à sententia diffinitiua; sola appellatio suspendit executionem absq. inhibitione Iudicis appellationis; Sed ab interlocutoria, de iure Ciuili non appellatur. l. 2. ff. de appell. recip. & si appellatur non suspenditur executio ante inhibitionem. c. non solum de appellat. in 6.

Quinto differunt, quia sententia diffinitiua postquã est lata per Iudicem non potest illam amplius reuocare, quia functus est officio suo. l. Iudex postquam, ff. de reiudic. l. 1. C. sentent. rescin. non posse. l. 1. §. fin. ff. de de questio. l. moris est, 9. §. istæ, ff. de pœnis. l. ea quæ. 3. C. comminatio. l. acta. 45. §. de amplianda, ff. de

reiudic. Sed interlocutoria potest reuocari quandocunque per Iudicem ante diffinitiuam, & quoad eum nunquam transit in rem iudicatam. l. quod iussit, & ibi Bart. & Alex. ff. de reiudic. c. cum cessante, de appellat. glos. in c. fin. de appell. in 6. vt etiam in calculo ferendæ diffinitiuę possit illam reuocare corrigere, & emendare. Dec. in cons. 83. col. penult. Card. in Clemen. sępe, §. & quia, in 7. notab. de verb. signif. limita nisi aliquid esset petitum officio Iudicis nobili, & super eo diffinitiuè pronunciatum; tunc eodem officio nobili potest reuocari. Bart. in l. 2. §. final. ff. de potest. Alex. in d. l. Iudex postquã, col. 1. ff. de reiudic. vbi dat alias limitationes. l. actorum. 46. ff. de reiudic. l. Paulus. 42. ff. eod. l. 2. §. sed nec sit, C. de sentent. ex breuicu. Et interlocutoria per alias duas sententias confirmata, non potest à Iudice interloquente reuocari. Phil. in c. directe, col. 3. in fine, de appellat. alias differẽtias collige ex dictis. Alex. & aliorum, in d. l. quod iussit; & in dicto cap. cum cessante.

Sexto differunt, quia diffinitiua potest in causa appellationis iustificari ex eisdẽ, & nouis probationibus; sed interlocutoria secus; quia ex eisdẽ solis iustificatur. Card. in Clem. appellanti. de appellat. Bart. in l. 3. ff de appell. recip. Afflict. decis. 79. & in l. per hanc, C. de temp. ad appell.

Septimo differunt, quia diffinitiua non potest ferri, nisi parte citata alias non valet. Card. in Clem. 2. §. denique, de reiudic. Innocen. in c. dudum, il 2. de elect. per regulam, l. de vno quoq. ff. de reiudic. Duen. reg. 92. lib. 1. Soccin. reg. 185. Sed interlocutoria peteſt ferri, & valet etiam, sine citatione partis. glos. in l. nec quidquam, §. vbi decretum, ff. de offic. proconſ. glos. in l. diem proferre, ff. de arbitr. & in l. recusare, ff. ad Trebell. Crauetta, in cons. 279. num. 10. & in cons. 133. col. 4. Intellige tamen, quando interlocutoria esset leuis prędiudicij, alias est necessaria citatio. Bart. Imol. & Doctor. in l. si opus, ff. de oper. noui nunc.

Bart.

Bart. in d. §. vbi decretum, vbi etiam. Iaſ. col. 5. & 6. vbi declarat quando ſit modici; & magni præiudicij; ita Crauetta, in d.conſ. 173. num. 10. Menoch.de recup. remed. 6. num. 87.

Octauo differunt; quia ſententia diffinitiua non valet niſi feratur in ſcriptis, & recitetur. l. fin. C. de ſent. ex breuilo. recit. vbi Bart. & Doct. Specul. de ſentent. §. iuxta, col. 4. verſ. non valet etiam. Sed interlocutoria poteſt ferri ſine ſcriptis, ſed debet poſtea in ſcriptis redigi, vt appareat ex actis. gloſ. in c. quoniam contra, in verbo interlocutiones, de probat. Specul. d. §. iuxta, col. 5. verſ. quid de interlocutoria. gloſ. in l. 2. ff. de appellat. recip. Bart. in d. §. vbi Decretum. gloſ. in c. fin. de reiudic. in 6. Bal. in l. hac conſultiſſima, C. qui teſta. fac. poſſ.

Nono differunt; quia ab interlocutoria ſemper eſt appellandum in ſcriptis, & cum expreſſione cauſarum grauaminis, alias non valet. c. cordi nobis, de appellat. in 6. Bart. in l. 4. ff. de appellat. recip. Secus à diffinitiua; quia ab ea ſtatim viua voce, & ſine expreſſione cauſæ poteſt appellari, poſtea vero infra decem dies debet appellari in ſcriptis. Bart. & Imol. in l. 1. §. libelli, ff. de appell.

Decimo differunt; quia condemnatio pœnalis facta per diffinitiuam durat perpetuo; ſed facta per interlocutoriam durat duranre officio interloquentis. Felyn. in c. ex literis, col. 10. verb. cęterum, de conſtitut. per l. fin. ff. de pœnis. l. fin. §. fin. C. de modo mulctarum.

Vndecimo differunt; quia in ſententia diffinitiua requiritur ordo iudiciarius, de quo. in l. probatam, C. de ſentent. & in l. 1. & 2. C. de ſentent. ex breui recit. Sed interlocutoria, talem ordinem non requirit. Ang. in conſ. 114. & in conſ. 115.

Duodecimo differũt; quia Iudex poſtquam pronunciauit, non poteſt ſententiam diffinitiuam circa principale negocium corrigere, nec aliquid addere, vel minuere; ſecus eſt in interlocutoria. Alex. in conſ. 119. lib. 3. col. 2. idem Alex. & Doct. in l.

Paulus,

Paulus, la 1. ff. de reiudic.

Decimotertio differunt; quia diffinitiua producit actionem in factum. l. miles, §. iudicati; & ibi Alex. & Doct. ff. de reiudic. Sed interlocutoria non habens vim diffinitiuæ, nullam producit actionem. Alex. in l. 1. §. fin. col. 1. ff. si quis, ius dicen. non obtemper.

13 Sententia, & decretum. Vide supra Decretum, & Sententia.

14 Sententia diffinitiua, & interlocutoria differunt. Spec. de sentent. & quę ipsam, §. 2. per totum, & vide glos. ad statutum Vrbis, c. 171. lib. 1.

15 Sententia hominis, & legis differunt; vt notant DD. coram Cassad. remissiue decis. 4. num. 7. de locato, & conducto, fol. mihi 401. & Rota in nouis de restit. spoliatorum, decis. 3. alias 16. sub num. 5. in addit.

16 Sententia iuris, & hominis differunt. Nam sententia iuris expectat probationes post se, per quas declaretur aliquem incidisse in eam, & ideò si per hoc causæ cognitio adhibetur; sententia autem hominis non expectat probationes post se; quia ipsæ eam præcedunt, & ideò cùm sententia iuris, quantum ad nos pendeat ex probandis, licet in se non pendeat non impedit restitutionem spoliati; sententia autem hominis cum ex probandis non pendeat; sed iusta appareat ex probatis impedit restitutionem, quam iam probata non probanda impediunt. Rota in nouis de restit. spoliat. decis. 3. alias 16. sub num. 5. vers. sed in hoc est differentia.

17 Sententia, & res iudicata differunt; nam per sententiam res definitur; per rem iudicatam exequitur; Item sententia per appellationem potest suspendi. c. veniens, de iureiurand. vel extingui. l. 1. in fin. ff. ad Turpill. Res iudicata non vtique. l. miles, §. qui iudicati, ff. de excep. reiud. & C. eod. & l. à Diuo Pio, ff. de reiudic. & per totum tit. ff. de reiud.

18 Sepum, & vnguentum hanc habent diuersitatem; quia sepum fit ex adipe ruminantium. Lucillius Satyr. lib. 4. *Tisiphone te pulmonibus adirem vnguentum excoctum attuli*

attuli Eumenidibus sactisi-ma Erinnis.

19 Sequestrum, & depositum differunt; quia depositarius ad hoc præcisè tenetur, vt depositori rem restituat, tenetur etiam maximam diligentiam adhibere; sed sequester neutri litigantium tenetur præcisè rem restituere, sed indeterminatè illi, qui vicerit Oldendorpius, item licèt deponere, tàm vnus, quàm plures possint attamen apud sequestrum, non nisi plures deponere solent, nam tunc id fit cùm aliqua res in iudicium deducitur, vnus autem secũ non cõtrouertitur.

Item in sequestro, vnusquisque insolidũ videtur deposuisse, sed cum plures cõmunem rem simpliciter deponunt, quilibet pro sua parte censetur deponere. Item rei depositæ proprietas, & possessio est apud deponentem. In sequestrum autem aliquandò possessio transfertur vt is custodiendo possideat. Id enim agitur ea depositione, vt neutrius possessionis id tempus procedat l. licet, ff. deposit. A sequestro autem sequestratoria actio vocatur. l. si in Asia, §. cùm in sequestro, ff. eod.

20 Series, & ordo. Vide Ordo à serie.

21 Seruitus itineris, actus, & viæ differunt. Nam iter quo quis pedes, vel eques commeare potest. Actus verò, vbi, & armenta trahicere, & vehiculum ducere liceat via, iter, & actum in se continet. Instit. de seruit. præd. §. iter est ius; item actus iter in se continet. d. §. & l. 1. §. 1. ff. de seruit. rusti. præd. & l. qui Sella. 7. eod. & l. inter. 12. eod. & l. paries. 17. ff. de verb. signif. & l. quantũ. 157. vbi Alciat. n. 3. eod.

22 Seruitus luminum, vel ne luminibus officiatur differunt. Nam luminum seruitute cõstituta id acquisitum videtur, vt vicinus lumina nostra excipiat, cùm autem seruitus imponitur, ne luminibus officiatur hoc maxime adest, videmur ne ius sit vicino inuitis nobis altius ædificare, atque ita minuere lumina ædificiorum nostrorum. l. luminum, ff. de seruit. vrb. præd. & l. lumen is, eod.

23 Seruitus luminũ, & ne pro-

ſpectui officiatur differunt? Nā plus habet quis in proſpectu, ne quid ſcilicet officiatur ad gratiorē proſpectum, & liberum, in luminibus autem, ne lumina cuiuſquam obſcuriora fiant. l. inter ſeruitutes. 14. ff. de ſerui. vrb. præd. Item proſpectus etiam ex inferioribus locis eſt, lumen verò ex inferiore loco eſſe non poteſt. l. lumen, §. intereſt, ff. eod. Item proſpectui quæ ſunt obſtatura fieri non poſſunt. l. ædificia, 11. ff. eod. Odofred. in l. inter ſeruitutem.

24 Seruitus prædialis, & perſonalis differunt. Nam prædiales locari nō poſſunt; ſed vendi. Perſonales verò locari, & obligari poſſunt. Hoſtien. in ſumm. de locato, & conduct. num. 6. verſ. ſeruitutes autem prædiales.

25 Seruitus tigni immittendi, & oneris ferendi differūt. Nam illa locū habet ad hoc ſolum, vt tigna ſuſcipiat. Hęc verò etiam compellit vicinum, vt parietem reficiat pro onere ſuperioris ferendo. l. ſicut. 8. §. diſtant, ff. ſi ſeruit. vindi.

26 Seruitus vrbana, & ruſtica differunt. Nam ſeruitus vrbana alteri nō poteſt obligari; Ruſtica verò poteſt. l. is, qui, §. iura, ff. de pignoribus. Item vna poteſt pignori dari, altera non, vt latè tradit. Conan. in c. 14. n. 1. & 4. lib. 4. de qua re non nulla dixit. Bart. in d. §. iura, num. 1. & in l. 1. num. 5. ff. de vſufruct. legat. & ratio eſt, quia in vrbanis nulla conſideratur vtilitas patientis, in ruſticus ſecus, & videatur. Connan. vbi ſupra.

27 Seruitutes ruſticæ differunt inter ſe, quædam enim nullum opus requirunt; ſed ſtatim ipſis vti poſſumus; vt viæ, itineris, actus aquę hauſtus pecoris appulſus; quibus conſtitutis ſtatim naturaliter frui, hoc eſt vehere, ire, agere, & haurire in alieno poſſumus, ideò ſtatim currit contra non vtentem pręſcriptio.

Aliæ verò opus aliquod hominis manu factum deſiderant, nec ſine eo ſuum conſequuntur effectum, vt aquęductus, qui nullius eſſe poteſt, niſi auterius conſtituatur quo ducatur, & defluat, & in his tunc demum incipit

vſuca-

vsucapio, cùm illud opus factum est, non antea, quia quod non dum est, non præscribitur.

28 Signum differt à sacrificio, & sacramento. c. sacrificium, & c. signum, de const. dist. 11.

29 Si, & cùm differunt; quia primo si denotat principaliter conditionem. Secundariò tempus; quia nulla conditio est, quę in se nō habeat tempus futurum. glos. in l. 1. in verb. conditio, & ibi Bart. num. 1. & 5. ff. de cond. & demonstr. Cùm verò denotat principaliter tempus, est enim aduerbium temporis; secundario conditionem. l. si Titio, ff. quando dies, legat. ced. & l. si quis legata, ff. de cond. & demonstr Bart. in d. l. 1. num. 9. eod. & in tract. meo, de conditionibus, par. 1. c. 89. num. 1. & 2. & par. 2. q. 1. & 2.

Secundo differunt, quando apponuntur circa substantiam obligationis, vel circa voluntatem, quæ exprimitur per verbū futuri subiunctiui, nam illa stipulatio, promittit si voluero non valet. Secus si cum voluero. l. centesimis, §. fin. ff. de verbor. oblig.

Tertio differunt; quia si promittis mihi, vel legas centum cùm petiero, non facit cōditionem. l. si decem, cùm petiero, ff. de verb. oblig. & l. titia, ff. de cond. & demon. secus si promittis, vel legas centum si petiero. d. l. si decem.

Quarto differunt; quia dictio si siue apponatur circa dispositionem, siue circa executionē facit dispositionem conditionalem. l. quibus diebus, §. quidam titio, ff. de cond. & demon. sed dictio cùm, facit dispositionem conditionalem, si apponitur circa dispositionem. Secus si circa executionem. l. si cui, ff. de legat. 1. & l. ea lis, C. quand. dies legat. ced quod verum est dedictione si in vltimis voluntatibus. d. §. quidam titio, & notant ibi glos. & Doctor. secus in contractibus, quia tunc non facit dispositionem conditionalē; sed sub conditione resoluendam. l. 2. & ibi glos. ff. de in diem adiect. Item quod dicitur de dictione cùm est verum si per cùm adijciatur cir

ca executionem tempus certum,& euentus certæ ætatis. Secus si incertum. l. Seius saturnius, ff. ad Trebell. Bart. in l. si cui, ff. de legat. 2. & in d. l. 1. num. 9.

Quinto differunt; quia si expressam, cùm verò tacitam conditionem inducunt. de si facit. l. si titio, ff. quando dies legat. ced. & Bart. in d. l. 1. num. 7. De cùm facit. l. conditiones extrinsecus, ff. eod. vbi Bart. & in d. l. 1. num. 9. in fin. eod. & in dicto meo tract. vbi supra.

30 Simpliciter prohibita alienatio, & in certam personam differre. Vide supra Alienatio simpliciter fieri prohibita.

31 Si quis omissa causa testamenti edictum; & edictum, vnde liberi differre. Vide supra Edictum si quis omissa causa testamenti.

32 Socius, & particeps sociecietatis differunt. Nam socius agit contra sociales debitores, & à socialibus creditoribus conuenitur Doct. in l. socius, ff. si cert. pet. Particeps verò non agit, nec cõuenitur facit. l. & quicquid iunctis duobus sequen. ff. pro socio. Item socius administrationi formã dare potest, particeps non vtique, sed omnes socios obligatos habet. Ianuen. decis. 39. num. 9. per totum.

33 Soli, & superficiei conductio, & emphyteusis differt. Vide supra conductio, & emphyteusis soli, & superficiei.

34 Soluere, & satisfacere, tamquã differentia separantur. l. quod vendidi. 19. ff. de contrahen. empt. soluit enim propriè, qui precium numerat; satisfacit verò qui pignus, vel expromissorem, vel fideiussorem prębet. l. solutione, ff. de verbor. signif. l. 4. §. 1. ff. de reiud. l. 6. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. l. promissor. 21. §. 2. ff. de constit. pecun.

35 Soluere, & promittere differunt. l. socius pro filia, in fine, ff. pro socio.

36 Sophus, & sophista differunt; sophus enim sapiens est; sophista verò est sapientis simia, & qui argutijs insanit, & non tàm esse doctus, quàm videri studet.

37 Sortilegium est ars diuinandi, & differt à Prophetia; quia prophetia accipitur in bono,

bono, & fit gratis. Sortilegium verò in malo,& fit communiter pro pecunia. c. duces. 1. q. 1. alias Iudices, & c. sane.

38 Specialiter, & singulariter exprimere differũt. Alex. cons. 189. incip. Viso statuto, num. 9. in fin. lib. 7.

39 Specialis,& generalis actio differt. Vide supra Actiones generales, & speciales.

40 Specula,& speculum sicut genere, ita significatione differunt; Nam specula despicientiam significat. Virgil. lib. 10. atque

Leò specula cum vidit ab alta Stare procul campis meditantem prælia Taurum:

Speculum quo imago redditur. Cicero in Clodium,& in Curionem; *sed credo postquam tibi speculum allatum est longè te à pulcris abesse sensisti*. Varr. Eumenidibus; *sed nos simus, atque in summam speculam peruenimus videmus populum futuris incinctum tribus*. Sunt, & specularia quibus lumen transmittitur, & sol admittitur in ædes, vt fit per vitreamina, & cartacea. l. 12. §. specularia, ff. de fund. instr. l. 9. §. 1. ff. quod vi, aut clam. Martial. Epigram. lib. 8.

Hybernis obiecta notis specularia puros
Admittunt soles, & sine luce diem.

Seneca lib. 13. Epist. inquit. *Quanta nunc aliquis rusticitatis damnet scipsonem, quod non in caldarium suum latis specularibus diem admiserat*. Idem lib. 14. Epistol. *Quædam nostra memoria prodijsse scimus, vt speculariorũ vsum pro lucente testâ clarum transmittentium lumen. Muniebantur verò his specularibus hyeme cenationes,& dietæ aduersus ventorum, imbriumq; vim, atque ita venti his excludebantur, vt tantum lumen habitantibus transfunderent. Fiebant verò hæc ex lapide quodam, quem Hispania dabat, qui vitri modo perlucidus in quamlibet tenues crustas findebatur:* vt Plin. 36. c. 22. & lib. 3. c. 3. ostendit. Specularij in l. vlt. ff. de iure immunit.

Specularia affixa Domus partem esse censuit. Vlpian. in l. sed, & si, ff. de vsufruct. Alciat. in l. sceuola respondit, ff. de verb. signif. l. quæ-

situm, §. si Domus, ff. de fundo instr.

Specus locus est, ex quo despicitur, vnde, & specula dicta. l. 1. §. specus ff. de riuis, ex quibus apparet per specum plerumque aquā veteres dixisse, quod tum necesse erat fieri, vt ex Vitruuii, lib. 8. c. 7 constat cum medij montes erant inter menia, & caput fontis; Itaq. non male. Vlpian. à despiciendo specum dictum putat, quod specus locus esset vndique apertus, & in profunditatē demersus.

41 Spes à fide differt; quia illa de præteritis, hæc de futuris, illa de bonis, & malis, ista de bonis tantum, vtraque tamen de inuisibilibus oritur ex diuina largitate, & abundantia meritorum. Io. Franc. Pacun. in tract. de visitationibus, quæst. 10. 2. partis, num. 47.

42 Spiritus differt ab Anima. l. rerum mixtura, ff. de vsucapio.

43 Sponsio à sacramento differt; quia in sacramentis disponebantur in sacro pecuniæ, & qui causa cædebat pecuniæ eius referebantur in ærarium; At in sponsionibus non deponebantur, sed tantum interposita stipulatione promittebantur.

44 Spontè confessus, & voluntariè differunt; nam confessus in tortura non potest dici spontè confessus, voluntariè sic notat Afflict. ex Bal. in feudis de pace iur. firm. c. vnico, §. item sacramenta tertio nos, num. 16. & 17. & Bald. in §. iniuria, ibi, n. 17.

45 Statua ab imagine differt, C. de statuis, & imagin. vbi glos. super rubr. & per totum.

46 Statuere contra ius Ecclesiæ, & contra libertatem Clericorum, vel Ecclesiarum differunt, nam licet neutrum valeat. c. Ecclesia S. Mariæ, de constit. vbi Bald. Plus punitur, qui statuit contra libertatem, quàm qui contra ius. Bald. in c. constituto, num. 2. de constit.

Statuere, seu de nouo inducere aliud est, & aliud est iurislatorem respondere. glos. in verb. respondemus. c. fin. de verb. signif. in 6. Corne. in l. generaliter, §. cum autem, num. 3. vers. & aliud, C. de instit. & substit.

47 Stipulatio, & verborum obli-

obligatio differunt; quia inter ipsas est eadem differentia, quæ inter causam,& effectum. Stipulatio enim est ipsa verborum conceptio,ex qua efficitur, & nascitur illa obligatio verborum, nempe stipulationis effectum, cuius est causa stipulatio. l. 1. §. stipulatio,ff. de verbor. oblig. §. verbis obligatio, instit. eod. l. 1. §. verbis, ff. de actio. & oblig. l. obligationum 51. §. verbi, ff. eod.

48 Stipulatio certa,& incerta differũt,vt notat,& exemplificat. Petrus de Bellapertic. in l. stipulatio ista. 38. §. inter certam, num. 1. in fine, & num. 2. ff. de verbor. oblig.

49 Stipulatio ante Kalendas, & Kalendis differunt; nã ante Kalendas, vbi stipulatur, Doctores dicunt, quod iniquum est, quod tempus debeat sequi; verum secundum Petrum de Bellapertica, idẽ est quãtum ad tempus, quia nunquam ante diem potest exigi inuitus debitor, ita in l. eum, qui. 56. §. qui ita, num. 3. & 4. ff. de verbor. obligat.

50 Stipulatio conuentionalis, & Prætoria differre inter se est constitutum. Nam conuentionalis de partium voluntate interponitur, quia nemo inuitus compellitur. l. nec emere, C. de iure deliberan. l. iumentum, C. de contrah. empt. Prætoria verò ab inuito interponitur, vt si quis vendat rẽ, necesse habet promittere de euictione, & ideò potest addi, vt ab inuitis interponatur, vt concludebat docẽdo Petrus de Bellapertica, in l. in conuentionalibus. 52. num. 4. per totum, ff. de verborum obligat.

51 Stylus,obseruantia,& cõsuetudo differunt, notant Ianuen. remissiuè, decis. 6. numer. 19.

52 Stricti iuris, & bonæ fidei actionis differentiam. Vide supra Bonæ fidei, & stricti iuris actiones.

53 Studiosè moram facere, aliud est, quam pro commodatibus suis rei suæ differre. l. Thais, §. huius, ff. de fideicomm. liber.

54 Stupri, & adulterij differentiam. Vide supra Adulterium, & Stuprum.

55 Substitutionũ plures sunt species

species. Nam alia est vulgaris; quæ sic dicitur quia à quolibet,& cuilibet fieri potest. Bart. in l. 1. in princ. ff. de vulgari, & ita secundum Imolam, ibi, potest definiri. Vulgaris substitutio est substitutio directa; quæ à quolibet, & cuilibet fieri potest, nihil habẽs specialitatis; vbi etiam Ias. num. 13. Aret. in §. potest, num. 7. instit. eod. tit. & Missingerius, & est triplex; expræssa scilicet, tacita, & mixta hoc est partim expræssa, & partim tacita. Bart. in d. l. 1. num. 6. & omnes alij post eum. Aret. & Missing. vbi supra.

Rursus exprẹssa est triplex in genere, in specie, & in indiuiduo; sicut enim dicimus expræssum in genere. l. fin. vbi Doct. C. quod cum eo; expræssum in specie. l. 1. §. si inter filium, ff. de fals. clem. fin. de offic. ordin. Abb. in c. ad aures, num. 6. de rescript. & expræssum in indiuiduo. l. quod in rerum, §. fin. vbi glos. ff. de legatis, 1. c. procurator, de elect. in 6. ita dicimus vulgarem expræssam in genere, in specie, & in indiuiduo. Aret. vbi supra, n. 8.

Expræssa, in genere dicitur illa; quæ sub reciproca; vel compendiosa continetur; nam illa verba vos inuicem substituto, sub sui generalitate continent; & si quis ex vobis hæres non erit, alter hæres esto; non enim potest specialiter dici expræssa, quia eadem illa verba pariformiter conueniunt pupillari. d. l. fin. vbi Doct. Aret. vbi supra, d. num. 8. Ias. in d. l. 1. num. 21. Ripa, num. 79. & differunt in multis, vt datur videre apud præallegatos Doct. & inter cætera vulgaris expræssa in genere non continet tacitam pupillarem: expræsla in specie sic. l. iam hoc iure, ff. de vulg.

Expræssa in specie est quę verbis specialibus; & proprie conuenientibus soli casui ipsius vulgaris, vt Titius hæres esto, & si titius hæres non erit Sempronius hæres esto. §. 1. instit. de vulgari. l. 1. ff. eod. & vbique Doct.

Expressa in iudiuiduo, singulariter, siue nominatim est ea quæ fit verbis continentibus alterum tantum illorum duorum casuum, in quibus verificari potest vulgaris, vi-

ris, videlicet impotentiæ; & nolũtatis; vt si dictum sit, & hæres esse non potuerit substituo Titium; vel si vtrumq. singularem casum expræsserit testator; quia dixerit, si noluerit; vel si non potuerit hæres esse. l. cum proponas, C. de hæred. instit. & l. fin. C. de instit. & substit. Aret. vbi supra, sub num. 8.

Tacita autem vulgaris est; quæ sub expræssa pupillari continetur, adeò vt super illis verbis; & si hæres erit, & impubes decesserit cõtineatur quoque casus vulgaris si hæres non erit. secundum Bart. & omnes alios, in d. L. 1. ff. de vulg. vbi Ias. num. 20. Ripa, num. 80. & probatur, in l. iam hoc iure, ff. eod. & facit. l. sicut, certi, C. de milit. testamen. Quod secus esset, quando pupillaris esset facta sine illis verbis; si hæres erit; quia vulgaris in ea contenta non omnino tacita, sed expræssa in genere diceretur. Bald. in l. precibus, num. 42. Ripa, num. 84. Dec. num. 15. C. de impub. & alijs substit.

Mixta hoc est partim tacita, & partim exprę̃ssa potest considerari duobus modis; Primo quoad verba; Secũdo quoad casus quoad verba illa dicitur; quæ in reciproca; vel in compendiosa continetur, quam exprę̃ssam generaliter mox diximus. Nam respectu vulgaris in specie conceptæ potest dici tacita; respectu vero vulgaris omnino tacitæ potest dici exprę̃ssa, vt fuit de mente. Bar. in d. l. 1. num. 14. ff. de vulgar.

Quoad casus mixta dicitur; vel partim exprę̃ssa, & partim tacita; quãdo in substitutione vnus casus fuit expræssus specialiter, alter vero omissus; vt puta, & si hæres esse noluerit, nam omnes casus vulgaris substitutionis ad duos rediguntur; vel quod institutus hęres esse noluerit; vel quod non potuerit. At si vtrumque casum singulariter expresserit testator, quia dixit si hæres esse noluerit; vel non potuerit; dicetur vulgaris exprę̃ssa in indiuiduo, quoad omnes casus. l. cum proponas, C. de hæred. instit. Si neutrum exprę̃sserit; sed indefinite dixerit, si hęres non erit,

dicitur

dicitur vulgaris exprçſſa ſpecialiter, ac ſi vtrumque exprçſſiſſet, propter virtutem indefinitæ orationis; & de hoc eſt tex. in l. commodiſſime, ff. de liber. & poſthu. Sed ſi teſtator vnum caſum expræſſerit, alium vero tacuerit; quia dixerit, ſi hæres eſſe noluerit; tunc proprie dicetur vulgaris partim tacita, partim exprçſſa, quoad caſus. Bart. in d. l. 1. num. 13. & ſequent. vbi omnes, ff. de vulgari. Sed fauore teſtatoris caſus exprçſſus trahitur ad omiſſum; vt vulgaris facta in caſu noluntatis trahatur ad caſum impotentiæ, & è contra. ſecundum communem, in d. l. 1. & per tex. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthu. & poſt aditam vulgaris expirat. l. poſt aditam, C. de impuberum, & alijs ſubſtit.

Pupillaris alia eſt ſubſtitutio directa; qua teſtator hæredem filio ſuo facit, caſu quo filius propter ætatem ſibimet facere non poterit. l. Sceuola, ff. ad Trebell. l. vnica, in princ. C. de caduc. tollen. l. humanitatis, C. de impuber. & dicitur pupillaris, quia pupillis tantumodo fit. l. 2. ff. de vulg. vbi Aret. nu. 6. Ripa, num. 26. quo autem iure ſit introducta, & quæ in ea requirantur, tradunt Bar. & omnes, in d. l. 2. & eſt triplex, vt vulgaris, videlicet expræſſa, tacita, & mixta; hoc eſt partim tacita, partim expræſſa: Bart. in d. l. 2. nu. 26. ff. de vulgari, exprçſſa eſt, quç regulariter fieri ſolet hoc modo, & ſi filius hçres erit; & in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo Titium. Tacita eſt illa, quæ continetur in vulgari exprçſſa, de qua Doct. in d. l. 2. partim tacita, & partim expræſſa, quoad verba eſt iſta. Quiſquis mihi hçres erit, ſit filio meo impuberi hçres; de qua in l. qui liberis, §. hçc verba, ff. de vulgari. Quo vero ad caſus non reperitur, ſecundum Bart. in d. l. 2. num. 26. & inter cçtera, in hoc differt à vulgari; item à vulgari differt forma, effectu, & illa poteſt fieri à quolibet, & cuilibet; iſta non vtique, & adueniente pubertate expirat. l. in pupillari, ff. de vulgar.

Exemplaris alia eſt ſubſtitutio directa, qua teſtator

prouidet filio suo de hęrede, in casu quo sibimet propter defectum mentis; vel corporis prouidere non poterit, & ad exemplum pupillaris est introducta, §. qua ratione. instit. de pupill. subst. l. humanitatis; vbi Doct. C. de vulg. Requisita ad ipsam faciendam, tradunt Doct. in l. ex facto, ff. de vulgar. & in d. l. humanitatis; & est triplex sicut vulgaris, & pupillaris, videlicet expręssa tacita, & mixta. d.l.ex facto.

Expręssa est quæ fit expręssis verbis ipsius exēplaris ita. Si filius meus hæres erit; & in furore decesserit substituo Titium. Tacita est quę continetur sub alijs substitutionibus, nempe sub vulgari si tempore testamenti, vel mortis testatoris filius erat furiosus. Doct. in d.l.ex facto. Secus est si postea furiosus fiat. l. inter stipulantem; §. sacram. ff. de verb. oblig. ibi casum aduersamq. fortunam, & sub pupillari continetur cum distinctione, de qua per Doct. in d. l. ex facto, vbi Ripa, num. 78. Rursus reperitur exemplaris tacita diuersæ speciei, ea scilicet quæ probata dicitur secundum Bart. in d. l. ex facto, & Alex. num. 26. quam reperiri dicunt in l. in testamento, in fine, C. de milit. testa.

Mixta hoc est partim tacita partim expræssa, quoad verba non reperiri dixerunt Doct. in d. l. ex facto. Quo vero ad casus ab omnibus dicitur illa: quæ facta fuit furioso, eidemq. muto, in vno casu vnici impedimenti tantum, videlibet furoris; & filius mortuus est cum altero, videlicet mutuitatis; Cui succeditur ex substitutione exēplari in casu tacito; sicut in vulgari. Doct. in d. l. ex facto. Et potest exemplaris fieri, tam à patre, quam à matre, & in hoc differt à pupillari, quæ à patre, & alijs habētibus in potestate fieri potest. l. humanitatis, C. de impub. l. furiosæ, ff. de curat. fuor. dan. & potest fieri omnibus filijs, qui sibimet testari nequeunt propter impedimentum mentis, vel corporis. d. §. qua ratione. Ripa in d. l. ex facto, num. 82. in fine, §. item furiosis, instit. quibus nō est perm. fac. test.

item mutis. d. l. ex facto. l. si mutus, ff. de testam. Prodigo, d. l. ex facto. Nam prodigus æquiparatur furioso, & pupillo. l. fulcinius, §. adeo ff. quibus ex cauf. in possess. eat. Cuiac. lib. 10. obser. c. 31. e. Decia. in cons. 2. col. 1. lib. 1. l. 2. C. de curat. furio. dan. vbi Doct. glos. in l. cum furioso, in verbo vel furiosæ, C. eod. & ideo etiam prodigo substituitur exemplariter. l. cum furiosus, §. sin autem, vbi glos. & Doct. de curat. furios. dand. Ripa; d. l. ex facto, num. 80. Ias. nu. 40. verum in hac exemplari non omnes possunt substitui sicuti in pupillari; & ideo in hoc differt ab ea, & ratio est; quia cum hæc substitutio exemplaris humanitate introducta sit, humanius quoque illi tractandi sunt, quibus infelicitas furoris, mutuitatis, prodigalitatis afflictionem parit. eisque sunt illi substituendi; qui eis sunt proximiores seruata gradus prærogatiua. d. l. humanitatis, vbi Ias. num. 32. d. l. ex facto, vbi Ias. num. 43. & si postea furioso nascatur filii isti rumpunt exemplarem. l. cum legitimæ, ff. de statu homi. Doct. in d. l. ex facto; ex defectu eius, cui facta est substitutio defecit pupillaris; vt puta si pupillus doli capax deportetur; secundum Bart. in l. in pupillari, ff. de vulg. num. 5. exemplaris non vtique, nisi talis furor sit; qui aliquando cesset, & delictum sit perpetratum dum cessauerat furor. d. l. ex facto, vbi Doct. & hoc vtique à pupillari differt. Differt à pupillari etiam in eo, quia ad similitudinem pupillaris fuit introducta exemplaris; & simile quod est, non est idem. l. quod Nerua, ff. depositi. Aret. in §. qua ratione, sub num. 1. instit. de pupillari.

Militaris alia est substitutio per quam ab homine testabili hæreditas ab eo adita post aliquod tempus, vel conditionem directo aufertur, & ad alterum defertur, de qua tradũt omnes, in l. 2. & in l. ex facto, ff. de vulgari, & fuit introducta iure Ciuili. l. centurio, ff. de vulgari, & est species per se. d. l. Centurio, & l. miles ita, in princ. ff. de militar. testam. & est duplex expressa, & tacita.

Expressa

Expræſſa autem eſt in genere, in ſpecie, & in indiuiduo; In genere eſt illa; quæ ſub compendioſa cōtinetur, ſicuti ſunt aliæ; quæ ſub illa continentur; in ſpecie eſt, quæ ſola fit, & principaliter; non autē continetur ſub alia ſubſtitutione; ſed fit poſt tēpus incertum poſt mortem, ſcilicet inſtituti; de qua, in d. l. miles ita. In indiuiduo vero eſt illa quæ fit poſt tempus certum; & indiuiduum; videlicet poſt decem annos, de qua in l. quærebatur, §. fin. ff. de milit. teſtam. Tacita vero eſt illa; quæ ſub alia ſubſtitutione exprçſſa continetur, vt puta ſub compendioſa; ſub qua militaris directa continetur. l. Centurio, & trahitur ad bona militis tantum, & in hoc inter cætera differt à pupillari, & exemplari; quæ trahuntur etiam ad bona cui fiunt. d.l. Centurio, & ibi Doct. ff. de vulgari, vbi, num. 38. & ſequent. Lancell. Galia. num. 118. Soccin. Iun. num. 168. & per hanc ſucceditur teſtatori; non autem inſtituto. l. cohæredi, §. cum filio, ff. de vulg. Galia. in d.l. Centurio, num. 182. & fieri poteſt ſolum à militibus; non autem ab alijs. Doct. vbi ſupra.

Reciproca alia eſt ſubſtitutio in qua ſub vnica verborū conceptione plures inſtituti ſibi ad inuicem ſubſtituuntur; ita ex Bart. in l. Lucius, ff. de vulgari; quæ etiā Breuiloqua appellatur, quia breuibus verbis fiat, & ſub illa breuitate multas cōtinet ſubſtitutiones; ſed melius nuncupatur reciproca, quia etimologia Breuiloquæ conuenit etiam compendioſæ, & de verbo reciprocę habemus. tex. in l. iam hoc iure, ff. de vulgari, de verbo Breuiloquę non reperitur, ita clarus, vt notant Doct. in d. l. Lucius, ff. de vulgar. & fit omnibus verbis aptis compræhendere hinc inde, hoc eſt plures iuſtitutos ad inuicem ſubſtituere, vt ſi dictum ſit; eosq. inuicem ſubſtituo; vterq. eorū viuet hæres eſto; Titius, & Meuius inuicem inſtituti, & ſubſtituti mihi hæres ſunto. Et ſi quis eorum, ſine filijs deceſſerit aliū ſubſtituo. Bart. in d. l. Lucius, ff. de vulgari, in l. 2. C. de impub. & in l. iam hoc iure, ff.

re, ff. de vulgari. l. cum in testamento, §. hæc verba, ff. de hæred. instit. & potest cõtinere sub se omnes directas substitutiones, vt de vulgari est. tex. in d. l. iam hoc iure, de pupillari, ibidem. & in l. quamuis, C. de impub. & alijs substit. de exemplari. Bart. in d. l. Lucius, num. 13. de militari. Bart. ibi, & sic patet differe à vulgari pupillari, exemplari, & militari; passim quoad formam, & effectum, quorum respectu est propria species, & sic ab alijs diuersa.

Fideicommissaria alia est substitutio, per quam imponitur onus hæredi, vt hæreditatem alteri restituat. secundum Bart. in l. 1. ff. de appellat. & ita nuncupatur à fide hæredis; quam sequitur testator, dum in eo confidit de restitutione; vt Latius per Doct. & in specie per Guliel. de Benedictis, in c. Rayn. in tract. de fideicommis. in prin. & Ciuili iure introducta fuit; cum antea nõ necessitati, sed honestati, & pudori hęredis esset fideicommissi restitutio commissa, §. 1. instit. de fideicomis. hęredit. & alia est vniuersalis; alia particularis. gloss. in rub. de vulgar. instit. de fideicomm. hęred. instit. de singulis rebus per fideicomm. relictis, de qua supra, in verbo fideicommissum, item alia est expressa; alia tacita; expręssa quę verbis pręcarijs, & obliquis fieri solet, de qua rubr. ff. ad Trebell. tacita quę sub compendiosa continetur, de qua in l. precibus, C. de impub. & per eam substitutus dicitur succedere testatori non instituto. l. cohęredi, §. cum filię, ff. de vulgari, & in hoc inter cętera differt à pupillari; & institutus potest cogi à substituto adire; vt sibi restituatur. l. cogi, ff. ad Trebell. & potest institutus detrahere quartam partem de hęreditate sibi relicta; siue in totum; siue pro parte relicta sit, & reliquum restituere compellitur; toto tit. ff. ad Trebell. & instit. de fideicommis. hęredit. & finitur defectu conditionis, & defectu substituti. l. vnica, §. sin autem, C. de caduc. toll. & sic patet differre à vulgari; quę post aditam finitur; à pupillari quę finitur puber-

pubertate; ab exemplari, & militari; nec non reciproca per ea; quę dicta sunt supra singulariter de illis.

Compendiosa alia est substitutio; quę sub conditione mortis, vel alia, multa complectitur tempora; ita Bart. in l. Centurio, num. 9. ff. de vulgari, eũ ibi sequitur Aret. num. 5. & seq. Ripa, num. 60. Ias. num. 22. Soccin. Iun. nu. 172. Doct. in l. precibus, C. de impub. vbi Bald. num. 32. Dec. num. 16. Curtius, num. 45. Caccialup. nu. 27. Paul. de Castro, in l. verbis ciuilibus, num. 2. ff. eod. Curt. in cons. 86. num. 1. Soccin. in cons. 103. num. 1. lib. 1. in cons. 64. num. 1. lib. 3. & in cons. 106. num. 1. lib. 1. Decius, in cons. 64. num. 1. sed Bart. reprehendit Boer. in decis. 38. num. 13.

Et dicitur compendiosa, eo quod sub verborum compendio multa complectitur tempora; & substitutiones, ita Bart. in d. l. Centurio, num. 10. Soccin. Iun. num. 177. Bald. in d. l. precibus, num. 32. Alba. num. 34. & 35. Cagnol. nu. 156. Curt. cons. 86. & in hoc differt à reciproca, vt per Bald. à vulgari pupillari, & exemplari; quę vnicum tantum tempus continent, nempe aditę hereditatis, pubertatis, & resipiscientię, & respectu formę est propria species de per se. Aret. in l. in testamẽto, C. de milit. teste. vbi Dec. n. 4. Galial. in l. Centurio, num. 225. Caccialup. in d. l. precibus, num. 29. vbi Cagnol. num. 173. ea ratione, quia forma cõpendiosę, videlicet. Quandocunque decesserit; vel si sine filijs decesserit non conuenit, immo differt à vulgari, pupillari, exemplari, militari, & reciproca; immo, & à fideicommissaria; quę fit verbis mere obliquis; compendiosa fit verbis communibus; ergo differt ab alijs. quod idem dicendum est ratione effectus secundum distinctionem, quam facit Bar. in d. l. Centurio, num. 11. nam etsi contineat omnes alias, & continere possit; tamen cũ contentę ab ea amittant nomen, & sub nomine compendiosę complectãtur, ex hoc dicitur diuersa species ab alijs, & sic ab alijs differt, vt ex tex. in l. Pomponius,

ponius, §. 1. ff. de re vendic. nam diuersitas verborum inducit diuersitatem rerum. l. si idem, C. de Codicillis. l. nam natura, ff. de præscriptis verbis, & supra in vers. feudi diuisiones, in fine, & in vorbo iurisiurandi species, in fine.

Militaris directa substitutio in multis differre à fideicommissaria], notant Alex. in l. Centurio, num. 43. vsque ad 52. Ripa, num. 38. vsque ad 60. Soccin. Iun. num. 159. vsque ad num. 172. & Cagnolus, in d. l. precibus, à num. 260. vsque ad nu. 288. & alij Doctor.

Et primo; quia substitutus directo militariter accipit hæreditatem, sine aliqua Trebellianicæ detractione; fideicommissarius, licet à milite sit substitutus, illam detrahit; nisi aliud à testatore sit ordinatum: ita concludũt omnes passim nemine discrepante, in d. l. Centurio; & in specie. Alex. num. 47. Ripa, num. 50. & Gal. num. 96. & seq. & hæc fuit opinio Dyni, in l. 1. §. in filij, ff. ad Trebell. cum sunt secuti. Bart. & alij, ibi.

Secundo differunt; quia substitutus directo militariter consequitur etiam legitimam filij instituti; quod non est aliquo iure permissum fideicommissario. l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulgari. c. Raynutius, de testam. glos. in d. l. precibus; quam ibi sunt secuti. Bart. num. 8. Dec. num. 25. contrarium tenuit Paul. de Castro, in d. l. precibus, num. 25. in fine, & eius opinio hodie est magis communis, vt dicit, ibi, Curtius, num. 73. Cagnol. num. 66. & seq. Ripa, in d. l. Centurio, num. 43. vbi rationes adducunt, & ita hac retenta ista differentia euanescit.

Tertio differunt; quia per directam militarem substitutus cõsequitur etiam fructus in hæreditate inuentos. d. l. Centurio, ff. de vulgar. Fideicommissarius autem non vtique. l. in fidecommissaria, vbi Doct. ff. ad Trebell. & intelligitur, de fructibus, de tempore, quo locum habuit substitutio, idest mortis instituti; vt post Dynum, Bart. in d. l. Centurio, num. 8. in fine, & in d. l. precibus, num. 8. & sequi videtur Angel. in d. l.

d. l. Centurio, num. 2. Bald. in d. l. precibus, nu. 30. Socc. in d. l. Centurio, num. 13. in fine. Aret. num. 5. Ripa, nu. 41. Gal. num. 118. in fine. Cagnol. in d. l. precibus, nu. 266. Guido Papæ, in decis. 468. num. 3.

Quarto differunt; quia substitutus per directam militarem; potest propria authoritate capere bona testatoris. Fideicommissarius vero non; ita omnes, in d. l. Centurio, & Alex. num. 46. Gal. num. 102. & seq. Ripa, num. 52. Cagnolus, in d. l. precibus, num. 276. Declara tamen, vt procedat vacante possessione per mortem instituti; sed si eiusdem instituti hæredes possessionem appræhendisset; non posset substitutus, etiam directo militariter authoritate propria bona illa capere; etsi ita caperet caderet à iure suo; vt declarat Gallian. in d. l. Centurio, num. 103. in fine, & sequitur Cagnolus, in d. l. precibus, num. 278. & Guliel. de Benedict. in d. c. Raynutius, in verbo si absque liberis, il 2. num. 14. & ita videtur tenere, Ripa, in d. l. Centurio, num. 52. licet aliqua contra hanc declarationē deducat.

Quinto differunt; quia substituto per directam militarem competit remedium. l. fin. C. de edict. Diui Adria. Tollen. Fideicommissario vero non vtique, vt per Doct. in d. l. fin. & omnes, in d. l. Centurio; & Alex. num. 46. in fine. Ripa, num. 51. & Gallia. num. 106. & Guliel. vbi supra d. num. 14. Nisi forte restitutio saltim verbalis facta esset; quia tunc etiam fideicōmissario competeret d. l. finalis remedium, vt per omnes supracitatos, & per Dec. num. 25. & Guliel. d. num. 14. in fine.

Sexto differunt; quia in substitutum directo militariter transeunt omnia iura sepulcrorum; sicut in alios successores directos. In fideicōmissarium autem nō vtique. glos. in l. quia perinde, ff. ad Trebell. & ibi Alberic. nu. 1. Alex. in l. quamuis, §. fin. ff. eod. & in d. l. Centurio, nu. 46. Seysel. num. 11. Ripa, num. 56. Gallia. num. 119. & Guliel. vbi supra num. 24. Abb. in c. cum seculum, n. 3. de iurepatronat. Dec. in d. l.

preci-

precibus, num. 21. Cagnol. num. 252. Curt. num. 75. Io. de Anan. in conf. 86. Feder. de Senis, in conf. 225. nu. 1. & est text. in d. l. quia perinde, & l. familiaria, & l. vel quæ, ff. de religiof. & sumpt. fune.

Septimo differunt; quia in substitutum fideicommissarium non transeunt iurapatronatus libertorum. l. si patroni filius, ff. ad Trebell. cum cōcordantibus per glos. in d. l. quia perinde. In substitutum autem per directam militarem transeunt. secundum Paul. de Castro, in d. l. precibus, num. 19. & Gallia. in d. l. Centurio, num. 125. Ripa, num. 57. Dec. in d. l. precibus, num. 21. & Cagn. num. 253.

Octauo differunt; quia in substitutum directo militariter transeunt iurapatronatus Ecclesiæ; in fideicommissarium vero secus. Alb. in d. l. quia perinde, & ibi Bart. ff. ad Trebell. Alex. in l. quamuis, §. fin. ff. eod. & in d. l. precibus, num. 16. Curt. nu. 73. Cagnol. num. 253. Ripa, in d. l. Centurio, num. 54. & ibi Alex. num. 46. Dec. in d. l. precibus, num. 21. Gallia. in d. l. Centurio, num. 128. Abb. in c. 1. num. 2. de iurepatron. Guido Papæ, decis. 507.

Nono differunt; quia moriente fideicommissario; ante diem, vel conditionem fideicommissi, (cum caducum sit) remanet hæreditas apud institutum; secus autem decedente substituto militariter, quia vadit hæreditas ad venientes ab intestato. Paul. de Castro, in d. l. precibus, num. 16. Alex. in d. l. Centurio, num. 51. vers. resultat etiam. per tex. in d. l. miles ita, ff. de militari testamen. quod intellige cū distinctione, quam facit Gallia. in d. l. Centurio, num. 129. Ripa, num. 59. Socc. num. 159. in fine. Cagnol. in d. l. precibus, num. 286. ibi intellige, &c.

Decimo differunt; quia datum causa conditionis implendæ à legatario ipsi hæredi, non pertinet ad fideicommissarum. l. qui hæredi, §. 1. ff. de condit. & demon. Sed ad substitutum per directum militarem sic, vt per Gall. in d. l. Centurio, n. 127.

Ripa,

Ripa, num. 58. Ang. in d. l. precibus, num. 12. Castren. num. 20. Cagnol. num. 273. Curt. num. 76.

Vndecimo differunt; quia hæres institutus potest retinere debitum sibi naturaliter à testatore, quando restituere debet fideicommissario. L. sticchum, §. aliquando, ff. de solutio. Si vero hęreditatem substituto directo militariter restituere debet secus erit. Bart. in d. l. precibus, num. 8. vers. item si Ang. num. 12. in fin. Curt. num. 76.

Duodecimo differunt; quia emphyteutica bona transeunt in talem substitutum; in fideicommissarium non. glos. in l. etiam, ff. solut. matr. Bald. in l. cum virum, num. 23. C. de fideicommis. Bart. in l. si patroni, ff. ad Trebell. Castren. in d. l. precibus, num. 19. Alex. in d. l. si patroni, num. 9. & in cons. 91. num. 10.

Decimotertio differunt; quia bona feudalia transeũt in substitutum directe per militarem; In fideicommissarium non transeunt. Barr. in d. l. si patroni, num. 3. ff. ad Trebell. Bald. in l. cum virum. 21. C. de fideicommis. Castren. in d. l. precibus, nu. 19. Alex. in d. l. si patroni, nu. 5. Guliel. in d. c. Rayn. in d. vers. si absq. liberis, num. 26.

Decimoquarto differunt; quia Insignia, & Arma trãseunt in talem directæ militariter substitutum: Non autem in fideicommissarium. Barr. in tract. de insign. & armis, col. 3. vers. quęro qualiter. Io. de Anan. in cons. 86. in fin. & Guliel. vbi supra d. num. 26.

Decimoquinto differunt; quia in fideicommissarium non transit dominium ipso iure, sed opus est saltim restitutione verbali, in talem autem directę militariter institutum transit. Corneus, in d. l. precibus, num. 15. in fine. Alias differentias ponit Corneus, ibi. Sed vel leues sunt, vel sub superioribus cõpræhenduntur; alias duas ponit glos. in d. l. quia perinde; ad fauorem fideicommissarij. de prima est tex. in l. si in testomento, ff. si quis omis sa caus. testamen. De secunda est tex. in l. sed, & si restituatur, §. contra, ff. de reiud.

56 Successio Ciuilis, & prætoria differunt.

Primo, quia Ciuilis inducta est. l. 12. Tab. SS.CC.& cōstitutionibus, principium. Prætoria autem Prætorem habet authorem. Secundo Ciuilis ordinario iure constat. Prętoria sustinetur Prętoris edicto, & decreto tamquam iure extraordinario. l. ius autem. 7. ibi, quod Prætores, &c.

Vnde sequitur Ciuilem esse angustiorem Prætoria. Tertio; Ciuilis respicit hęreditatem. Prætoria autem bonorum possessionem. Quarto; quia ciuilis facit hæredes; Prætoria vice, & velut hæredes, & constituit loco hęredis in omnibus vice hęredum bonorum possessores habentur. l. 2. ff. de bonor. possess. l. 1. de possess. hæred. pet. & l. 113. ff. de reg. iur. l. 13. in princ. ff. de bonor. poss. contrab. & §. quos autem, instit. de bonor. poss. Quinto differunt, quia ciuilis transfert iura directa bonorum possessio solum vtilia. Ias. post alios, in l. 1. §. bonorum, num. 22. ff. ad Trebell. & constans est si adsit hęres ciuilis; si nullus adsit geres directum consequitur. Ias. in l. 1. §. bonorum, nu. 1. ff. ad Trebell. & in l. puberum, C. de iur. delib. Vasq. de successionum resolutione, lib. 2. §. 11. num. 17. Sexto, quia ciuilis hęres directum ius acquirit per se, & sine facto tertij. Pręторius vtile ius non tam acquirit per se, quam per tertium, aut ex facto tertij. l. cum hęredes. 23. ff. de acquir. vel amitt. poss. & l. 54. ff. de acquir. vel amit. hęred. Diuersum obtinet in successione Prętoria; nam vltra declarationem voluntatis requiritur primo, vt petatur bonorum possessio, l. 3. §. à municipibus, & l. 4. in fin. & l. 5. 6. & 7. 8. 9. & 11. ff. de bon. poss. secundo requiritur decretum Prętoris, & quidem nō aliter, quàm causa cognita, & pro tribunali, quia neque decretum de plano interponi, neque causa cognita bonorum possessio alibi, quàm pro Tribunali dari potest. l. 3. §. si causa cognita, ff. de bon. poss. nisi tamen ea sit, quę de plano peti potuit. l. 2. §. dies, & §. seq. ff. quis ordo in bonorum poss.

poss. seru. & l. 7. §. decretalis, ff. de success. edicto. Ad quam formam noua constitutione Constantij redactę sunt omnes bonorum possessiones. Nec enim hodie desideratur decretum cum causę cognitione, & pro tribunali, sed sufficit apud Iudicem, vel etiam apud duum viros qualiscunque testatio amplectendę hęreditatis. l. fin. C. qui admitt. ad bon. possess. possunt.

Septimo separatur vtraq. successsio, quoad acquisitionem per filium; itemq. per seruum. Filius delatam sibi hęreditatem nisi iussu patris, in cuius est potestate adire non potest, qui iussus pręcedere debet aditionem, & specialiter mandari. l. si quis mihi bona. 25. §. iussum, & §. sed generaliter, ff. de acquir. hęred. Diuersa causa est filij familias, cui delata est bonorum possessio.

Nam sine iussu patris hāc agnoscere potest, vt vel iubeat agnosci bonorum possessionem, vel ratam habeat agnitionem bonorum possessionis non cedunt. l. fin. ff. quis ordo in bonorum possess. seruitur, & l. 1. C. qui admitti. & l. bonorum. 24. ff. rem ratam haberi.

Octauo distant; pupilli neque hęreditatem, neque bonorum possessionem petere, neque hęreditatem ex fideicommisso suscipere aliter possunt, nisi tutoris, authoritate, quamuis illis lucrosa sit, neque vllum damnum habeat, §. neque, inst. de auth. tutor. l. obligari. 9. §. hæreditatem, ff. eod. quo pertinet. l. more nostræ Ciuitatis. 8. & l. pupillus. 9. ff. de acquir. hęred. l. bonorum, in princ. C. qui admitti ad bonor. In bonorum tamen possessione hoc est peculiare, & singulare, quod impuberi quandoq. sine tutoris authoritate bonorum possessionem postulāri sciens hoc competens Iudex dare possit. d. l. bonorum, vers. nisi etiam.

Nono distant, in eo quoq. quod hæreditas per procuratorem acquiri non potest. l. per curatorem. 90. ff. de acquir. hæred. Diuersum est in bonorum possessione, nam acquirere quis bonorum possessionem potest, vel per se-

 metipsum,

metipsum, vel per alium. l. 3. §. acquirere, ff. de bonor. possess. Cuius rei ratio euidens est, nam bonorum possessio non consistit in solo animo, vt hæreditatis aditio, §. fin. instit. de hæred. qual. & differ. Accurs. in d. l. per curatorem, in 1. glos. statim enim, quod mādo de adeundo iam adeo, & ita nihil remanet faciendum per Procuratorem. Item per meam voluntatem debeo fieri hæres non per alienam; secus est in bonorum possessione, quæ solo animo non fit; sed olim decretum nouo autem iure præsentiam Iudicis requirit, vt supra in septima differentia ostensum est.

Decimo differunt, testamento paterno per Iudicis sententiam, à qua prouocatum non est, rescisso suus hæres erit, secundum quem iudicatum, & libertates ipso iure non valent, nec legata debentur, sed soluta repetuntur. l. Papinianus. 8. §. si ex causa, ff. de inoffic. testam. nec fideicommissa data debentur, quasi à demente, inquit Paulus. l. 13. in fin. ff. eod. vel vt Marcianus scribit, quasi non sanæ mentis fuerunt, qui testamentum ordinauerunt, & hoc dicitur quasi vere feriosus, vel demens testatus sit, sed recte quidem fecerit testamentū, sed non ex officio pietatis. l. 2. ff. eod. & l. 2. 26. 29. ff. eod. & l. 4. & 13. C. eod. Diuersum est in bonorum possessione etiam si contra patris tabulas bonorum possessio petita sit; substitutio tamen pupillaris, & legata omnibus præstanda sunt, quæ à substitutione sunt data. l. ex duobus. 34. ff. eod. cuius rei rationem, affert Accursius, & Cuiacius ad Affricanum, tract. 4. in explicatione, d. §. fin. quia testamentum est de iure ciuili, & etiā quærela quæ introducta est lege Glitia, vt ex inscriptione patet. l. 4. ff. de inoffic. testam. quæ quærela rescindere potest testamentum, cum, & ipsa sit iuris ciuilis. At bonorum possessio contra tabulas iuris est Prætorij, quod non tollit prorsus testamentum, cum Prætor non possit facere hæredem, nec potest efficere etiam, vt desinat esse hæres, §. quos autem, inst.

de bon.

de bon. pofs. fed legis rigor refcindit omnia, conferuat autem Prætor, quæ conferuari bonum, & æquum eſt. Quod de quærela dicitur obtinet pariter in iure dicendi teſtamentum eſſe nullum, quando filius familiās præteritus eſt. Perinde enim teſtamentum totum rumpitur, ſicuti per quærelam reſcinditur. l. penult. ibi, à quo poſthumus, ff. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſtam. gloſ. in l. Papinianus, §. ſed nec impuberis, in verb. obtentum, ff. de inoffic. teſtam. quemadmodum, nec exhæredatio pro parte fieri poteſt veluti ab vnius perſona, nam ſi hoc fecerit, vitioſa erit exhæredatio. l. 3. §. filius, ff. de lib. & poſthum. l. non putauit, §. ſi ab vno, ff. de bon. poſſeſ. contra tab. ſicut etiā ab omnibus gradibus hæredum, & tam à primis, quàm à ſecundis hæredibus exhæredandus erit. l. ſi primo, ff. de lib. & poſth. l. nam, & ſi. l. ſi quis filio, §. ſiue autem. l. ſi ego, ff. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſtam. l. ex facto, §. Lucuius, ff. de vulg. & pupill. d. l. non putauit, §. ſi ab vno, & §. ſeq. ff. de bon. poſſ. contra tab. ſed hæc differētia inter quærelam inofficioſi teſtamenti, & bonorum poſſeſſionē contra tabulas nouiſſima Iuſtiniani conſtitutione ſublata, eſt, ipſaq. quęrela mokò mitior, & benignior bonorum poſſeſſione contra tab. reddita eſt. Nam ex cauſa exhæredationis, vel præteritionis iuſta non exiſtente cauſa ingratitudinis per quęrelam reſcinditur, vel præteritione irritū redditur teſtamentum quantum ad inſtitutiones cætera firma manent; ac vt Iuſtinianus, ait ſi contigerit in quibuſdam teſtamentis quædam legata, vel fideicommiſſa, aut libertates, aut tutorum dationes relinqui, vel quælibet alia capitula conceſſa legibus nominari ea omnia adimpleri debent, & dari illis, quibus fuerunt derelicta, & tamquam in hoc non reſciſſum obtinet teſtamentum. Nouella 115. vt cum de appell. cogn. §. ſine igitur omnes memor. quę reducta eſt in Compendium ſub Auth. ex cauſa, C. de liber. præter.

Vndecimo, quęrela, & bonorum

norum possessio in eo quoq. discrepat. Quærela enim inofficiosi testamenti ante aditã ab hærede scripto hæreditatem proponi non potest, quoniam inquit Vlpianus ante aditam hęreditatem, nec nascitur quęrela. l. Papinianus, §. si conditioni parere circa finem, ff. de inoff. testam. Vnde quinquénium quęrelę inofficiosi testamenti pręfinitum. l. si quis filium, in fine, C. eod. ab adita hęreditate, secundum Vlpiani opinionem currit recusata Herennij Modestini sententia quia à morte testatoris illicò cursum de inofficioso quęrelę temporibus dabat. l. scimus. 36. §. illud preterea, C. eod. Nec sine ratione, nam quęrela instituta defunctus afficitur iniuria, intelligitur enim non sanę mentis fuisse, non quia verè, vel furiosus, vel demẽs, sed quia non ex officio pietatis ordinauerit. l. 2. ff. eod. statim itaq. & nondum adita hęreditate, iniquum est exhęredatũ admitti ad quęrelam proponendam cum eam, si à scripto hęrede non adeatur etiam citra quęrelam sine vlla defuncti iniuria, & sine stipendio, & labore habiturus sit, vt potecũ scripto hęrede non adeunte ipse legitimus hęres ab intestato futurus sit. l. 1. ibi, aut irritum constituitur non adita hęreditate, ff. de iniust. rupt. irrit. fact. testam. l. eam quam, C. de fideicommiss. §. 1. instit. de hęred. quę ab intest. defer. si enim nemo hęreditatem adierit nihil valet ex his, quę testamento scripta sunt. l. si nemo. 9. ff. de testam. tutel. & l. si nemo. 181. ff. de reg. iur. Diuersum est in bonorum possessione contra tabulas, hęc à scripto hęrede agnosci potest ante aditam hęreditatem hi qui propter alios cõtra tabulas bonorum possessionem petunt, non expectant, vt pręteriti bonorum possessionem accipiant. l. si post mortem. 10. §. fin. ff. de bon. poss. cont. tab. l. quod vulgo ibi, ex quibus, vel adita hæreditas, vel secundum eas bonorũ possessio peti potuit, quamuis neutrum eorum postea sequutum sit, vel sequi potuerit, ff. eod. Alia enim in bonorum possessione

contra

contra tabulas subest ratio; quia bonorum possessio hæc non petitur eo prætextu, aut intuitu, quod testator quasi demens præterierit, sed magis quasi, vel errore, vel oblitione filium suum præterierit. quid enim si testator filiũ mortuum putabat. l.fin. ibi, & rumore perlato, ff. de hæred. instit. l. Titius, ibi, quem pater putauit, ff. de lib. & posth. vel se filium habere ignorabat. l. si cum, vel in vtero, C. de testam. milit. vel perturbatione animi filij oblitus. l. hac consultissima, §. at cum humana, C. qui testam. facer. poss. His sanè casibus procliuius est, ac æquius putare errore, & obliuione prę terijsse, quàm malo animo exhæredasse; Ideòq. non putauit Prætor exhæredatione notatos, & remotos ad contra tabulas bonorum possessionem admittendos, sicuti nec iure ciuili testamenta patentum tribuant, sanè si velint inofficiosi quærelam instituere est ipsorum arbitrio l. non putauit, in princ. ff. de bon. poss. contr. tab. l. sub conditione, ff. eod. l. cum quidam elogio, C. de leg.

Duodecimo; pugnant inter se successio ciuilis, & Prætoria. Aditio hęreditatis fieri nõ potest sub conditione. l. actus. 77. ff. de reg. iur. nam si quis, ita dixerint si soluendo hæreditas est adeo hæreditatem, nulla aditio est. l. cum qui, in fine, ff. de acquir. vel amitt. hęred. Agnitio autem bonorũ possessionis sub conditione fieri certis quibusdã casibus vtilitatis causa non prohibetur. l. 3. §. sed si sub conditione, & §. seq. ff. de bon. poss. cont. tab. & l. 2. §. si sub conditione, ff. de bon. poss. secundum tabul.

Decimotertio discrepant similiter, & in hoc. In successione ciuili ex testamento veniunt fideicommissa, & ex validitate testamenti valẽt, roburq. habent. l. 2. ff. de leg. 1. & l. 1. §. hi quibus, ff. de leg. 3. & §. si incertus. At iure Prætorio numquam legitur Prætorem dare bonorum possessionem fideicõmissarijs, vel succedentibus per obliquum, argumentum est, quòd Vlpianus scribit. l. 3. §. item si quis, ff. de leg. præst. Bald. in l. fin. num. 13. C. dę sacros. Eccles. & in l. preci-

precibus, num. 39. circa finem, C. de impub. & alijs substit.

Decimoquarto, hæc duo successionum genera etiam secernuntur plurimũ, quod successio ciuilis hæreditatis peti potest intra 30. annos. l. hæreditatis petitionem. 7. C. de pet. hæred. l. dicet, C. de iure delib. l. hæreditatem. 4. C. in quibus caus. cesset lõg. temp. præscript. l. sicut, C. de præscript. 30. vel 40. annorum. Bonorum verò possessio à cognatis, & agnatis intra centum dies peti debet, quin etiam ipso die centesimo agnosci potest. l. 1. §. si intra centesimum, ff. de success. edict. Parentibus autem liberisq. largius tempus in honorẽ sanguinis tribuitur, & annus præstituitur. d. l. 1. §. largius, ff. eod. etiam si liberi, parentesue veniant ex c. vnde agnati, vel vnde cognati, nam filius non solum si tamquam filius, sed, & si tamquam agnatus, vel tamquam cognatus ad bonorum possessionẽ vocatur anni spatium habet. l. si cohęredi. 4. §. fin. ff. de succes. edict.

Decimoquinto separantur, & differunt, vel in eo maximè, quod ius ciuile liberos in potestate parentis existentes facit suos hæredes, ijsq. propria, & peculiaria iura in successione, tàm ab intestato, quàm ex testamento, & alijs rebus tribuit; cęteros autem liberos, qui in potestate parentis non sunt, quales sunt emancipati, & quia alias exierunt de patris potestate, nisi ex nouis constitutionibus pro liberis non agnoscit, prout infra. At ius prętorium emancipatis subuenit, hisq. in causa intestati bonorum possessionem, vnde liberi in testati verò causa si pręteriti sint bonorum possessionem contra tabulas concedit, vel vt Vlpianus loquitur in bonorum possessionem contra tabulas inducit. l. 1. & §. & sui iuris factos inducit in bonorum possessionem Pretor. l. 3. 5. 13. 14. & 15. ff. de bon. poss. contra tabul.

Decimosexto, & vltimò, iure ciuili hęredes, aut necessarij sunt, aut sui, & necessarij, aut extranei, §. 1. & §. sui autem instit. de hęred. qualit. & differ. C. de necess. ser.

ser. hęred. instit. l. necessarijs, §. fin. ff. de acquir. hæred. Diuersum est de iure Prætorio. Honorario enim iure nõ est necessarius hęres, nam inuito nemini bonorũ possessio acquiritur. l. 3. §. inuito, ff. de bon. poss. sunt, & aliæ differentiæ minus conspicuæ, quas omittere volui.

Successiones ciuiles ab intestato, & ex testamento differunt; quia quamuis vtraque ex iure gentium originem trahat, & vtraque etiam à iure ciuili habeat formam, & hæredes faciat, in multis tamen differunt.

Primo enim differũt; quia successio ab intestato ex tacita voluntate defuncti defertur; qui enim non testatur id ordinare, & disponere videtur, quod de eius successione lex statuit, atque disponit, ac intelligitur voluntatem suam accommodare super successione dispositioni legis. l. conficiuntur, in princ. ff. de iur. codicill. & l. si quis cum testamentum, ff. eod. & l. si fundum. 92. §. fin. ff. de leg. 1. & l. 6. in prin. ff. si quis omiss. caus. testam. & ibi §. planè, & l. 2. ibi titulo largitionis, C. de bon. matern. Accurs. in d. l. conficiuntur, vers. quoniam creditur, & in l. 1. §. toties, verb. meruit, & ibi Bart. & alij, ff. de collatio. Bart. in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum. Ias. in l. si Titio, §. sicuti, num. 2. ff. de leg. 1. Bolognett. post alios, in l. hæc verba, num. 203. & seq. ff. eod. Rimin. in l. si emancipati, num. 9. C. de collatio. Bald. cons. 119. post med. lib. 4. Corn. cons. 213. num. 11. lib. 2. & cons. 260. num. 3. lib. 4. Curt. Iun. cons. 4. nu. 15. & 17. Cephal. cons. 28. num. 9. lib. 1. Portius, cons. 55. num. 48. Menoch. cons. 308. nu. 18. lib. 4. & de adipiscen. remed. 4. num. 72. Tiraq. de retract. lignag. §. 26. glos. 1. num. 9. l. hæredes mei. 57. §. cum ita, ff. ad S. C. Trebell. & in dubio defunctum, ita voluisse credendum est etiam in successione ex testamento. Bart. in l. vt iurisiurand. §. si liberi, ff. de oper. liber. cum concord. relatis à Rola. cons. 68. num. 2. lib. 1. Diuersum est in successione ex testamẽto proueniente. Hęc enim

ex testata, & expressa voluntate testatoris proficiscitur. Nam hæredis institutio est essentiale fundamentum testamenti. l. 1. ff. de hæred. instit. l. 3. §. Calphurnius, in princ. ff. de his, quæ in testam. delen. quo etiam pertinet. l. inter cætera. 30. ff. de liber. & posthum. l. si nemo, ff. de testam. tut. l. eam quam, C. de fideicomm. quæ institutio apertè, ac expressè, & palam debet fieri in testamento in scriptis per scripturam. l. iubemus, & in Auth. & non obseruato, C. de testam. In testamento sine scriptis per nuncupationem, vel certam demonstrationem indubitabili signo. l. quoties, §. hæres, ff. de hæred. instit. l. in tempus. 62. §. quoties, ff. eod. l. iubemus, C. de testam. quod iuris est non tantum in institutione, sed idem statuitur in legatis. l. qui plures. 18. in fin. ff. de vsufruct. legat. & §. incertis, instit. de legat. Idemq. in fideicommissis. l. quinta, ff. de reb. dub. similiter quoque in testamentaria tutela. l. tutor. 20. ff. de testam. tutel. l. duo sunt Titij. 30. ff. eod. Pariter in manumissis testamento. l. 31. ff. de manumiss. testam.

Secundo ex præcedenti differunt; quia successio ab intestato sola lege nititur, quæ in subsidium voluntatis præsumptæ, & coniecturatæ ad proximos defuncti ordine, & gradu hæreditatem transfert. Ex testamento verò successio sustinetur sola voluntate, & arbitrio testatoris, modo testamentum iustum sit, nec ruptum, nec irritum sit factum toto tit. ff. de iniust. rupt. irrit. fact. testam. & succedens ab intestato dicitur habere titulum à lege, non autem à defuncto. Bald. in l. si emancipati in 8. oppos. C. de collatio. Alex. cons. 44. in fin. lib. 5. Cephal. cons. 436. num. 118. lib. 2. & cons. 408. num. 60. eod. lib. & cons. 725. nu. 89. lib. 5. & moriens intestatus non ipse, sed lex dicitur disponere de eius hæreditate. d. l. obuenire. 130. ff. de verb. signif. & l. si pecuniam. 3. ff. si quis omiss. caus. testam. & l. si ab intestato. 11. ff. eod. & ibi Accurs. l. inquit, idest ab intestato, ideoq. non cense-

censetur data hæreditas, sed non adempta, quæ ab intestato deuoluitur. Cuman. in d. l. conficiuntur, ff. de iur. codicill. & in l. 1. nom. 10. ff. de leg. 1.

Quantum itaq. prouisio, vel dispositio legis differt à prouisione hominis tantum etiam successio ab intestato à successione ex testamento, & quemadmodum prouisio hominis facit cessare prouisionem legis. l. fin. C. de pact. conuen. & ibi glos. in verbo contentam. l. & habet, ff. de præcar. l. si causam, C. de execut. reiudic. l. etsi ex parte, §. fin. ff. de bon, liber. l. si vt certo, §. si de me, ff. commodati. l. 1. §. illud est, ff. de separatio. l. penult. ff. de collat. dot. nam vbi homo deficit in disponendo, vel prouidendo; lex (ex præsumpta hominis voluntate) supplet. l. 3. ff. de vulg. & pup. l. quamuis. 4. l. precibus. 8. C. de impub. & alijs substit. Ita pariter successio ab intestato cessat, si testator de rebus suis iure testamentum fecit, quamdiu potest ex testamento adiri hæreditas; ab intestato nō defertur. l. quamdiù. 39. ff. de acquir. hæred. & quamdiù possit testamentum valere, tamdiù legitimus non admittitur. l. quamdiù. 90. ff. de reg. iur.

Tertio differunt nomine. Nam successio ab intestato dicitur legitima, & ab intestato hæredes legitimi toto tit. C. de suis, & legit. & de legit. hæred. & de bon. poss. & vnde legit. vnde cognat. & ff. ijsdem titulis, & instit. de legit. agnatorum success. successio: ex testamento nō dicitur legitima, nisi quatenus. lege duodecim tabularū confirmatur. l. obuenire. 130. ff. de verb. signif. lege enim obuenire nihil aliud est quam ex lege duodecim tabularum hæreditatē ad aliquē peruenire, & ibi ita legis appellatio est intelligenda.

Quarto differunt. Nam quamdiù potest ex testamento adiri hæreditas; ab intestato non defertur. l. 39. ff. de acquir. hæredit. & l. 89. ff. de reg. iur. Ideòq. hæres institutus, itemq. legitimus si quasi institutus repudiauerit quasi legitimus non amittit hæreditatem; sed si quasi legitimus repudiauit

siquidem scit se hęredē institutum, credendū est vtrumq. repudiasse, si ignorat ad neutrum ei repudiatio nocebit, neque ad testamentariam; quoniam hanc non repudiauit, neque ad legitimam, quoniam non dum ei fuerit delata. l. nec is. 17. §. fin. ff. de acquir. hæred. l. in plurimum. 70. ff. eod. & l. antequam, C. commun. de successio. quò etiam pertinet, l. 1. in princ. ff. si tabul. testam. nullæ extabunt, facit etiam. l. 2. ff. vnde liberi, & l. si quis sub conditione. 11. ff. de testam. tutel. & l. iure nostro, §. fin. & l. seq. ff. eod.

Quinto differunt; quia veteri iure collatio bonorum solummodo locum habet in successione ex testamento. l. 4. C. de collatio, & l. 2. eod. & l. si emancipati. 9. eod. ex testamento autem veteri iure non aliter conferunt, quam si, vt conferrent specialiter pater designauerit. l. filiam 7. C. eod. quæ differentia iure nouissimo sublata est iuxta distinctionem auth. de triente, & semisse. c. 7. §. illud quoque benè, cuius verba in compendium redacta sunt sub auth. ex testamento, C. de collationibus,

Sexto differunt; quia successio ab intestato pertinet ad hæredes sanguinis, vel naturales, prout iuris authores loquuntur, aut legitimos, vel adoptiuos. Nec datur in successione ab intestato extraneus. Diuersum est in successione ex testamento, nam extraneum etiam, & penitus ignotum hęredem quis instituere potest. l. extraneum. 11. & l. 9. C. de hæred. instit. l. in extraneos, C. de donat. cum simil.

Septimo differunt; quia succedentes ab intestato semper efficiuntur hæredes toto tit. ff. de suis, & legit. & tit. C. de legit. hæred. cum alijs supra in differentia nominis relatis. Ex testamento autem soli instituti, vel substituti appellantur hæredes tit. ff. de lib. & posthu. hæred. instit. & ff. de vulg. & pup. substit. & de instit. & substit. & de impub. & alijs substit. Alij autem quibus extra institutionem, vel substitutionem aliquid relinquitur legatarij. Item fideicommissatij si

hęreditas vniuersa restituenda est, ex fideicommisso vniuersales, sine quota successores vocantur; totis tit. ff. de legat. & fideicommiss. 1. 2. & 3.

Octauo differunt, in eo quoque, quod in successione ab intestato inspicitur tẽpus quo mortuus est is, de cuius hæreditate quæritur. Diuersum est in causa testati quando destituitur testamentum, tunc enim inspicitur tempus, quando certum est nullum ex testamento extiturum hæredem. Proximus autem si quidem nullo testamento facto quisq. decesserit, per hoc tempus requiritur quo mortuus est is, de cuius hæreditate quæritur, quod si facto testamẽto quispiam decesserit; per hoc tempus requiritur, quo certum cœperit nullum ex testamento hęredem institutum; tunc enim propriè quisque intestatus decessisse intelligitur, quod quidẽ longo aliquandò tempore declaratur, in quo spatio temporis sæpè accidit, vt proximiore mortuo proximus esse incipiat, qui moriente testatore non erat proximus. §. proximus, instit. de legit. Agnatorum successio. Cuius differentia quantum ad causam testamenti destituti attinet exempla à iuris authoribus adferuntur Paulus in l. si quis posthumos. 9. §. si filiam exhęredauero, vers. sed, & si hęres, ff. de lib. & posthum. hęred. instit. dicit si hęres institutus omiserit hęreditatẽ erit legitimus hęres, quoniã hęc verba (si intestato moritur) ad id tempus referũtur, quo testamentum destituitur, nõ quo moritur, & Vlpianus in l. si quis filio. 6. §. planè, ff. de iniust. rupt. & irrit. fact. testam. idem dicit, & in l. 2. §. proximum, ff. de suis, & legit. & in l. 1. §. sciendum, ff. eod. & d. l. 1. §. sciendum, ff. de suis, & legit. l. scripto hęrede. 6. ff. vnde liber. & §. cùm autem, instit. de hęred. quę ab intest. defer. testamento, autem non destituto, sed in sua firmitate manente inspicitur, vel requiritur tẽpus mortis. Hoc enim tempore cõfirmatur, viresq. ac validitatem assumit, ideo testamẽtum definitur, quod sit mentis nostrę iusta conteſta-

restatio in id solemniter factum, vt post mortem nostrã valeat. l. 1. ff. qui testam. fac. poss. Ideò dicitur suprema voluntas. l. cùm hic status. 32. §. ait oratio, ff. de donat. inter vir,& vxor. l. 1. C. de summ. Trinit. & Fid. Cathol. de qua re. Ias. in rubr. C. qui testam. fac. poss. Cephal. cons. 4. num. 13. & seq. Crauett. cons. 167. n. 7. Soccin. Iun. cons. 130. num. 15. lib. 2. Bursat. cons. 30. Menoch. cons. 97. num. 21. lib. 1. & cons. 106. num. 5. & cons. 330. Cephal. Iun. cons. 773. num. 12. lib. 7. Denique ambulatoria est voluntas hominis vsque ad extremum vitę exitum. Hinc, & hoc enunciatum emanat, quod verba pręteriti, & pręsentis in testamentis prolata trahi in futurum, & sic ad tempus mortis. l. placet, ff. de lib. & posth. l. talis, in princ. & §. fin. & l. seq. ff. de leg. 2. l. fin. §. fin. ff. de lib. lega. l. cum certus, ff. de tritico, vino, & oleo legatis. l. tutoribus, ff. de testam. tutel. Bart. per tex. l. solemnis, ff. de cond. & demonst. Bald. in l. fin. col. 4. circa fin. C. de codicil. Ruyn. cons. 20. num. 9. lib. 2. Menoch. cons. 97. num. 23. vsque ad 29. Cephal. cons. 773. nu. 53. lib. 5. quę omnia superiora restringuntur. l. 49. ff. de hęred. instit. relata in §. in extraneis, instit. de hęred. qual. & differ. & declarata in l. sed, & si in conditione, §. solemus, ff. eod. & l. quoties. 9. §. seruus, eod. apertius proponitur in l. seruum meum 50. ff. eod. de hęred. instit.

Nono differunt; quia in successione ex testamento inspicitur. An testamentum valeat, quod fit si is, qui fecerit testamentum, habuerit testamenti factionem, deinde si habuerit. An secundum regulas iuris ciuilis testatus sit. l. si quamuis. 4. ff. qui testam. fac. poss. Item an nullius momenti, si non ruptum, si non irritum, nec falsum sit. l. 1. ff. de iniust. rupt. & irrit. fact. testam. Item an perfectum si non falsum sit. l. 2. §. testamentum, ff. quemadmodum testam. aper. l. si quis, ff. ad l. Cornel. de falsis cum simil. In successione ab intestato inspicitur sola proxi-

proximitas ordinum, & graduum excepto tamen iure repreſentationis.

Decimo differunt; quia in ſucceſsione ab inteſtato nullę quartę partis detractioni locus eſt; ſed detractio quartarum in ſola ſucceſsione ex teſtamento locũ habet, quarum quarta legis falcidię, quam hęredes beneficio legis falcidię retinent ex legatis ſi forte amplius dodrante in ijs conſumptum eſt à teſtatore. l. 1. & paſsim, ff. & C. ad l. falcid. Item quarta Trebellianica, quę quarta ad exemplũ falcidię inducta eſt in fideicommiſsis. Primo quidem ex S. C. Pegaſiano, cui Trebellianum ſucceſsit, in quod Iuſtinianus quicquid S. C. Pegaſiano cautum erat tranſtulit, de qua quarta Trebellianica titulo, ff. & C. ad S. C. Trebell. de quibus duabus quartis, népè Falcidię, & Trabellianicę repetentes in l. quartam, & ibi prę cęteris. Io. Bolog. ff. ad l. Falcid. Item quarta liberorum, quę legitima dicitur. l. Papinianus. 8. §. ſi quis, & l. ſi non mortis, ff. de inoffic. teſtam. Quàm quartam Iuſtinianus pro numero liberorum ad trientem, & ſemiſſem redegit. Nouell. 18. vel Auth. de trient. & ſemiſ. quę redacta eſt in compendium ſub Auth. nouiſsima, C. de inoffic. teſtam.

Vndecimo differunt; quia Iuſtiniani conſtitutio de hęrede inſtituto in teſtamento, neque cancellato, neque abolito, neque ex quacunque ſuę formę parte vitiato in poſſeſsionem mittẽdo ſub l. fin. C. de edict. Diui And. toll. locum habet in ſucceſſione ex teſtamento. Diuerſum eſt in ſucceſsione ab inteſtato. Hoc enim beneficiũ ab inteſtato ſuccedentibus non competit, quę ſententia communiter approbata eſt, Bald. in l. 1. in princ. ff. de pet. hęred. & iterum in l. fin. in 3. quæſt. & ibi Alex. num. 22. Iaſ. nu. 23. Achilles perſonalis, num. 4. Dec. nu. 39. Zucchard. num. 354. C. de edict. Diũi Adri. toll. Rip. in rubr. ff. quorum bonor. num. 2. Papien. in forma libelli, quo petitur hęreditas ex teſtamento in verbo coram vobis, num. 2. Marant. de ordi. Iudi. in 4. par. in 7. diſtinct.

distinct. num. 12. Menoch. de adipiscen. possess. remed. 4. Soccin. Iun. cons. 75. num. 2. lib. 1. Gozad. cons. 50. Roland. cons. 1. num. 3. adducens Barba, cons. 65. col. 7. lib. 2. Guid. Pap. cons. 85. Bruno, cons. 18. col. 4. lib. 1. Crauett. cons. 173. num. 10. lib. 1. Bursat. cons. 89. num. 12. & seq. lib. 1. Quibus in locis huius differentię momenta adferuntur; quę in eo ferè consistunt quod ostenso, exhibitouè testamento non cancellato, non abolito, nec in aliqua formę suę parte vitiato statim notorium, ac manifestum esse incipiat scriptum in eo testamēto hęredem esse indubitatum, non autem ęquè notorium apparere, & Iudici obuiam esse, An ab intestato succedens sit proximus hęres, sed hęc ratio valde imbecilla, & fragilis existit. Fuerunt tamen qui filio, vel alias indubitato hęredi ab intestato implorationem officij Iudicis pro immissione in possessionem concesserint, Socc. Iun. cons. 75. num. 17. lib. 1. Paris. cons. 22. num. 67. lib. 1. Roland. d. cons. 1. num. 59. lib. 1. Marant. de ord. Iud. 4. par. distinct. 7. num. 13. & hoc ratione. l. si me, & Titium, in fin. ff. si cert. pet. & arg. l. planè. 38. in princ. ff. de peti. hęred. & l. hęreditas. 50. in fine, ff. eod. & in l. fin. ibi, etsi, ff. eod. nam pro generali conclusione traditur iure municipali excludente omne remedium, non tamen intelligi exclusam implorationē officij superioris. Rom. cons. 325. Roland. cons. 1. num. 56. lib. 1.

56 Succesſio vniuersalis, & singularis differunt.

Primo enim vniuersalis successor afficitur vitio personali defuncti, in cuius locum succedit, si aliquid ad eum peruenit, vel lis cum defuncto inchoata fuit, cùm hæres in ius omne defuncti succedit ignoratione sua defuncti vitia non excludit. l. cum hęres. 11. ff. de diuer. & temp. præscript. l. 26. ff. de oblig. & l. quod diximus. 16. §. fin. ff. de eo, quod met. caus. l. inde Neratius. 23. §. hanc actionem, ff. ad l. Aquill. & l. 124. ff. de reg. iur. & l. videamus. 77. ff. de eo, quod met. caus. & l. sicuti. 38. ff. de reg.

de reg. iur. & l. vnica, C. ex delict. defunct. in quantum hæred. conueniantur, & mala fides defuncti indistinctè nocere hæredi firmant Curt. Iun. conf. 170. Rolan. conf. 23. num. 47. lib. 3. Soccin. Iun. conf. 144. num. 13. lib. 3. Parif. conf. 27. num. 139. & conf. 29. num. 26. lib. 1. Decian. communem afferit, conf. 2. num. 197. & 198. lib. 1. vbi dicit etiam, quod non poteft hęres propriam fidem bonam allegare, fi defuncti cõtractus mala fide initus fit per tradita per Bart. in l. cum qui, ff. fi cert. pet. & l. cum hæres, ff. de liber. legat. Caftren. conf. 10. lib. 1. Alex. conf. 102. lib. 1. Quinimo mala fides in initio nocet omnibus fucceffforibus vniuerfalibus in infinitum. Gabr. lib. 5. concluf. de præfcript. concluf. 3. & 5. E contra verò fingularis fucceffor vitio perfonali authoris teftatoris, videlicet qui rem vitio perfonali legauit minimè grauatur, vel afficitur. l. an vitium. 5. in princ. ff. de diuer. & temp. prçfcrip. quod etiam in alijs fucceſſoribus fingularibus ex contractu puta emptione, & fimilibus obferuatur. l. apud Celfum, §. fi quis autem, verf. auctores, ff. de doli mali, & met. excep. & l. fed, & fi res, §. prætor ait, ff. de publ. in rem act. & l. qui à debitore. 9. ff. quæ in fraud. cred. & l. dolus. 10. de refcind. vend. & l. 3. C. de peri. & commo. rei vendi cum alijs relatis in l. vitia, C. de acquir. pofs. & in d. l. an vitium, & hoc nifi fucceffor fingularis fit ex caufa lucratiua. l. apud Celfum 4. §. fi quis autem, & §. auctoris, ff. de doli mali, & metus except. Item nifi acceffione auctoris vtatur. d. l. apud Celfum, ff. de auctoris dolo, & l. Pomponius 3. & 2. ff. de acquir. poffefs. & l. dolia. 16. §. fin. ff. de contrah. empt. Item nifi ipfe in dolo verfetur patietur enim de dolo fuo actionem. d. l. Apud, §. auctoris autem dolus in fin. glof. in l. an vitium in verb. neque nocere, ff. eod.

Secundo differunt; quia contra fucceſſorem vniuerfalem, qui fpoliatori fucceffit, competit interdictum, vnde vi. l. 1. §. fin. ff. de vi, & vi arma, & l. ideft eft. 3. §. 1.

§. 1. ff. eod. & l. si plures. 9. ff. eod. quò etiam pertinet. l. in hæredem. 5. in princ. ff. de calumnia. l. quod autem, & l. seq. ff. de eo quod met. cau. & l. in hæredem. 26. ff. de dolo malo. l. sicuti. 38. & l. totiens. 44. & ibi Dec. ff. de reg. iur. de qua re post veteres. Corasius, in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poss. Doct. in l. 4. §. Cato. & ibi Alciat. num. 92. Rip. c. sæpè, num. 8. extra de restit. spol. Afflict. decis. 118. Menoch. de recuper. poss. remed. 1. num. 157. Contrarium est in successore singulari. Hic enim interdicto, vnde, & propter vim admissam ab eo, cui successit conueniri non potest. l. 7. ff. de vi, & vi arma. glos. in c. sæpè, & ibi Ripa, num. 8. Menoch. d. remed. num. 150. vbi rationem adfert, & dat nonullas limitationes restringendo differentiam prædictam.

Tertio differunt; quia pactum ingrediendi authoritate propria non transit in singularem successorem. In vniuersalem sic. Tiraquell. in tract. constituti poss. par. 1. numer. 43. fol. 145.

Quarto differunt; quia conductio, & locatio tam ex parte conductoris, quàm locatoris ad successorem vniuersalem transit. l. sed addes. 20. §. si quis mulierem, ff. locat. l. cum in plures, §. 1. & d. §. fin. instit. de locat. & l. 4. C. de locato, & conducto loquitur de conductore, & locatore. Successor autem singularis regulariter non cogitur stare locationi sui Authoris. l. emptorem. 3. C. de locato. l. si merces. 25. §. 1. ff. locati, & l. nihil proponi. 120. §. fin. ff. de leg. 1. & l. qui fundum. 32. ff. locati, & hoc ratione l. 1. §. si hæres. Surdus, decis. 40. num. 4. decis. 52. num. 11. decis. 172. num. 1. Nisi in certis casibus de quibus per Surdum post alios, in decis. 265. num. 28. decis. 52. num. 12. & seq. & decis. 264. num. 16. & 28.

Quinto differunt; quia successor vniuersalis, ibi defendendus est, vbi defunctus debuit si ibi inueniatur, nulloq. suo proprio priuilegio excusatur. l. 19. ff. de iudicijs, & l. si is. 34. ff. eod. & l. 2.

§. ex

S. ex his, ff. de verb. oblig. Diuersum est in successore singulari hic enim forum sui authoris non sequitur. l. 1. vers. itaq. ff. si quis ex noxa. caus. agat.

Sexto differunt; quia successor singularis potest constitui ad diem, vel ad certum tempus. l. fin. C. de legat. & S. cum igitur, in fine, d. l. vnica, C. de caduc. tollen. contrarium est in hærede, vel vniuersali successore. Hæreditas enim ex die, vel ad diem non rectè datur, sed vitio temporis sublato manet institutio. l. hæreditas. 34. ff. de hæred. instit. & ibi glos. & S. hæres, instit. eod. & ibi glos. & Ang. & alij.

Septimo differunt; quia singularis successor ex testamento, & legatarius, & fideicommissarius ante aditam hęreditatem ab hærede, transmittunt legata, & fideicōmissa ad eorum hæredes, & successores. l. vnica, S. cum igitur, C. de caduc. toll. & l. illud. 19. ff. de optio. legat. qua tamen in re nempe in legato conditionali ad hæredem non transmittitur. Diuersum habetur. in l. cum illud. 25. S. 1. in fin. ff. quand. dies lega. cedit Ang. l. is cui sub 42. nu. 2. ff. de actio. & oblig. Item supra hæreditas, & legatum differentia. 19. vers. legatum, ibi, nisi sub conditione relictum. Successor vniuersalis non vtique, nisi prius adita hæreditate, vt supra hæreditas, & legatum. Item hæreditas, nisi fuerit adita non transmittitur.

57 Substituere, & instituere differunt. Nam instituitur primo gradu, substituitur secundo, vel tertio. l. 1. ff. de vulg. substit.

58 Superficiarij, & emphyteute differentiam. Vide supra Emphyteuta, & Superficiarius.

59 Superficiarius contractus, censualis emphyteuticus, & liuellarius. Vide supra Censualis, Contractus, &c.

60 Superficiei, & soli conductionis, & emphyteusis differentiam. Vide supra Conductio, & Emphyteusis soli, & superficiei.

61 Superstitionis, & Religionis distātiam manifestissime discernit Cicero de natura Deorum, lib. 2. dum dicit.

Non enim Philosophi solùm, verùm etiam maiores nostri superstitionem à religione separant. Nam qui totos dies precabantur, & imolabant, vt sibi sui liberi superstites essent, superstitiosi sūt appellati, quod nomē patuit postea latius. Qui autem omnia, quæ ad cultum Deorum pertinerent diligenter retractarent, & aliquam rem eligerent, hi sunt religiosi ex eligendo; sed verè superstitiosi pietatem ex hoc habent, quod pro cultura Deorum supersedeant cætera, idest negligent. Itidem, & Religiosi, quasi Religiosi omnium cæterorum sacrificijs deseruiant. Superstitiosos posuit Vlpianus in vitio, in l. 1. §. 5. ff. de edilict. edict. de hac re Con-na. lib. 3. c. 1. num. 3. l. quemadmodum. l. nec maritus, ff. solut. matrim. superstitiosam hoc est erroneam inanem gerere solicitudinem.


62 Supplicationis, & appellationis differentiam. Vide supra Appellatio, & Supplicatio.

63 Suspensus, & amotus differunt; quia suspensus puta: iure succedendi, vel alio iure (sublatis impedimētis de medio, ac suspensionis causis) succedit, aliud ius consequitur. Totaliter enim amotus non vtique. Afflict. in feud. hic finitur lex Federici c. 1. 4. not. num. 6. fol. mihi 54.

64 Suum esse, & iura suitatis habere differunt. Bald. in l. lege duodecim tabularum 14. in fin. C. de legit. hæred. Aliud est inquit esse agnatū, aliud iura agnatorum habere. Gozad. in l. qui se patris, col. 4. & Fabia. de Egubio, quos refert, & sequitur Tiraq. in l. si vnquam, in verbo susceperit liberos, nu. 8. Propriè enim sui non sunt, quia impunè prætereuntur, nec rumpunt, nec rescindūt, seu per quærelam, seu per contratabulas bonorum possessionem testamentum.

65 Suus, & extraneus. Vide Hæres extraneus, & suus.

T

1 
ACITAE, & expresse conditionis differentiam. Vide supra Conditio, Expressa, & Tacita.

2 Tempus, quod inducit ratificationem; & quod inducit præscriptionem differunt. Nam in primo sufficit attestationem, sine contradictione mitti aduersario, ne videatur ratum haberi; & alias temporis lapsu ratihaberetur. l. cum antea, C. de arbitr. & l. ea quidem, C. si emancip. ita fuer. alie.

Vbi verò tempus inducit præscriptionem, tunc vt fiat eius interruptio opus est per Iudicem; vel saltem per executorem fieri conuentionem l. si cui in rem, C. de præscript. 30. anno. & l. cum nouissimus, vbi Oldrad. per l. cum antea, C. de arbitr. vbi est expressum; quod etiam coram arbitro interrumpitur præscriptio.

3 Tenere, & possidere differunt. Tenere enim dicitur, qui corporaliter quidem obtinet, sed non animo, ac potestate Domini, velut seruus in quem Domini vocabulum non cadit, nec peculium quidem suum possidere dicitur; sed tenere. l. 24. ff. de acquir. possess. & peculium, quod seruus ciuiliter quidẽ possidere non posse; sed naturaliter tenet, Dominus creditur possidere. Possidere verò dicitur qui animo; ac potestate Domini possidet.

4 Testamenta, & codicilli differunt.

Primo; quia ad testamentum plura solemnia desiderantur; codicilli carent omni iuris solemnitate, nisi quod quinque testes quamquam non rogatos adhibere oportet, vt constet eos à testatore factos esse. l. administrantes, in princ. ff. de excus. tutor. §. filius familias, instit. quibus mod. ius patr. potest. solui. §. sed, & vnum, instit. de testam.

Secundò differunt; quia in codicillis non potest directo hæres institui, ne ius codicillorum, & testamẽtorum confundatur, §. fin. instit. de codicill. & l. 2. §. fin. & l. hæreditatem, C. eod.

Tertio differunt; quia in testamento datus hæres non potest codicillis submoueri. l. si ædem, C. eod. instit. de exhæred. lib. & toto tit. C. de codicillis.

Quarto differunt; quia in codicillis hæredes sub conditione non possunt institui; & si

& si adijciatur ei parere non est necesse, sed ea reiecta hæreditatem pure, ac si nulla conditio adscripta fuisset consequitur. l. qdidam in suo, ff. de condit. Pedemon. decis. 50. per totam.

Quinto differunt; quia potest quis plures Codicillos relinquere, ita vt omnes valeant. l. Diui, §. Codicillos, ff. de iure Codicill. modo inter se contrarij non sint, tunc enim prior à posteriore censetur reuocatus. l. cum proponas, C. eod. Quod de testamentis secus est, §. posteriore, instit. quibus mod. test. infirm.

Sexto differunt; quia in Codicillis mulier potest esse testis. l. qui in testamento, §. mulier. ff. de testam. in testamentis non vtique. d. l. & §. item. illæ clausulæ si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, differunt per ea, quæ notat Bart. in l. fin. num. 3. C. de codicillis, vbi Salyc. num. 12. Bald. cons. 264. num. 2. lib. 5. & cons. 431. num. 1. lib. 3.

5 Testamentum, & Instrumentum differunt. l. cum qui in testamẽtis, C. de falsis.

6 Titulus si quis ius dicenti non obtemperauerit differt à titulo de in ius vocando, ff. in multis.

Primo, quia ille dat actionem in factum fisco ad mulctam certæ quantitatis inflictam; si quis edicto non obtemperauerit; & dat actionem in factum aduersario nõ obtemperante ad interesse commune. Iste vero de in ius vocando dat actionem Fisco tantum.

Secundo; quia cum mulcta infligatur à Fisco agitur ex illo, si quis ius dicenti, &c. nõ ex isto de in ius vocando.

Tertio differt; quia ex illo non agitur ad interesse ex stipulatione, ex isto sic. l. vlt. ff. si quis in ius vocat non ierit.

Quarto differt; quia si quis vocatus à non suo Iudice, de hoc certus non tenetur venire. l. 2. in princ. ff. si quis in ius vocat. Quod non dicitur de titulo, si qui ius dicenti non obtemperauerit; quo fit, vt isti tituli habeant se, vt excedentia; & excessa, quia ille excedit titulum de in ius vocando, quia subuenit Actori, Reo, & Fisco;

iste

iste solo Fisco subuenit; Item ille excedit; quia si aliquis vocatur à non suo Iudice; & est certum, vt mox dixi non tenetur venire ex tit. de in ius vocan. quod secus est, & non dicitur de tit. Si quis iús dicenti, &c. Ita Ioan. & Azzo. in summa, ff. si quis ius dicen. non obtemp. & ff. de in ius vocando, eos sequuntur Odofred. in l. 1. n. 6. & cæteri omnes, ff. eod.

7 Titulus, ff. de procuratoribus, & defensoribus differt à titulo mandati in pluribus.

Primo, quia in illo tractatur de procuratoribus ad iudicia constitutis. l. 1. ff. de procurat. In isto mandati tractatur de procuratore constituto ad negocia. l. 2. ff. mandati.

Secundo, quia in illo tractatur de officio Procuratoris principaliter. l. non solum, §. qui. l. sed, & hæ personæ, §. Prætor. ff. de procurat. sed in titulo mandati tractatur principaliter de actione mandati directa, vel contraria. l. si procurator, §. mandati. l. si tibi mandauero, §. contrario, ff. mandati.

8 Tollere, & auferre differunt. Tollere enim est leuare, & erigere; Auferre transferre leuatum. Virg. lib. 8. *Tollite cuncta (inquit) coeptosq; auferte labores.* Turpillius Philopatro. *Simul circumspectat, vbi præter se neminem videt esse; tulit, aufert; Ego clam consequor.* Varro. Sexages. *Nunc quis patrem decem annorum natus non modo aufert, sed tollet nisi veneno!*

9 Totum ab vniuerso. Vide Vniuersum à toto.

10 Totus, & omnis. Vide Omnis à toto.

11 Transactionis, & pacti differentiam. Vide Pactum, & Transactio.

12 Transactio differt ab amicabili compositione; quia transactio est pactio non gratuita, cum aliquid datur; vel retinetur, vt à lite recedatur. compositio est gratuita pactio. Panormit. in c. 11. de transactionibus.

13 Transactio facta à Principe, & Republica; siue ab eius Fisco; & inferioribus ministris de re Fiscali discrepat; Nam illa læsiua subsistit; ista non vtique, sed reuocatur propter læsionem. glo.

glo. Cyn. faber. & alij, in l. respublica, C. quibus ex causis maiores, &c. Aret. in conf. 20. in fin. Guido Papæ, decis. 302. Boer. decis. 265. Bossius, de Fisco, num. 21. & tit. si aduer. rem iudic. num. 19. Peregr. de iure Fisci, lib. 5. tit. 2. num. 9. Odduf. quęst. 3. num. 84. de restitut. in integr.

14 Transire, & extrahere. Vide Extrahere.

15 Transmissio in multis differt à propria vocatione; Nam ex transmissione hæres ille nõ id accipit ex sua persona; quippe quæ à testatore non est vocata; sed capit ex persona illius legatarij, vel fideicommissarij expresse ab ipso testatore vocati; Si vero hæres iste legatarij; vel fideicommissarij à testatore esset vocatus, non iure transmissionis; sed propriæ vocationis, rem relictam caperet. Torniel. in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 62. ff. ad Trebell. vbi Zanchus, in 4. part. nu. 116. qui repræhendit. Soccin. ibi, num. 56. & Nattam, in conf. 551. num. 27. lib. 3. nullam inter propriam vocationem, & transmissionem constituentes differentiam.

Secundo differunt; quia transmissio facilius; quam propria vocatio inducitur. Ruyn. in conf. 156. num. 4. & in fin. & in conf. 179. num. 8. lib. 2. Crauetta, conf. 62. in fine. Cephal. in conf. 16. nnm. 65. lib. 1. Zanchus, in d. §. cum ita, in 4. par. num. 202. Sed sibi contradicit Ruy, in conf. 181. num. 4. & 9. lib. 2. & cum eo Gozzad. in conf. 29. col. penult. Alcia. responso 585. num. 8. Natt. d. con. 551. num. 27. Phanu. de inuentario, in 6. par. num. 92, vers. similiter facilius vocationem; quam transmissionem induci dixerunt. Sed pro concordia videtur sic distinguendum. Aut enim loquimur de vocatione directa; Aut de fideicommissaria; si de directa certum est facilius induci transmissionem, quam vocationem illam; ex quo directa coniecturis, nisi sint valde vrgentes; non inducitur. Castr. in conf. 263. circa primum, &c. col. 3. vers. nec obstat lex. lib. 2. Corne. in l. captatorias, num. 20. C. de testam. milit. Ruyn. in conf.

cons. 90. num. 5. lib. 2. Socc. Iun. in cons. 174. num. 8. lib. 1. Vasq. de success. creat. §. 18. requisito. 24. num. 6. vers. & dũ diximus Marcus Aquilinus, in l. Gallus, §. & quid si tantum, in 1. par. num. 10. ff. de liber. & posthu. Emanuel à Costa, ibi, num. 21. Nec substitutio directa inducitur coniecturis. glos. in l. cum proponebat, ff. de leg. 2. l. Iubemus, C. de testam. vt ideo nulla sit differentia inter directam, & fideicommissariam.

Tertio differunt; quia si sunt vocati ex propria persona veniunt post mortem substituti, dato quod substitutus fuerit superstes grauato; secus vero si iure transmissionis admittantur. Crauetta, in l. cum filiofamilias, in 2. par. num. 341. vers. sed aduerte, ff. de legat. 1.

Quarto differunt; quia succedentes iure transmissionis repręsentando personam illius sui antecessoris si plures erunt succedent in stirpes; si vero venirent ex propria vocatione, & sic ex propria persona succederent in capita æquis portionibus; vt per Paris. in cons. 4. num. 6. & 17. lib. 3. facit, decis. Thesauri. 162. & Rota coram Cardinale Blanchetto in Bononiensis, seu Romana iuris succedendi. 10. Aprilis 1592.

Quinto differunt; quia succedens ex transmissione dicitur succedere, tanquã hęres transmittẽtis, cuius quidem hæredẽ debere esse affirmat. Castren. in l. si quis filium, C. de inoffic. testam. vbi Ias. num. 3. vers. senxo limita. Soccin. sen. in cons. 61. num. 13. lib. 1. & in cons. 67. num. 13. lib. 4. Ruyn. in cons. 22. col. penult. lib. 3. Ripa, in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 63. ff. ad Trebell. vbi Torniell. num. 62. vers. vtilitas autem. Zanchus, in 4. part. num. 108. & 109. Paris. in cons. 32. num. 2. lib. 2. Phanua. de inuentario, in 6. par. num. 70. & succedens iure transmissionis ingreditur locum, & statum transmittentis; & efficitur eiusdem qualitatis. Soccin. sen. in cons. 67. num. 15. Quod secus est in succedẽte ex propria persona, Torniellus, in d. §. cum ita, num. 62. vers. vtilitas autem, & huius differentiæ vtilitas

litas est, quod succedens ex transmissione teneatur creditoribus, & legatarijs transmittentis satisfacere, sicuti tenebatur ipse transmittens; Succedens vero iure propriæ vocationis non tenetur; & hinc sequitur, quod succedens iure transmissionis tenetur facere describere rem ad se transmissam in inuentario ipsius transmittentis; secus vero succedens iure suæ propriæ vocationis; Nam res hæc nil ad legatarium, vel fideicommissarium antecessorem pertinet; cum omne ius sit ipsius vocati. Bald. in l. vnica, num. 9. C. vt actio ab hærede, & contra hæredem.

Sexto differunt; quia quando quis venit iure vocationis ex propria persona, etiam si fideicommissarius suus antecessor moritur viuo testatore; Attamen fideicommissum, & legatum non corruit; sed diuersum est quãdo quis iure transmissionis succedit; tunc enim decedente fideicommissario ante testatorem fideicõmissum deficit; & ita non est locus transmissioni. Torniel. d. §. cum ita, num. 62. in fine. Quæ quidem spes nulla esse potest apud institutum, & grauatum viuo adhuc testatore. l. vlt. C. de pactis. Bart. & alij, in l. is potest, ff. de acquir. hæred. Crauetta, in l. cum filiosam. in 2. par. num. 266. ff. de legat. 1. quo loci affirmat id procedere, etsi fideicommissum pure sit relictum non transmitti ad hæredem ipsius fideicommissarij mortui ante testatorem, cum illud fideicõmissum efficiatur quasi caducum. Et ex his ostendit Torniel. non recte respondisse Ruyn. in cons. 156. nu. 3. lib. 2. & Dec. in cons. 574. num. 1. & 369. num. 1. cum dixerunt locum esse transmissioni etiam decedente fideicõmissario ante testatorem; & ratio qua est vlus. Dec. in d. cons. 369. num. 1. vers. quia dispositio non stringit, &c. quod scilicet dispositum à testatore in casu, quem testator ipse cogitabat euēturum post eius mortem extenditur ad casum; qui in eius vita euenit. l. vlt. C. de posthu. hæredibus institu; quia ista ratio habet locum in ipsa vocatione; qua immediate succeditur testatori. Et ob id consi-

consideratur aliquod ius;vel spes formata in persona primi instituti, & grauati. Sed diuersum est in transmisione, in qua, secundum Torniellũ consideratur spes formata in persona ipsius fideicommissarij, quæ cum nulla adhuc existat, ipso testatore adhuc viuo transmitti non potuit. Et hinc sequitur male sensisse. Decium in cons. 515.col.1. & Ruyn. in cons. 145. num.6. & in cons.158. col. 2. lib. 1. Dum dixerunt fieri transmisionem ex quodam iure quæsito ipsi transmittenti. Et pariter male respondisse Curtium Iuniorem, in cons. 96. Dum dixit hanc esse spem formatam in persona ipsius transmittentis, Nam transmisio non fit de fideicõmisso vt acceptata, & agnita ei subiecta hæreditate; sed vt acceptanda, & agnoscenda. Ias. in l. si emancipata, num. 15. C.qui admitti, & in l. si infanti,nu. 16. C. de iure delib. Ruyn. in cons. 22. num.15. & in cons.39. num.7. & 8. lib. 3. Soccin. in cons.61. num.12. verb. Præterea,lib.1.& apertius in cons. 67. num. 12. & 13. lib. 4. Soccin. Iun. in l. cum filiofamilias, in vlt.par. num. 66. vers. vnum circa prædictã,ff. de legat.1. Zanchus,in l.hæredes mei,§.cum ita, in 4. par. num. 106. & 405. ff. ad Trebell. Phanuc. de inuentario; in 6. par. nu. 73. Et hoc idem est de hæreditate. l.si quis filium, ff. de acquir.hæredit. Decius in cons. 266. col.2.& 3. Ruyn. d. cons. 22. num. 16. inducit fictionem, vt habeatur, ac si substitutus acceptasset; & agnouisset legatum, vel fideicommissum.

16 Treguæ,& pacis differentiam. Vide supra Pax,& tregua.

17 Translatio dominij, & possessionis differunt, vt notat remissiue. Alberic. in l. qui hominem, §. si debitorem,ff. de solut. & liberat. Nam in acquirenda possessione plus operatur animus accipiẽtis, quam tradentis. In translatione dominij non sic est; Nam si procurator intendit quærere dominium Domino suo,& tradens intendit quod acquiratur alteri,non acquiritur illi cui accipiens acquirere intendit. Afflict. decis. 301.

301. num. 3. & 4. & vide supra Alienatio, & Translatio.

18 Translatio, & transfusio differunt. glos. in l. 1. ff. de nouatio. Dicit enim quod si quid nouatur in eadem persona est transfusio; In altera vero persona est translatio.

19 Tributoria actio, & actio de peculio differunt; quia in tributoria non deducitur totum; in actione de peculio totum quidem deducitur. Item in tributoria id tantum peculium venit quo seruus negociatur, in actione de peculio totius peculij ratio habetur. Item in actione de peculio occupantis melior est conditio. In tributoria nequaquam. l. non enim, ff. de tributoria. Item tributoria non nisi aduersus eum, qui contractus tempore dominus serui fuit competit, de peculio autem, etiam aduersus emptorem. l. de peculio. 10. & 11. ff. eod.

20 Turpis promissio, & turpiter facta differunt. l. 2. C. quod met caus.

21 Turba, & rixa differunt. Turba enim multitudinis hominum, est turbatio, & coetus. Rixa etiam duorum. l. 4. §. 1. ff. vi bonorum rapt.

22 Turpe, & faedum quam habeant distantiam manifestum est. Nam turpe leuior res est. Cicer. de offic. luxuria vero cum omni aetati turpis; tum senectuti faedissima est.

23 Tutela, & cura differunt. Nam tutela est personarum; cura vero bonorum. Cuiac. not. ad lib. 1. instit. de excusat. tut. & curat. §. pupillorum tutela.

24 Tutelam, & manumissionē differre in eo credo; quia Prętor collegam tutorem dare potest; sicut duumuir; sicut ordo vnum ex suo corpore, vel duumuirum. l. vbi, ff. de tut. & curat. dat. l. pen. ff. qui pet. tut. Nam se tantum prohibetur Prętor tutorem dare, non collegam. l. 4. ff. de tut. & curat. dat. Longe aliud est in manumissione, nam Praetor, vel Consul apud se manumittere potest. l. 5. ff. de manumis. vindict. etiam si minor sit. 20. annis. l. si rogatus, §. vlt. ff. eod. Sed hoc casu causam probabit collega non ipse. l. 1. ff. de offic. consul. Ac similiter

praeses

præses apud se manumittit. l. 2. ff. de off. præsid. & magistratus municipalis. l. 4. ff. de adopt. Sed non apud collogam. l. apud eum, ff. de manumiss. l. apud filiumfam. §. 1. de manu. vind. & omnino sicut per procuratorem non fit manumissio. l. 3. C. eod. quod nemo alieno nomine lege agere possit, caussa tamen recte probatur per procuratorem. l. etiam, §. absens, ff. eod. quod, & vetus hæc inscriptio docet. Priscus manumissus ad consilium Procuratorio nomine apud domitianum. Ita vero apud collegam non manumittimus; sed causam apud eum probamus recte; ac dein de causa probata; nos ipsi apud nos manumittimus; causam nos ipsi non probamus; ne videamus rei nostræ cognitores esse manumittimus apud nos, quia domini sumus; & detracto quoq. magistratu seruum ad libertatem perducere possumus. Superiorem differentiam inter tutelam; & manumissionem confirmat coniunctio d. l. vbi, cum d. l. apud eum, & l. apud filium; quæ omnes sunt ex eodem authore, & libro. Sed quæ sit eius differentiæ ratio colligitur: quia in collegam iurisdictio non est, vacat iurisdictioni, qui vacat manumissioni; & ideo non recte collega apud collegam manumittit. Tutoris datio non est iurisdictionis, & ideo recte datur tutor collega, quia, & cogi non potest, vt munus iniunctũ agnoscat, cum iure magistratus se excusare possit; & alios; qui excusationem non habent. In hoc tantum exigimus dantis iurisdictioni esse subiectos; vt captis pignoribus alijsue remedijs delatam tutelam agnoscere compellantur, quod sine iurisdictionis officio fieri non potest.

25 Tutor, & protector differunt. Tutor enim non tantum bonorum, sed etiam personæ custodiam habet, cuius etiam officio incumbit conditionem pupillo suo quærere; & omni in re parum abest à patris potestate, & reuerentia. At in protectore nihil huiusmodi est; quia bonorũ gestioni præest, in eoq. operam suam vltro accõmodat. Connan. lib. 8. c. 6. nu. 7.

Tutor,

26 Tutor, & curator differunt. Nam inter bonorum ventrisq. curatorem, & inter curatorem furiosi; Prodigi Pupillæue magna est differentia; quippe cum illis quidem plena rerum administratio, duobus autem superioribus sola custodia, & rerum quæ deteriores futuræ sunt venditio committatur. l.inter. 47. ff. de administr. tuto. alias differentias propabat Iacobus Cuiac. li. 17. obser. c.7. per totum.

V



1 Velle à non nolle, differt. Vall. c.2.disput.
2 Vendere rem, & ius quod habeo in re differunt. Nam primo casu videtur vendita ipsa proprietas; secundo ius cum potestate alienandi, quod intellige in materia feudali. Afflict. c. vnico, d. fuedo non haben. propr. naturam, num. 27. Item vendens ius in re non tenetur de euictione, vendens vero rē tenetur. l.quod si in venditione cum lege sequent. ff. de hæred. vel act. vendit. & aliud est dicere, vendo; vel concedo tibi omne ius quod habeo in ista re; vel vendo istam rem, vt animaduertit. Castren. in l. 1. ff. pro emptore primò enim casu si nihil habeo nihil vendo; vel concedo, secundo casu, etsi nihil habeo super illa re, illam tamen vendo, & de euictione teneor Castren. in d. l. quod si in venditione. & Bart. in l. emptor fundi, ff. pro empto dixit, quod si quis vendidit quicquid iuris habet in fundo talis emptor non acquirit possessionem; nec conditionem vsucapiendi ratione incertitudinis, pro quo facit quod scribit Angel. in l. locus, ff. de acquir. possess. de eo qui vendidit quicquid habet in tali loco; quia si aliquid euincatur potest venditor dicere, se illud non vendidisse; quod comprobat. Natta in cons. 38. num. 1. & sequent. lib. 1.

3 Venditio differt à promissione vendendi, quia aliud est vendere, aliud promittere vendere. glos. & Castren. in l.

in l. in bonæ fidei, ff. de eo quod certo loco. Matthes. sing. 46. Aret. cons. 28. nu. 1. Capicc. decis. 155. num. 6. & seq. Mandos qui cumulat alia exempla in reg. 34. de Annali, q. 55. num. 4. per totum, vsque ad num. 5.

4 Venditio simplex, & venditio dotis causa facta in triplici sunt differentia. Nam æstimatio dotis est vera venditio. l. plerumq. §. si à te, ff. de iure dot. non simplex venditio. Euicta re vendita, si venditor emptori duplum præstiterit; id emptor habet plenissimo iure, nec vnquam restituit venditori, sed si æstimata dote, res dotalis euicta sit, & eo nomine vxor viro duplum præstiterit, id vir restituit soluto matrimonio. l. quoties, quia equius meliusue est maritum non lucrari ex mulieris damno, satisq. sit indemnem eum seruari, sicut è contrario mulierem non lucrari ex dãno mariti æquius meliusue est. l. penult. §. vlt. ff. solut. matr. l. iure, §. vlt. ff. de iure dotium.

Venditione facta iuliore precio non rescinditur venditio. l. quisquis, C. de rescind. vendit. nisi venditor fraudatus fuerit supra dimidiam iusti precij. l. 2. C. eod. l. & ideo, ff. locati. Estimatio autem dotis facta iuliore precio muliere circumscripta citra dolum mariti, hoc est grauata; etiam si fraus non superet dimidiam iusti precij rescinditur; ita vt soluto matrimonio detur electio marito, vel reddendæ rei dotalis, vel iusti precij supplendi. l. si res, §. 1. ff. de iure dotium; qualis datur optio emptori in specie. d. legis secundæ. Et hoc si extet res dotalis. Nam si illa extincta sit, contenta mulier debet esse æstimatione facta ab initio, quæ totius rei damnum fecisset nulla facta æstimatione; quia dos inæstimata stat periculo vxoris. d. l. si res, §. 1. si absit dolus mariti, & ita est accipienda. l. 6. C. solut. mat. Et hæc siue minor, siue maior fuerit mulier; minori vero hoc tantum specialiter datur, vt si æstimationis tempore habuerit in manu emptorem, qui offerret iustum precium rei, & circumuenta iuliore precio eam rem marito addixerit dotis causa;

mari-

maritus non habet electionem reddendæ rei, vel æstimationis iustæ; vel re extincta non liberatur reddendo æstimationem de qua conuentam fuit; sed iustam omnino reddere cogitur.

Item beneficium legis 2. C. de rescind. vendit. datur venditori, non emptori, vt ibi Doct. notant. Marito autem grauato in æstimatione dotis, nihil refert modice, vel immodice; subuenitur vt non reddat vltra æstimationem iustam, ne ex eius damno mulier lucrum faciat. l. 6. C. solut. matr. l. iure, §. vlt. ff. de iure dotium, & ista ratio opitulatur etiam mulieri grauatæ, & sola ita separat venditionem simplicem; à venditione dotis causa.

5 Venire diem, & cedere differunt. Vide supra Diem cedere, & venire.

6 Verba assertoria, & narratiua differunt? Nam illa vt plurimum probant. Narratiua vero raro; vt notat Alberic. in Auth. si quis. in aliquo, C. de edend. l. nudis. 14. C. de probat. c. 1. de rest. spoliat. in 6.

7 Verbum, dictio, & res differunt. Nam verbum est, quod ex se, & materialiter (vt vulgo loquimur) probatum est. Dictio ipsius verbi sensum habet, qui cum latuisset in proferentis animo per verbi expressionem exijt, & sic verbum cum sensu dictio est. Res est, quæ exprimitur, & ex verbo, dictioneq; declaratur, vt si interrogem, verbum si quis quid compræhendat?

8 Verbum prolatum ab homine; & prolatum à lege differunt. Nam prolatum ab homine consumatur, etiam si postea euanuerit. Secus prolatum à lege; quia lex semper loquitur. l. vbi, §. fin. ff. de edendo, & vbi Cynus, & in tractatu meo de conditionibus, par. 2. c. 5. quęst.

9 Verberare, & pulsare differunt; quia pulsamus sine dolore, sed verberamus cum dolore.

10 Vegetum, & vigens differunt. Vegetum enim est incolume; vigens forte; vergetum corporis; vigens etiam animi possumus dicere in multis.

11 Vestis, & vestimentum differunt. Nam vestis generaliter

raliter dicitur, vt ſtragula forenſis muliebris. Veſtimentum vero pars aliqua, vt pallium tunica, vel penula. Afflict. in l. inſtratum. 45. nu. 8. ff. de verb. ſignif.

12 Vetuſtiſcere inter, & veteraſcere quid interſit. Nigidius cõmentator grammaticus, lib. 10. explanauit. Dicemus inquit, quę vetuſtate deteriora fiunt vetuſtiſcere, inueteraſcere quæ meliora. Cic. ad Hircium, inquit, *Cum enim nobilitas ſit nihil aliud quam cognita virtus, quis in eo, quem veteraſcentem videat ad gloriam generis antiquitate deſideret?*

13 Vie, itineris, & actus differentiam. Vide ſupra Seruitus itineris, actus, & viæ.

14 Via publica, & priuata differunt. Nam publicam viam eam eſſe dicimus, cuius etiam ſolum publicum eſt; viam priuatam cuius ſolum eſt alienum. l. 2. §. viam publicam, ff. ne quid in loco publico.

15 Vicarium, & Suffectum differre, notant Alberic. in l. 2. C. de off. eius qui vices alter. geſſ. Io. Franciſ. in tract. de off. & poteſt. capit ſede vacante, quæſt. 10. ſecundæ partis principalis, numer. 2.

16 Vicinum eſſe fundum, & eſſe confinem differunt. l. 3. §. hoc iudicium, ff. de finib. regund.

17 Villa à vico differt. l. Vrbana prædia, ff. de verbor. ſignific.

18 Vindicationis rei furtiuæ, & furti actionis differẽtiam. Vide ſupra Furti actio, condictionis, & vindicationis rei furtiuæ.

19 Vi bonorum raptorum, & Interdictum de damno in turba dato. Vide ſupra Interdictum de damno in turba dato.

20 Vitium à morbo differunt l. 1. §. vitium, & §. ſed ſciendum, & §. fin. ff. de edilic. edic. & l. ob quæ vitia, in princ. & §. 1. & §. quamuis.

21 Vlcus, & vulnus hoc diſtant, quod vlcus tecta, & clauſa eſt malignitas. Virg. Georg. lib. 3.

Quam ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum.
Vlceris os alitur vitium viuitq. tegendo.

Vulnus hians, & patens. idem lib. 9.

Produxi, præxiue oculos, aut vulnera laui
Veste tegens.
Hinc nostri annotarunt vlcus dici innatum, vulnus vero illatum; & est vlcus sanies concreta intra cutem latitãs. l. ob quæ vitia, §. fin. ff. de edilict. edict. vulnus vero hians, & patens apertura, corporis ictu aliquo inflicta. Bart. in l. seruus, §. si factum, ff. ad l. Aquil. & in l. lex Cornelia, §. 1. ff. de iniurijs.

22 Vltima voluntas, & contractus differunt; quia is cui ex contractu aliquid debetur etiam conditione pendente creditor reputatur; legatarius vero conditionalis non reputatur in numero creditorum, nisi existente conditione. Item in contractibus existens conditio retro trahitur, in vltimis voluntatibus secus. Angel. in l. is cui sub. 42. num. 1. ff. de actio, & obligat. & late in tractatu de conditionibus, part. 2. c. 1. quæst. vlt. Item quod ex contractu conditionali debetur, ad hæredes pendente conditione transmittitur, ex vltima voluntate non vtiq. Angel. vbi supra n. 2. & d. tractatu, par. 1. c. 88. num. 11. & c. vlt. & par. 2. c. 1. q. 45. num. 5. Didac. Couarr. practic. quæst. c. 39. vers. secundo ex modo. Item in terminis in quibus notat diffuse Decius, in l. cum quid, num. 42. ff. si cert. petat. & vide supra Contractus.

23 Vnde liberi edictum, & edictum si quis omissa causa testamenti differunt. Vide supra Edictum si quis omissa causa testamenti.

24 Vniuersum à toto differt. glos. in l. nihil aliud est. 24. ff. de verbor. signif. in vers. responde aliud. Ias. in l. si vnus, §. pactus, num. 13. in fine, ff. de pactis.

25 Vniuersalis fideicommissi; & legati particularis differentiam. Vide supra fideicommissum vniuersale, & legatum particulare. & petitio vniuersalis, & singularis.

26 Vocabulorum differentia inducit differentiam rerum. l. si idem, C. de codicill. l. nam natura, ff. de præscript. verbis, & hoc est adeo verum vt procedat etiam quod res differenti vocabulo nominata sit confecta ex alijs pluribus rebus, vtiq. differenti vocabulo

cabulo nominatis. Nam etsi ea; quæ in commissione retinent suam substantiam non faciant tertiam speciem, §. quod si frumentum, instit. de rerũ diuis, hoc procedit simpliciter apud Philosophos, vt per Arist. lib. 1. de generat. & corrupt. c. 10. Apud nostros autem Iureconsultos, tunc procedit quando illæ species simplices non amittunt nomen. d. §. quod frumentum. Si vero mutent nomen; & ambæ, vel omnes alio generali nomine vocentur; tunc etsi retineant secundum Aristot. Physic. 4. cap. 5. tex. 3. substantiam suam; tamen tertiam speciem constituunt, vt est tex. in l. Pomponius, §. 1. ff. de rei vendicat. vbi Mulsum dicitur tertia species à vino, & melle ex quibus conficitur longe diuersa; licet in commissione retineant suam substantiam, propter regulam Aristot. quod corpora etiam liquida in commistione incorrupta manent; nec aqua mixta vino ingreditur corporis vini; nec è contra; & hodie effectu demonstratũ est, quia nouerunt periti aquam à vino separare. vt tradit Alciat. lib. *6*. c. 11. quod facere nequirent si substantia semel esset corrupta arg. l. qui liberatus. & ibi glos. & Bald. ff. de adoptio.

27 Volueris, & arbitratus fueris differunt. l. fideicommissariam, §. quamquam, ff. de legat. 2. & de conditionibus, part. 1. c. 25. & c. *62*.

28 Voluero, & volam differunt; nam etsi vtrumq. verbum futurum tempus significet, illud tamen præcise momento ipso temporis quo quis voluntatem suam semel elocutus est includitur. Volam vero longuis funditur; & temporis tractum habet. l. 112. ff. de verb. oblig. & l. *6*. ff. ad S. C. Tertull.

29 Voluntarie, & sponte differunt. Vide Sponte, & voluntarie.

30 Voluntas quæ requiritur in matrimonio, & quæ in baptismo differunt; vt notat Afflict. in decis. 151. nu. 11.

31 Vrbana prædia à rusticis non loco, sed materia; & qualitate differunt. Nam vrbana accipimus edificia omnia, non solum quæ sunt in oppidis, sed etsi sint in con-

tinentibus edificijs, vel in villis, & vicis, vel si prætoria voluptati tantem deseruientia. Horti quoque; qui amenitatis gratia, non redditus habentur. l. 98. ff. de verbor. signif. l. 16. C. de prædijs min. l. 54. in fine, ff. de petit. hæredit. & l. 59. ff. de contrah. empt.

32 Vrbs, & Ciuitas differunt. Nam vrbs est ædificia; ciuitas incolæ. Virgil. Aeneid. lib. 1.
Vrbs antiqua fuit.
Ennius Thelepho. *& Ciuitatem video Argiuum incendier*. Pacuuius Atalanta. *Sollicita studio obstupida suspenso animo Ciuitas*. Cic. de Repub. lib. 1. *Quam cum locis; manuq. sepsissent eiusmodi coniunctionem tectorum oppidum; vel Vrbem appellarunt delubris distinctam, spatijsq. communibus. Omnis ergo populus, qui est talis cætus multitudinis, qualem exposui Ciuitas est. Omnis Ciuitas qua est constitutio populi quo authore, & Principe vocitatur Ciuitas.* Sisenna histor. lib. 4. *Denique cum varijs voluntatibus incerta Ciuitas trepidare*, & quod Vrbs contineat ædificia. notat Albetic. in dict. in verbo Vrbs ab Vrbe, &c. & sic oppidum, & Ciuitatem, vt docet Lucas de Penna, in l. si quis, C. de fabricen, lib. 11. Rebuff. in l. pupillus, 239. §. oppidum, ff. de verbor. signif. quod ex Cicer. in Oratio. pro Sestio dignoscitur, dum dicit. Cum cōuenticula hominum; quas postea Ciuitates nominauerunt, tam domicilia coniuncta; quam Vrbes dicimus. Ciuitas secundum Isidor. 15. etimolog. & Azzonem, in princ. summæ pandectarum est hominum multitudo societatis vinculo adunata ad iure viuendum, dicta à Ciuibus, idest ab ipsis incolis Vrbis pro eo, quod plurimorum consistat, & contineat vitas? Nam Vrbs ipsa mænia sunt; Ciuitas autem non saxa, sed habitatores vocantur. c. si Ciuitas, de senten. excomm. in 6. Zasius, in l. 2. ff. de orig. iuris. & Cic. in somnio Scipionis dicit. *quod in Ciuitate, & Vbiuis locorum necessario requiritur in primis verbum Dei; deinde Magistratus qui administret Rempublicam*. vbi Macrob.

dicti

dicit quod. *Nihil est quod Principi Deo; qui hominem mundum regit; quod quidem in Terris fiat acceptius; quam concilia cætusq. hominum iure societatis; quæ Ciuitas appellatur*. & Ciuitatis appellatione multa veniunt de quibus, per Albericum in dictionatio, in uerbo Ciuitas, & per Schardum, eodem uerbo.

33 Vsus, & vsusfructus differunt. Nam minus est in vsu, quam in vsufructu, propterea vsum; & vsumfructum longe distare nemo est; qui dubitet, §. minus, instit. de vsu, & habitat. l. si habitatio. 10. §. si vsus fundi, ff. eod. Item vsui fructus deesse potest, nō autem fructui vsus. l. per seruum. 14. §. vsusfructus, ff. de vsu, & habit. & §. vsu legato. de d. l. & l. 1. & 2. ff. eod.

34 Vsus, & habitatio. Vide supra Habitatio licet.

35 Vsusfructus, & legati annui differentiam. Vide supra Legatum annuum.

36 Vsusfructus casualis, & formalis differunt. Nam casualis vna cum proprietate plenarium dominij ius constituit; formalis vero licet in se dominium habeat, non tamen quicquam habet cum eius rei dominio in qua vsus fructus constitutus est, immo penitus ab eo differt; nec simul esse possunt. Alciat. in l. recte. 25. num. 8. 9. & 10. ff. de verb. signif. l. 2. §. ne causam, ff. de vsufruct.

37 Vsufructuarij, & emphyteutæ differentiam. Vide supra Emphyteuta, & vsufructuarius.

38 Vsumfructum, & commoditatem percipiendi fructus differre inter se non nulli affirmant; verum hoc dicunt iuris scrupulositate, vel vtilitatis causa potius quam, quod hoc verum sit, cum conueniant inter se; immo idem sint, vt tradiderūt post alios moderni Pistorienses, in §. finitur, num. 31. instit. de vsufructu.

39 Vti, & abusi sic differunt; vtimur, inquit, Boetius ijs rebus, quæ nobis vtentibus permanent; ijs autem abutimur; quæ nobis vtentibus pereunt. Cicer. in Topic. Non debet enim ea mulier cui vir vsumfructum bonorum suorum legauit, cellis vinarijs, & olearijs plenis relictis pu-

ctis putare id ad ſe pertinere. Vſus enim non abuſus relictus eſt, itaq. quarum rerum vſus ſeparari ab eorum corporibus non poteſt, earum vſus conſtitui non poteſt. l. 2. ff. de vſufruct. earum rerum quæ, &c.

40 Vti, & frui differunt; quia vti dicitur ille; qui ita vtitur re, quod fructus non percipit, ſicut poſſum vti ad vſum quotidianum, & miniſterium equa tua, ita quod fructum nõ percipiam; quod ſcilicet partus non ſit meus. Sed is; qui alicuius fundi vſum habet, pomis, & oleribus vti poteſt ad vſum quotidianum; non tamen donare, vel vendere poteſt. Frui vero dicitur ille; qui fructus percipit, & ſic vſuarius habet vſum rei, vt cui dominus nemoris conſtituit nemoris vſum ad neceſſitatem ſuam, & familiæ ſuæ, vt accipiat ligna, olera, poma, flores, quæ naſcuntur in nemore pro ſe, & ſuis conuiuis; non tamen vendere permittit ipſum; quia frueretur.

41 Vultus, & facies differunt. Nam vultus eſt volũtas; quæ pro motu animi in facie oſtenditur; Facies vero ipſa ſpecies oris. Saluſt. in Catil. Prorſus in facie vultusq. inuecordia inerat. Lucil. Satyr. lib. 1.

Vultus item; vt facies, mors citer morbus venenum.

Cic. de offic. lib. 1. *Præclaraq. eſt æquabilitas in omni vita, & idem ſæpe vultus; eademq. frons.* & Tuſcul. quæſt. lib. 3. *Eſtq. vultus ſermo quidam mentis tacitus.* & apud Speculat. in tit. de aduocat. §. 5. extat vulgatus verſiculus. *Vultus talis erit, qualia mente gerit.* Et hinc vultuoſi dicũtur triſtibundi, indignabundi corrugata fronte. Apuleius lib. 3. Metamorph. *Fotis mea dominæ ſuæ cubito procurato, ſui longe diſſimilis aduenit, non ex læta facie, nec ſermo, ne dicaculo, ſed vultuoſo frontem rugis inſurgeſcentibus adſeuerabat.*

Et vultus nullo in animante eſſe, præter hominem, poteſt, cuius vim græci norunt, nomen omnino non habent. Cicer. de legibus, lib. 1. Speculat. d. tit. de aduocat. §. 5. & tit. de teſtam. §. 7. vultu recto. l. ſacri, C. de diuer.

reſcrit.

rescript. & vultus sacri. l. 1. C. publ. læt. lib. 12.

Facies est, & operis, & ædificij, & locorum, & patrimonij. l. 32. §. item respondit. l. 55. §. quod autem, ff. de adminiftr. tut. l. 1. §. opus, ff. de noui oper. nunc. l. 9. §. si inquilinus, ff. locati. l. fin. ff. de termi. moto.

LAVS DEO.

Errata sic corrige.

pag. 1. comendat, *lege* commendat. 6. n iuriarum, Iniuriarum. 8. soluit, soluitur. 10. indiuiduam, inuidiam. 12. col. l. 14 quo, quod. 16. par, pars. id. apoell. appell. id. parres, partes. 18. quia euocationem, quia post euocationem. 30, resl itu, restitui. 33. Præteria, præterea. 34. exhæreditatis, exhæredatis. 41. frequenter, frequentet. 55. Clauin n, Clauium. 56. credir, credit. id. sine, siue. id. nominatur, nominantur. 63. totius, toties. 64. nun, non. 70. explicandnm, explicandum. id. stipulata, stipulatu. 72. nnptius, nuptias. id. contraxislent, contraxissent. 73. sit. tit. 74. causu, causa: id. discendens, discedens. 75. dota, dotali. id. præscrib. præscribi. 76. veta, vera. id. seruis, seruit. 82 testamento, testamentum. 86. præscriptioni, præscriptione. 89. facultat, facultas. 91. plus, plures. 93. quod, quot. 96. lept., legit. id. transfeet, transfert. id. expressor, expromissor. 102. venerit, venerinr. id. sed, seu. 109. veeo, vero. id. condicillis, codicillis. 110. relinquantur, relinquuntur. 111. nec se, nec si. 112 decissit, decessit. 113. omnis, omne. 116. horrolcit, horrescit. id. Possonis, possessionis. 117. similitee, similiter. id. Bllen. Bellen. 118. misi, nisi. 119. quam a, quam si. 121. nauim, nauium. 127. hæc est, hoc est. id. censoria, confessoria. id. ilio, illo. id. damuo, damno. 125, adeo, ideo. 128. interrogationibus, interrogationibus. 129: ait, actio. 132. dilegantem. delegantem. 133. obseruationi, obleruatione. 135. ad ea, ad id. id. plurimum, plurium. 136. sospectus, suspectus. id. dummod, dummodo. 142. agerit, egerit. 143. *l.* mora, l. more. id. se delegatus, sed delegatus. 149. priuilegis, priuilegiis. id. l. admouendi, l. admonendi. 154. Ecclesiasticus, Ecclesiasticum. 155. ei competenti, et de competenti. id. Hæc aut, Hæc autem. 161. æstimarionem, æstimationem, id. dispeusatio, dispensatio. id. considere, confidere. 169. Meritrix, Meretrix. 172. iterdum, interdum. id. secnndus, secundus. 174. notar, notat. 175. vullas, vllas. 181. meritricum meretricum. 184. motorium, notorium: 190. exibitione, exhibitione. id. Alla, Alia. 195. non di. non dicitur. 196. pronuntur, ponuntur. 203. habentur, habetur. 207. differunt, differunt. 210. inutilitaer, inutiliter: 223. quud, quia. 224. facid. falcid. 226. Imrium, Imperium. 230. occupanti, occupari. 231. Quæstus est, Quæstus, &. 235. laberi, haberi. id. fideissore, fideiussore. 249. priuilegiam, priuilegia. 254. & omni, & omnis. 255. specialem, speciale. 264. auterius, anterius. 277. de milit. teste., de milit. testa. 278. vorbo, verbo. 279. appræhendisset, appræhendisent. 280. per directum, per directam. 282. principium, principum. id. adsit geres, adsit hæres. 284. ost, est. id. feriosus, furiosus. 285. molto, multo. 286. futnrus, futurus.

Registrum.

a b c.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S
T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm
Nn Oo Pp Qq Rr.

Omnes sunt Duerniones, præter c quæ est Ternio.



ROMAE, Apud Gulielmum Facciottum. M. D C. I X.

SVPERIORVM PERMISSV.